


A
4-447




2a

6

8

71-2





BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA


Sala: A

Estante: 9

 447







Recollegio de la Compañía de Jesús de Granada R. 3464

IN OMNES EPI-
STOLAS APOSTOLICAS F.
FRANCISCI TITELMANNI ORDINIS MINO-
ritarum, publici sacrarum literarum apud
Louanienses quondam lectoris Elucida-
tio, vnà cum textu suo loco ad margi-
nem translato, & argumentis miro com-
pendio capitum cuiusque materiam com-
plectentibus.

*Ex authoris recognitione iam cultius quàm
antehac unquam renata
sunt omnia.*

✿ Multa hinc inuenies Lector eruta, quae hactenus
attigit nemo, multa explicata, quae
in hunc diem usque obscuriora
sunt uisa.

PARISIIS,

*Apud Ioannem de Roigny sub quatuor ele-
mentis, uia ad diuum Iacobum.*

1555.

De la poseso del Sr. D. de Ventura



1217

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a cursive script.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script. The text is somewhat faded and difficult to read.

Continuation of the main body of handwritten text, appearing as several more lines of cursive script.

Final section of the main body of handwritten text, consisting of a few lines of cursive script.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a date, written in a cursive script.

2

PSALMVS NVNCVPATORIVS
*altissimo omnium bonorum largitori
Deo, ad operis dedicationem.*

Confiteor tibi domine pater cæli & terræ: ex bona voluntate & animo liberali persoluo confessionem tibi.

Quoniam omnis boni principium es tu, fons inexhaustus & abyssus interminabilis.

A te procedit quicquid est bonitatis in omnibus creaturis tuis: elargitionis tuæ munus est omnis creata bonitas.

Quoniam tu solus es vere bonus & perfectus, & præter te aliud nihil, nisi participatione communicationis tuæ.

Propterea in omnibus te decet hymnus deus inhabitator Hierusalem: cantica gratitudinis sunt tibi à nobis debita.

Propter bonitatem tuam donas nobis quæ non debes bona gratiarum tuarum, & nos quæ debemus tibi, reddimus laudis cantica.

Sacrificium enim laudis honorificabit te: & ipsum est iter quo pergitur ad ostensionem salutaris tui.

Peculiare autem donum & eximium dedisti nobis scripturas sanctas: in eruditionem & stabilimentum salutaris fidei nostræ.

In verborum utilitate & sensuum obscuritate condidisti eas, ut duabus hisce rebus superbos atque desides abigeres indignos.

Humilibus tamen non negas introitum, qui exaudis humiles, clauem donas eis per quam ingrediantur in illas.

Spiritus tuus sanctus ipse est clavis intelligentiæ scripturarum tuarum, quoniam & ipse est calamus.

Calamus fuit scribentium eas, & clavis est idem ipse legentium eas.

Mihi autē paruulo puero tuo fecisti misericordiam ma-
gnam nimis: introire in latitudinem earum, & oblecta-
ri in floribus pascuæ tuæ.

Nec tibi hoc fatis fuit visum domine me⁹ & pater vitæ
meæ: vt & alios introducerē dedisti mihi qm̄ voluisti.

Ex munere gratiæ tuę præsentēs docuit lingua mea A-
postolica scripta tua in conspectu aduentantium om-
nium enarraui in ore meo.

Non ego autē, sed gratia tua mecū: in te enim faciemus
magna, qui sine te non possumus nec minima.

Mandatū nouū discedēs reliquit nobis Christus filius
tu⁹: diligere iuicē quomodo & ipse nos prior dilexerat.

Dilectus discipulus tuus præceptum hoc in lingua ne-
gat impleri: opus & veritatem simul exigit.

Vas electionis omnino erga omnes operari iubet bo-
num: & de administratione acceptarum à te gratiarum
districte præcepit nobis.

Quem posuisti caput Apostolorū tuorum: ipse dispen-
satores multiformis gratiæ tuæ commonefacit dispen-
sationis suæ.

Ego autē cognoui quoniam debitor sum omnibus ab-
sentibus æque atq; præsentibus: quibus in vlllo condu-
cere potens est per gratiam tuam labor meus.

Propterea consiliū fuit mihi literis tradere ad eruditio-
nē absentiuū fideliuū tuorū: quę infundebas in os nostrū,
& effundebas per labia nostra præsentī multitudini.

In auxilio confisus gratiæ tuæ cœpi laborem hunc: &
vsque ad finem non defuisti mihi.

Sine te deus nō cœpi neque finiui: si nō adfuisset mihi
gratia tua, nō fuisset mihi reperire neque finem neque
principium.

Perfecto nunc opere ecce venio ad te: vt offeram tibi
primitias laboris mei.

3

Quomodo ad patrem familias inferre solent perfecta
opera sua operarij boni: ita consummato, quod iniun-
xisti mihi, ecce ad te redeo.

Primitię enim operis mei publici sunt, æditio ista: non
offeram eas neque dicabo alteri.

Tu mihi dedisti, non dedit mihi alius: tibi quoque de-
dicabo, non præsentabuntur alteri.

Gloriam tibi debitam alteri non dabo: ecce offero la-
bores meos ante conspectum maiestatis tuę.

Ad te refero, tibi ascribo, tibi nũcupo, tibi dico & de-
dico.

Si placens est tibi labor meus, non est quòd quæram
vltrà: habeo quæcunque optavi omnia.

Domine tu nosti, quoniã non sine labore perfecisti opus
istud, verũtamen si placitum est ante oculos tuos, non
me laboris tædet neque pœnitet.

Placuisse tibi plena mihi remuneratio est: etiam si fuisset
labor centuplus, hoc solo mihi satisfeceris.

Habe ergo Deus accepta quę offert tibi puer paruulus
tuus: & qui laboribus nostris cum humilitate vti vo-
lent in bonum, benignus aspicias eos.

De remuneratione nihil impresentiarũ agimus in hoc
tempore, donec veniat tempus retributionis expecta-
bo libentissimè.

Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmo-
dum semper in te sperauimus.

In te speraui, & non sum cõfusus: quoniam tu domine
auxiliator fuisti mihi, & eris defensor meus.

Gloria patri & filio & spiritui sancto:

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula
seculorum, Amen.



Visquis ex nostris Elucidationibus fructū quæ-
 ris, Christiane Lector, hic tibi ordo erit seruan-
 dus, vt prius ipsa textus verba quorum requiris
 intelligentiam, per se legas atque iterum legas,
 etiam si non intelligas. Deinde, cum ipsa textus
 verba simpliciter sic considerata, mēti leniter im-
 presseris, ad Elucidationem transiens, & ipsam
 per se legas attētē, sine textus collatione, ac in sit plici eius lectio-
 ne tantisper immorare vsque dum eius vim atq; sentētiam, pro tuo
 captu, plenē comprehenderis. Tum demum ad collationem acce-
 dens, textus verba cum Elucidationis sententia conferas: Vbi per-
 pendendum erit exacto iudicio, quonam modo Elucidatio idē ha-
 beat, quōd textus: iterumque textus quibus sub verbis dicat, quōd
 secundum sentētiam verbis aliis habet Elucidatio. Considerandū
 quoque, quid in textu positum inueniatur, quantum ad intelligenti-
 am supra textus verba adiiciatur, quod tibi textualis diuisio, &
 per singulas particulas distributio, faciliē indicabit. Frequēter enim
 adiicimus, quæ non reperiuntur in textu, siue propter sentētiarum
 consequentiam & verborum connexionem demonstrandam, si-
 ue gratia supplendi quæ deerant, & quæ erant mutilla sua integri-
 tate perficienda, siue causa illustrandæ sententiæ, aut alia aliqua
 cōsimili ratione. Sic tamen hac in re temperatum est, vt nō nimis
 multa temere adicerentur, ne Commentarios potius quàm Elu-
 cidationem exhiberemus. Hunc ordinem qui obseruauerit, fortē
 dei gratia assistente, vtilitatis nonnihil referre poterit, ex iis quæ
 sunt ex eadē dei gratia per nos descripta. Contrā verō, sic hoc ordi-
 ne naturæ & disciplinæ perturbato, nō prælecta, neq; textus, neq;
 Elucidationis serie, velis componere & ad inuicem comparare, quæ
 non sunt diuisim prius & separatim expensā, vereor ne ordine ne-
 glecto (qui in omnibus rebus, potissimū autē in ratione studij, pluri-
 mū habet momenti) frustra in re alioqui perutili sine fructu laborē
 insumas. Quam rem cum, secundum Christianam charita-
 tem nulli optemus, iustum ac necessarium putau-
 mus ista præmonere. In deo bene Vale: & no-
 stros labores sanctis tuis ante deū ora-
 tionibus adiuua, ac
 consolare.

4

* ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epistolam ad Romanos beati
Pauli apostoli.



CV M apud Romanos, commixti pariter Gentiles, atque Iudæi, odiosis contentiõibus vacarent, atque inuicem præferri vellent in euangelij gratia: Iudæis patribus suis peculiariter factas promissiones adducentibus, atque ob hoc gentiles contemnentibus: Gentibus econtrario ingratitude & infidelitatem in exprobratione illis obiiicientibus: Iudæis iterum existimantibus, ad suam legem debere transire, eos qui saluari vellent ex Gentibus, contra Gentilibus legem noxiam esse ac superstitiosam reputantibus: sicque erga inuicem perfecti non essent in charitate Christiana: Paulus fama Apostolus accepta de bonis illorum initiis, dolens has inter eos dissensionibus & quæstiones agitari, epistola decreuit facere finem contentionibus. In qua id potissimum agit vt vtrique populo demonstraret ex sua conditione salutem non esse, id est, ex Iudæo ex suo Iudaismo, nec Gentili ex sua Gentilitate, sed omnes debere peccatorum remissionem, & veram quæ coram Deo est iustitiam, per gratiam Dei, ex fide Christi expectare, & in Euangelij negotio, omnes qui credunt pares esse quantum ad salutem. Ita vt nihil vltra contra inuicem gloriari aut contendere debeant pro suis superstitionibus, aut corporalibus obseruantis, neque inuicem iudicare aut contemnere: sed in pace & vnitate viuere, per charitatis mansuetudinem inuicem tolerantibus in mutuis imperfectionibus. Atque hoc quidem, totius epistolæ caput est. Quò tamen clarior fiat epistola quæ tota est obscuritatibus plena, per singula capita discurrentes, velut Epitomate eam complecti tentabimus. In primo itaque capitulo, post sui apostolatus expositum ministerium, & imprecatam illis gratiam, familiaria quædam amice præfatus de illorum audita bona fama & excusatione quod hætenus eos non viderit cum sit omnibus debitor, nec erubescat dei euangelium, mox transit occasione iustitiæ Dei quæ in euangelio reuelata est, ad Gentium horrenda facinora (in quæ propter suam ingratiudinem, Deo permittente turpissima & fœdissima sunt prolapsi) commemoranda, quoniam Deum quem ex creaturis sufficienter agnoscere poterant, imo & agnouerant non vt oportebat coluerunt diuinum ho-

norem idolis exhibentes. In cuius pœnam, ad reliqua quoque turpissima & innaturalia vitia, Deo permittente, traditos dicit: quæ & particulatim plurima enumerat. Atque in hoc totum perficit primum capitulum. His verò sic confusis Gentilibus, capite secundo: primum quidem occultè, deinde apertius, Iudæos quoque humiliat, & peccato non carere demonstrat cùm alios (nempe Gentiles) iudicent & propter peccata contemnunt, in quibus ipsosmet etiam reos inueniri constat, quos impossibile est Dei effugere venturum contra omnes malè agentes iudicium, tametsi Iudæi legem à Deo scriptam acceperint. Quomodo enim Gentilibus ad salutem non obest, quòd legem scriptam nõ acceperint, dum saluari possunt ex lege naturæ quæ eis inest: sic nec illis prodest vt non condemnentur, eadem quæ illi agentes mala, quod legem scriptam teneant, si opere non impleant. Cùm & præputiatus iustitias legis ex naturali dictamine conscientiæ custodiens, apud Deum iustus habeatur ac spiritualiter circumcisis: & circumcisis corpore, legis iustitias non obseruans, apud Deum habeatur incircuncisis. Quoniam verò hisce verbis visus est incircuncisos Gentiles æquare Iudæis circumcisis. Tertio capitulo obiicit quæstionem, ac soluit, quid Iudæi ex sua habeant circumcissione præ Gentilibus: dicens, non parum illud esse, quòd soli ipsi, Dei acceperint eloquia, Prophetarum videlicet testimonia & patrum promissiones. Nec infidelitatem dicit obstare quorundam, quo minus implenda sint eloquia promissionum Dei: cùm sit Deus verax & fidelis, & eo magis quo erga nos quoque, omnes corruptione naturæ vanos & mendaces, suam fidelitatem seruat: sic vt ex nostra infidelitate, Dei clarificetur veritas, obiter quæstionem mouens ex huius verbi occasione, quur iustus Deus iram pro peccatis inferat si (vt ex hoc videtur quod prædictum est) per nostram iniustitiam, dei iustitia glorificatur, Sed eam quæstionem in absolutam relinquit, quod & aliàs sæpe facit, potissimum cùm de diuinis loquitur iudiciis, cuiusmodi & hoc est quod modò quæritur. Resumit tamen hanc quæstionem secundum virtutem, sexto capitulo, & vtunque soluit, dicit autem (quæstione illa dimissâ) in nullo Iudæos Gentibus quantum ad salutem, præstare, sed omnes peccato factos obnoxios (quomodo de Iudæis peculiariter ex psalmi testimonio demonstrat) egere dei misericordiam, & vt in eis ipse glorificetur, iustificando gratis per gratiã suam ex fide: per quam, omnem dicit Iudæorum illam vanam gloriationem sublatam, postquam per Dei gratiam & fidem Iudæos & gen

tes ex æquo iustificare & saluare decreuit communis omnium dominus. Nec tamen legis vult haberi destructor Paulus, sed magis confirmator & cōsummator. Quarto deinde capitulo iterum sibi ipsi quæstionem mouet, quidnam sit quod Abraham velut pro magno dono circuncisionem accepit, si nihil ex hoc amplius habeat Iudæus apud Deum, quàm Gentilis. Ac primum quidem præmittendo declarat, tum ratione, tum scriptura: Abraham non ex condigno operum suorum merito (quod superciliosi ac arrogantes quærebant Iudæi per suas obseruantias) sed per fidem fuisse iustificatum, etiam priusquam circūcisionem accepisset. Vnde euidentis est, circuncisionem illi non dedisse iustitiam, sed signū tantum fuisse iustitiæ, sibi & suæ genti peculiariter datum. Cùm tamen Abraham ante illud signum verè iustus dictus sit in scriptura, & habitus apud deum, clarum est etiam modò fieri posse, vt Gentilis sine circuncisione iustificetur, eodem modo quo Abraham tunc fuit iustificatus per fidem. Vnde duplices eius filios distinguens, Abraham facit patrem non solum carnalium Iudæorum, sed omnium etiam fidelium qui eius imitantur fidem. Neque per legem dicit illum accepisse promissionem suo femini adimplendam, sed per fidem per quam etiam filij eius secundum spiritum omnes salutem consequi poterunt. Vbi & fidem Abrahæ declarans, mirè eam prædicat atque commendat: quam & nobis dicit ad iustitiam reputari, si in Christum (qui deuicta morte, ad nostram iustificationem resurrexerit à mortuis) credimus. Propter quod, quinto Capitulo, omnibus, per Christum facta salute, monet pacem habere ad Deum, omiſsa omni fiducia carnali, in sola spe fixos gloriæ filiorum Dei quæ omnibus est communis. Cuius spe etiam in tribulationibus quæ pro fide Christi obueniunt, magnificè gloriamur (sentientes bonum patientiæ fructum) in spe quæ nunquam confundit, propter pignus spiritus quod accepimus. Quod ex eo declarat, quoniam si tunc cum nondum essent ablata peccata mundi, Deus homo fieri, & pro hominibus mori dignatus est: multò magis nunc, peccatis mundi expiatis & facta reconciliatione, salutem sperare possunt & debent fideles: neque poterunt rectè sperantes confundi. Et quia de expiatione peccatorum & facta reconciliatione per Christum in generalitate dixerat, pergit specialius quomodo id factum fuerit, pertractare. Et vt contrariis iuxta se positis res fiat clarior Adam veterem primum parentem, per suam inobedientiam originali peccato commaculantem omnes posteros, qui erant in

ARGVMENTVM IN EPIST.

lumbis eius, & in eo tanquam in massa comparat cum Christo nouo Adam, qui per suam perfectam obedientiam, omnibus in se credentibus cōtulit perfectam iustitiam, & à veteris Adæ spurcitiis expurgauit, & omnes in pace cum deo constituit: quomodo ille vnus miserat omnes sub ira dei, à qua legem dicit liberare non potuisse suos obseruatores, adeo vt per eius occasionem etiam excreuerint delicta. Capite verò sexto, quæstione proposita ex prædictis, & ea quam capite tertio reliquerat insolutam, modo quodam resumpta an in peccato sit permanendum vt gratia dei abundet, vtque magis clarificetur gloria dei: respondet nequaquam conuenire, vt qui semel peccato sit mortuus, & per baptismum in Christi morte sepultus, ad anteactæ malæ vitæ pristina opera redeat, sed tantum vt in nouitate vitæ ad opera bona cum Christo resurgat sciens se peccato mortuum, deo debere de cætero viuere, vt non ultra regnet peccatum in carne: & corpora quæ prius ad iniquitatem exhibebantur patrandam: iam exhibeantur ad operandam iustitiam. Neque enim ideo facilius peccare debemus, quòd sub gratia sumus: scientes nos semel per gratiam dei liberos factos à seruitute peccati, seruos nos ipsos addixisse iustitiæ: cui proinde nunc post conuersionem oportet corpora nostra seruire, quemadmodum antè seruebant immunditiæ & concupiscentiæ. Atque eo etiam magis, quo hæc (nempe iniustitia) suis seruatoribus mortem æternam confert, in stipendium & mercedis præterea nihil. Iustitia vero, ex dei liberalitate, & modò fructum in sanctificationem, & in futuro finem optimum, vitam æternam, suis donat sectatoribus. In sequentibus verò duobus capitulis, quomodo à duabus legibus per Christum sumus liberati, ad seruiendum legi nouæ Euangelicæ, declarat. Et primùm quidem septimi capitis initio, de lege veteri sub comparatione mulieris, quæ à viri lege per mortem eius absoluitur, nos docet per mortem Christi legi subtractos, ad seruiendum Christo in libertate legis Euangelicæ, eo quòd per mortem Christi, lex mortificatiua pristinas perdiderit obligationes. Quam, ipse legem mortis nominat, non quòd ipsa peccatum sit aut malum, aut quasi per seipsam sit mortifera, sed quia per occasionem, dum peccata demonstrat, & gratiam auxiliantem non præbet, propter concupiscentiæ peruersitatem, ad mala incitat, dum nitimur in vetitum semper, cupimusque negata: legem quidem (vt sanctam nequaquam accusans, sed corruptum sensualem appetitum in carne inhabitantem, qui etiam bonum possit in malum peruertere, grauiter accusat. Vo

cat autem hunc concupiscētiæ fomitem, & peccatum, & legem carnis. Peccatum quidem, eo quòd omnis peccati sit initium, & velut seminarium semper ad malum sollicitans. Legem verò carnis, ex eo quòd carnem sollicitat, incitat, & modo quodam impellit, ad ea quę vult ipsa (etiam contranitente spiritu) peragenda: & spiritus legi nolens subiici, semper rebellionem parat, etiam in spiritualibus viris, & aliquouſque iam perfectis: ita vt spiritu bona volente perficere, carnis ista lex obstrepat, & impediatur frequenter, semper autem cum difficultate aliqua faciat operari bonum. Vnde capite octauo, de ea libertate quam per spiritum sanctum assequimur (quę est per gratiam dei) prolixè & prorsus diuinissimè differit: ostēdens, quem admodum per Christi gratiam ab vtraque lege, tam veteri illa, quàm carnali ista, per Christum liberamur vt nec ad illam oblige- mur, neque per hanc ad vllum malum cogamur, si modò spiritum dei habeamus in nobis inhabitantem, & secundum eius operemur instinctum, non secundum carnis suggestionem: per quem spiritum, carnem dicit nunc mortificari vitis, & in futuro resuscitandam ad resurrectionem gloriosam: quoniam filij dei sunt & cohæredes, Christi fideles omnes, qui aguntur spiritu adoptionis filiorum dei: per quem etiam graue non ducimus, pro Christi nomine passionibus affligi. propter expectationē superuenturæ gloriæ, quomodo & mundialis machina tota nunc sub seruitute laborat, expectans in glorificatione filiorum Dei requiem accipere nobiscum, à laboribus suis. Ad quā tamen speciali modo suspirant, qui spiritus in se primitias habent, qui sperare facit (quod adhuc non videtur) corporis & animæ glorificationem: qui etiam modò nostram ignorantiam instruens, nos Deum orare docet gratissimis orationibus. Per quem extremò dicit fieri, vt fidelibus in quibus inhabitat, omnia cedant in bonum: atque ita diuinam prædestinationem, vocationem, iustificationem, per eum compleri in electis, vt in nouissimo die, nemo aduersus eos vllis valeat accusationibus præualere, & sic nos modò in dei amore confirmare, vt nulla possit, à Christo creatore, creatura separare, propter superabundantem quam erga nos demonstrauit charitatem, quādo proprio filio, suo non peperit: sed pro nobis omnibus tradidit eū. Atq; hæc quidem capitulo octauo. In nono autē sequenti, ne quis in prioribus, eum contra legē, ex odio suæ gentis, loquutū fuisse existimet, iuramento firmat, maximum se habere desiderium cōuersionis & saluationis populi sui Israelitici, cui à Deo, in veteri testamento,

ARGVMENTVM IN EPIST.

plurima erant exhibita peculiaria beneficia . Nec tamen se desperare dicit de impletione promissorum Dei , quanuis illi secundum carnem Israelitæ , nolint Euangelio credere , cum impleantur in veris Abrahamæ & Isaac filiis , secundum spiritum . Vbi sub Isaac & Ismael , Item Iacob & Esau (ex quibus vtrisque , alter tantum à Domino ad implendam patris promissionem electus fuit) duas videtur lineas filiorum Abrahamæ & Isaac cõstituere : alteram secundum carnem , quæ linea sanctificatur in Ismael & Esau . Alteram secundum spiritum , eorum qui dicuntur secundum Isaac & Iacob filios benedictionis , in quibus implentur diuinæ promissiones . Vbi ex verbo prophetæ : Iacob dilexi , Esau odio habui , in prædestinationis profundissimam descendit abyssum , dicens : Nõ ex nostris operibus , sed ex dei electione libera prædestinari bonos , aut reprobari malos : nec currentis esse , nec volentis , prædestinari aut reprobari , sed Dei miserentis : nec eum vllam facere iniustitiam , cum pro peccatis punit peccatores , quoniã sicut lutum in manu figuli , ita nos in manu domini , vt nos vel reprobet in vasã iræ , vel prædestinet in vasã misericordiæ . Quos dicit vocatos nõ ex Iudæis solùm , sed & ex Gëtibus quemadmodum ex prophetarum astruit testimoniis , quæ de Gentium olim incredularum loquuntur conuersione , simul cum Iudæis Christo credentibus , admirans in fine capitis , mirabili Dei iudicio factum esse , vt Gentes ex Dei gratia non speratam neque expectatam susceperint iustitiam , quam expectantes & multò antè præparati per legem Iudæis oblatam respuerunt , impingentes per inuidiæ cęcitatem in lapidem offensionis . Vnde capite decimo , pro illorum cõuersione dominum se dicit orare , testimonium illis perhibens (quod in se experientia didicerat) illos zelo quidem dei , sed non secundum veritatem & rectitudinẽ scientiæ fidei zelare : propter suam carnalem legem mordicus tuẽdam : Christi filij Dei euangelicam legem & æternam respuentes , cum sit tamen ipse finis totius legis . Ipsã enim lex factorum , obseruantes in vita tantũ conseruabat corporali , sed secundum spiritum per se non perfectè iustificabat . Nostra autem lex fidei est : quæ hoc requirit à nobis , non vt multa faciamus cæremonialia (cuiusmodi vetus requirebat) sed vt sine hæsitacionibus & quæstionibus , simpliciter credamus Christum dei filium de cælis descendisse , & eundem ab inferis deuicta morte ad cælos ascendisse : in qua fide nostra salus tota consistit , si eam corde credamus , & ore cum tempus poposcerit , confiteamur : quæ sine distinctione aut consideratione personarum , ex diuinitis &


liberalis dei gratia, communis est omnibus nomen eius ex fide vera inuocantibus: simul addens, quomodo per Apostolicam prædicationem, per vniuersum orbem sanctæ fidei prædicatione missa fuerit, ad omnium gentium salutem, quanquam iis quibus primū nuntiata fuit filij Israel, propter inuidiam & pertinaciam suam noluerint acceptare oblatam, iuxta prophetarum de utroque prædicta testimonia. Quia verò in his præcedentibus capitulis multa de reprobatione Iudaici populi dixerat, ne quis illos in vniuersum putet ratione generis sui esse abiectos, vndecimo capitulo. Istud infidelitati ascribendum non generi docet & vsque adeo non generi, vt etiam gratisimos dicat deo esse futuros, propter electionem patrum suorum & eis factas promissiones, si tantum velint Christi fidem suscipere, & spiritum illum inuidiæ & odij (quo sunt excæcati, vt non videant) deponere, sicque futurum vt quemadmodum per infidelitatem ex bona oliua fuerant eiekti, ita & per fidem rursus inferantur. Vnde in principio capituli huius, iuxta exemplum Heliæ dicit non dubitandum, quin plurimi adhuc sint ex Iudæis, quos deus prædestinauit, nec in vniuersum omnes esse reprobatos, quanquam per inuidiæ spiritum plures iam sint excæcati. In medio autem, ratione patrum deo (qui de suis promissis pœnitere nescit) charissimorum, eos si conuertantur acceptissimos fore demonstrat nihilominus quàm gentes. Circa finem verò capituli, mysterium conuersionis Iudæorum in fine seculi, cum plenitudo gentium intrauerit, aperiens, dicit: quomodo olim Gentes post longam suam incredulitatem, tandem ad fidem conuersæ, consequutæ sunt misericordiam, ita post eam infidelitatem in qua nunc sunt Iudæi futurum in consummatione seculi post detectam Antichristi nequitiam, vt ad veritatem fidei reuertantur cum gentibus, vt sit vnum ouile, & vnus pastor. Vbi per exclamationem, profunditatem diuinorum iudiciorum & inæstimabilem dei sapientiam admirans, in gratiarum actione hanc de dei prædestinatione ac reprobatione profundissimam abyssum miro sanctæ humilitatis egreditur artificio. Dehinc, ad moralia transit capite duodecimo, quod moralibus & salutaribus admodum instructionibus totum est refertum: potissimum de animi humilitate, & gratiarum à deo concessarum mutua ac fidei administratione in inuicem, & de vindicta per iracundiam non requirenda, & aliis huiusmodi. Capite autem decimotertio, de obediētia præstanda superioribus potestatibus, etiam temporalibus, dat præceptum: diuinæ ordinationi dicens resistere

ARGVMENTVM IN EPIST.

eos qui potestatis à deo constitutis negant obedientiam. Monet verò singulis sua reddi debita, vt nulli sint debitorum: & charitatem fraternam erga inuicem exhibere, in qua tota lex impletur. Eòq; magis, quo iam in die sumus & in tēpore gratiæ, non amplius (vt olim ante Christi aduentum) in nocte, propter quod operibus tenebrarum (nempe commestationibus & ebrietatibus & impudicitis) abiectis operibus lucis debemus nos ipsos adornare, carnis desideria refrenantes. Capite autem decimoquarto, ad tolerandum inuicem, in charitate hortatur, sic vt nec perfectiores in fide per superbiam contempnant imperfectos, adhuc aliquid Iudaismi in obseruandis escis aut diebus retinētes: neque vicissim infirmiores iudicent perfectiores, propter Euangelij libertatem legalium obseruariarum distinctionem negligentes: sed vt vnusquisque iuxta suæ fidei rationem, conscientiæ suæ satisfaciatur: à iudicandis fratribus multum dehortans, ex eo quod soli Christo competit iudicium, cui & viuimus, & morimur, ad cuius tribunal astabimus omnes, iudicandi ac pro nobis ipsis rationem reddituri. Non autem ad nos spectat iudicare inuicem. Docet autem deinceps, secundum veritatem nullum cibum esse communem, nisi tātum ex conscientia eius qui cibum aliquem pollutum aut immundum reputat, veruntamen propter fratris infirmi scandalum præcauendum, modis omnibus vult perfectiores, etiam ab eo qui secundum se licitus est cibo abstinere, pro quo Christus dominus etiam mori non dubitauit: adiciens in fine capituli, omne quod non secundum fidei rationem contra conscientiam agitur, peccatum esse. Decimoquinto dehinc capitulo, quod prius proposuerat, replicat, vt inuicem supportemus in humili charitate, exemplo Christi: qui non superbe sibi placuit, nostram salutem contempnens, sed nostras in se infirmitates sustinuit, pro nobis impropria suscipiens, ac pœnā mortis, quæ nobis sunt (quemadmodum & cætera scripturarum omnia) indubiè in exemplum descripta, vt per ea instruamur ad bonum & confirmemur in eis. Deinde pro Gentilium incircūcisorum & Iudæorum circūcisorum ex animo vera concordia, Deum deprecatur: & vt inuicē sustineant in mansuetudine Christiana, exemplo Christi eos hortatur: vt se inuicem non aspernētur, sed potius honorent ac reuerentur in domino, qui & Iudæos honorauit, & nihilominus etiam Gētes. Iudæos quidem, factus eis salutis minister, in carne veniens ad impleendam promissionem patribus eorum factam. Gentes autē, in eo quod hanc salutem Iudæis ex promissione obla

tam, etiam in eos ex sua misericordia voluit dilatare, iuxta Prophetarum quæ adducit diuersa testimonia. Post hæc circa medium capituli, ad familiaria descendens, pro eorum consummatione, tametsi de eis bene confidat, Deum deprecatus, se excusat quod confidenter ad illos scripserit, ratione sui ministerij Apostolici quod accepit in gentibus, in quo se solo dicit gloriari dum eius prædicatio sequentibus signis atque prodigiis per Deum confirmata, vsque adeo proficit, vt in vicina omnia loca per circuitum, Euangelium Christi cum magno fructu peruenerit. Idque in talibus locis, vbi nunquam Christi fuerat prædicatum Euangelium. Propter quod se dicit hactenus non potuisse ad illos accedere, propter nimiam in his regionibus occupationem, quâquam ex multis antea actis annis summè id optauerit. Nunc tamen locum non habens amplius in his regionibus, atque ob hoc in Hispaniam iter meditans, sperat se istac transeundo, ipsos inuisurum. Et nunc quidem se proficisci dicit in Hierusalem, ad deferendum eam quam ab Ecclesiis gentium collegerat pro pauperibus Hierosolymitanis eleemosynam: quo perfecto negotio, se sperat istac iter facturum in Hispaniam. Orari autem petit pro se, vt à peruersis qui in Iudæa sunt hominibus liberetur & acceptam possit offerre in Hierusalem oblationem suam, pro sanctorum necessitatibus. Capitulum verò sextumdecimum totum pene salutationibus occupatur: Nisi quod in medio de cauendis iis qui dissentiones & mala dogmata, contra Apostolicam doctrinam seminant, interponit: quos suo ventri dicit seruire, non dei gloriam quærere, & sua blandiloquẽtia simplices animos decipere. A quibus eos vult caute attendere, ne suæ sanctæ obedientiæ cuius fama vbique vulgabatur) maculam inferant. Iterumque postis salutationibus Deo soli sapiienti, pro sui reuelatione sacramenti gratias agens ita terminat egregiam istam, & tam verborum quam sententiarum pondere magnificam Epistolam.

Finis argumenti.



ELVCIDA TEXTVS

TIO IN EPISTOLAM
ad Romanos, beati Pauli
Apostoli.

EPISTOLAE
ad Romanos beati
Pauli Apostoli.

ELVCIDATIO CAPITIS PRIMI.

CAPVT I.



P^aAVLVVS in spiritus libertate Iesu Christo deseruiens, nouo miraculo de caelo vocatus ad Apostolatus officium: deinde Spiritus sancti iusione singulariter electus ad Euāgelium Dei praedicandum: b quod licet nūc primū sit manifestatum, multo tamen antē in scripturis prophetarum fuerat repromissum: quod quidem Euāgelium de filio eius est, quem docet & ex patris volūate praedicat solum & verum Salvatore[m] hominum: c qui secundum humanitatem, temporali natiuitate factus est ex progenie Dauid: d de quo fuerat ab aeterno praedestinatum, vt in tempore esset secundum carnem manēs Dei filius, eiusdem omnino cum patre virtutis: e quod per Spiritum sanctum huius admirandi operis solū authorem factum est, qui in idem suppositum personae vtraque coniūxit naturam, diuinam pariter & humanam: f sicuti patuit ex eo. quod à mortuis surrexit ipse Iesus Christus dominus noster, quae resurrectio sine virtute diuina per potentiam merè humanam fieri nunquam potuisset: g Per quem Christum à Deo accepimus gratiā remissionis peccatorum, & spiritualium donorum, atque etiam Apostolatus officium: vt per meam praedicationem praestetur obediētia fidei Christianae, ad gloriam nominis eius, in omnibus gentibus, de quorum numero etiam vos estis, à Christo Iesu ad suam fidem vocati. h Ille, inquam, Paulus, salutem dicit

P^aulus seruus Iesu Christi vocatus. Apostolus, segregatus in Euāgelium Dei,

b quod antē promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo:

c qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem:

d qui praedestinatus est filius Dei in virtute,

e secundum spiritum sanctificationis,

f ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri:

g per quē accepimus gratiam & apostolatū ad obediendum fidei, in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi domini nostri,

h omnibus qui sunt Regum, dilectus Dei, vocatus sanctus.

B



a Gratia vobis & pax à deo patre & domino nostro Iesu Christo.

b Primum quidē gratias ago deo meo p̄ Iesū Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annūtiatur in vniuerso mundo.

c Testis enim mihi est deo cui seruiō in spiritu meo in euāgelio filij eius, quōd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrās, si quo modo tādem aliquādo prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos.

d Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratia spiritualis ad confirmandos vos, e id est, simul consolari in vobis per eam qua inuicem est fidē vestram atque meam.

f Nolo autē vos ignorare fratres quia saepe proposui venire ad vos (& prohibitus sum usque adhuc)

g vt aliquem fructum habeam in vobis sicut & in ceteris gentibus.

h Gracis ac Barbaris sapientibus & insipientibus debitor sum ita quod in me promptum est & vobis qui Romae estis euangelizare.

omnibus qui sunt Romae, à Deo dilectis, vocatis ad sanctitatem. a Hæc est autem salutatio mea, Gratia vobis & pax à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo. b Primum quidē gratias ago Deo patri per Iesum Christum (per quem, ab eodem cuncta nobis bona proueniunt) pro omnibus vobis, q̄ fama fidei vestra vniuersum mundum pertransiit, & in plurimis locis de vestra fide, fama bona spargitur. c Deum testor, cui seruiō in spiritu, in denuntiatione euangelij filij eius, quōd in omnibus orationibus meis vestri memor sim, assiduē deprecās, vt placeat deo, vel tandem aliquando nostrum iter ad vos dirigere. d Valde enim desidero videre vos, ob hanc causam potissimum, vt aliquam spirituales gratiam, vel abundantius, vel firmiter, deo donante, quasi ex meo aduētū suscipiatis. e Hoc volo, vt per meum ad vos aduentum pariter accipiamus consolationem, per fidem quam ad inuicem communem habemus, vos eandem nobiscum, & nos vicissim eandem vobiscum. Magna enim consolatio foret vtriusque, si ex aduentu præceptoris & Apostoli vestri, & vos certi redderemini de fide vestra, & ego de vestro quē audiui profectu. f Et omnino hoc vos scire cupio, quoniam per me nō stetit, quōd hætenus ad vos non venerim. Cū enim sepius proposuerim, nescio tamen quomodo varis occupationibus, & ecclesiarum sollicitudinibus (quibus ob suam imperfectionem adhuc nostra præsentia opus est) detentus atque impeditus, vsque modō nō potuerim propositum perficere. g Ideo, inquam, proposui venire ad vos, vt aliquem fructum & vtilitatem spirituales conferrem vobis: sicut & ceteris gentibus nō parum contuli. Necessitas enim mihi incumbit, vt quantum in me est, ad salutem perducam vniuersos. h Nam Gracis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus, denique vniuersis citra delectum debitor sum: ita vt promptus sim (quantum ex me est) etiam vobis Romanis euangelium prædicare. An

putatis, ob erubescenciam, non audere me euangelium Christi in Romam adferre, atque ideo hic malè delitescere? a Nequaquam erubescio euangelium, quandoquidè ipsum est virtus dei, quod solum saluos potest facere sine discretione omnes credentes. b Et habent quidem in euāgelij gratia primas partes Iudæi, quibus à diebus antiquis peculiariter promissā est. Nihilominus tamen etiā Gentiles, si velint credere, per ipsum salui fient. c Nam in eo & per ipsum euangelium, vera iustitia coram deo, quæ est ex fide, manifestè cunctis proponitur, in fidem, hoc est, vt credant euāgelio homines, & ex fide deinceps querant iustificari: d Iuxta scripturam, quæ dicit: Iustum ex fide dei iustificari, atque vitā animæ habere. e Docetur enim & prædicatur in eodem euangelio ira magna dei, & vindicta grauis, quæ suo tempore de celo adueniēte iusto iudice, veniet ad puniēdum omnem impietatem, qua contra deum, & omnem iniustitiam, qua contra proximos peccauerūt homines in fideles & maligni, f qui veritatem à deo sibi reuelatam, iniuste occupant, malè viuēdo. g Dico veritatem illos detinere, quoniam quātum satis fuit nosse de deo, habuerūt in sua cognitione manifestum: h quoniam deus ex creaturis, per virtutem naturalis luminis quod eis tribuit, necessariorum eis cognitionem dedit sufficiētem. i Attributa enim deo, quæ sensu percipi non possunt, à creatione mundialis machinæ, per ea quæ in ipsis sunt opera, quasi per gradus quosdam intellectu apprehēsa, vtcunq; cōspici & cognosci valent. k Ipsa quoque virtus sempiterna per quā omnipotentia dei creauit omnia, & ipsa sempiterna diuina bonitas, in qua per virtutem suam dei potentia creata omnia disponit, gubernat & perficit: ita vt se per ignorantiam excusare non possint. l Quoniam cum cognouissent ex naturali lumine, & dei beneficio, vnum esse verum deum, non deriderunt illi tamen diuinum honorem & gloriam,

a Nō enim erubescio euāgelium: virtus enim dei est in salutem omni credenti:

b Iudæo primū & Græco.

c Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidē:

d sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit.

e Reuelatur enim ira dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam hominum,

f eorum qui veritatē dei in iniustitiam detinent:

g quia quod notum est dei, manifestū est in illis.

h Deus enim illis manifestauit.

i Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur,

k sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles:

l quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt.

a sed euauerunt in cogitationibus suis,
 b & obscuratum est insipiens cor eorum.

c Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt:

d & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentum.

e Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: fit quia commutauerunt ueritatem dei in mendacium & coluerunt & seruerunt creaturam potius quam creatori qui est benedictus in secula, Amen.

g Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie

h Nam scemina eorum imutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam.

i Similiter autem & mascululi relicto naturali usu foeminae exarserunt in desideris suis in inuicem mascululi in masculos turpitudine operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.

l Et sicut deum non probauerunt habere in notitia: tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conueniunt.

neque gratos se praestiterunt pro accepta sapientia, a sed in cogitationibus suis uani facti sunt, nullum bonum fructum facientes, de eo multa perquirere atque differere uolentes: nihil uero iuxta agnita studentes operari. b Atque ita mens eorum & uoluntas propter insipientiam malae conuersationis sunt obtenebratae. c Cumque se sapientes iactant, talesque haberi uelint, eo ipso stultos se faciunt, & demonstrant, dum illud haberi uolunt, a quo longissime absunt. d Et gloriam incorruptibili deo debitam, transtulerunt in imaginariam similitudinem hominis corruptibilis, aut uolucrum, aut quadrupedum, aut serpentum, pro deo uero & immortalis colentes imagines mortaliu hominum, aut irrationabiles bestias. e Propter quod, iusto uero iudicio permisit illos deus pertrahi a concupiscentiis prauis affectus sui, ad foedissimam immunditiam, ita ut sua corpora inauditis contumeliis afficerent in suam ignominiam. idque, ut iam dixi, quia pro uero deo, falsos deos (qui non sunt nisi figmenta hominum) coluerunt seruientes creaturae, praetermisso creatore, in ignominiam eius qui est solus deus uerus, & uere colendus, in secula benedictus, Amen. f Hac, inquam, de causa in huius uindictam ingratitudinis iusto iudicio, permisit illos deus ruere in passiones ignominiae, & confusione plenas. g Nam sceminae uirorum usum naturalem relinquentes, abusa sunt se inuicem contra naturam instituta. h Sic & mascululi foeminarum usu qui secundum naturam est, relicto, peruersae libidinis aestu, in se inuicem, reclamante naturae honestate, sunt bacchati, turpissima foeditate se inuicem perfundentes, & suae idololatriae condignam mercedem, sic maculati in sese recipientes. i Et sicut agnitus deus non eis complacuit, ut eum fideli deuotione & conuersatione digna glorificarent: ita uicissim repulit & illos deus, permisitque in sensum peruersum ruere: unde euentuendi non erant, ut facerent ea quae nequaquam

conueniunt. a Ipsos, inquam, maculatos omni iniquitate, peruersa malitia, fornicatione, auaritia, libidinosa & lasciuia nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentionibus, dolis, morosa malignitate: b aduersum maiores in occulto susurriones, post tergum in absentia proximis detrahentes, odibiles deo, ad inferendas contumelias & probra paratos, c supra se de se sentientes, alios praeire contendentes, & ad magna aspirantes, diligentes in adinventione malorum, superioribus inobediētes, d in quibus est nihil verę sapientiæ, nihil ordinis aut rectę compositionis, qui neque naturali affectione commouentur ad pietatē, fœdera & pacta seruare non curant, compati nec sibi nec aliis nesciūt. e De his ego dico, quod cum deum ex data sibi cognitione iustum cognoscerent: noluerunt tamen intelligere, nec cordi illud impri mere peccatis mentem obscurantibus, & voluntatem a recto abstrahentibus, quod qui talia agunt nefanda fascinora, digni sunt æternę mortis pœna: f Non solum qui ea faciunt per semetipsos, sed etiam qui alios permittunt hæc agere, quos deberent & possent ab eiusmodi cohibere: ne fortē immunes se putent Gentilium principes & sapientes, qui cognoscentes veritatem dei, populum in idololatria sua irreprehensum dimiserūt, quem ad veritatem instruere debuissent. Sic igitur patet nullam excusationem relictam gentibus, quin illi subiaceant iræ, quæ in euangelio manifestata est, de cælo ventura super omnes impios.

ELUCIDATIO CAP. II.

E^a Andem ob causam, certissimus expecta hanc dei iram atque prædictam damnationem, quisquis præsumis alium iudicare in eo quod ipse agis, quemadmodum vobis contingit, qui odiosis contentionibus inuicem iudicatis, Iudæi Gentiles, & Gentiles Iudæos: cum sitis omnes peccatis inuoluti. b Hoc ipso enim quod alium iudicas, & morte dignum pronuntias, ve-

a Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate,

b susurriones, detractores, deo odibiles, contumeliosos,

c superbos, elatos, inuictores malorū, parētibus non obediētes,

d insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.

e Qui cum iustitiam dei cognouissent non intellexerūt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte.

f Non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

TEXTVS CAP. II.

a Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas.

b in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadē enim agis quæ iudicas.

a Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

b Existimas autem hoc homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei?

c An diuitias bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis?

d Ignoras: quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit?

e Secundum autem duriciam tuam & impaenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei qui reddet unicuique secundum opera eius:

f iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quaerunt vitam aeternam:

g iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati: credunt autem iniquitati ira & indignatio, tribulatio & angustia,

h in omnem animam hominis, operantis malum: *i* Iudaei primum & Graeci.

ritatem nosse, te demonstras: itaque te ipsum condemnas, & sententiam damnationis contra te ipsum profers: cum illud ipsum tu agas, quod in alio condemnas. *a* Hoc autem firmissimum habemus (iuxta quod reuelatum praediximus) iudicium Dei venturum, abisque discretionem contra omnes talia mala agentes. Forte autem persuades tibi impunitatem, propterea quod expectat Deus, & vindictam differt irae suae. Noli errare. *b* Num enim ideo speras in fine effugere tu qui alios iudicas in eo quod agis, quia nunc deus dissimulat? *c* Quare copiosam dei benignitatem, per quam tibi parci: & longanimitatem, per quam te expectat: & tolerantiam per quam te sustinet, sic contemnis, abutens eis in malitiae tuae augmentum? *d* Numquid non aduertis, his modis deum te allicere, & quodammodo inuitare te ad paenitentiam? *e* Tu vero e contrario, propter durum & impaenitens cor tuum (quod te facit bona dei non attentare, & beneficiis non emoliri) cuncta nunc in meritum data expendis, in damnationem tibi comparandam, coaceruandam, & coemendam, quae patebit super te in die illa, quando iratus reuelabitur iustus iudex, qui mercedem dabit unicuique secundum opera sua: *f* iis quidem qui in perseverantia bonorum operum quaesierunt vitam aeternam, redditurus est gloriam, honorem, & incorruptibilitatem aeternitatis: *g* iis autem qui contentionibus deseruiunt, simplicitati fidei resistentes, qui nolunt simpliciter simplici veritati evangelicae credere, sed magis erroris impietatibus acquiescunt, his, inquam, veniet ultio diuina & intollerabilis atque implacabilis furor domini, atque inde afflictio tribulationis & angustia cordis: *h* non in corpus tantum (quod pro minimo foret) sed quod grauius est, in omnem animam hominis cuiuslibet, qui fuerit in hac vita malis operibus coinquinatus. *i* sub qua ira & vindicta primas partes habent increduli & mali Iudaei, si iuxta acceptam legis gratiam non vixerint. Ni-

hilominus tamen & Gentiles, si malè fuerint operati, eidem erunt damnationi, sine excusatione, obnoxij. a Gloria autem, & honor & eterna pax, omni qui bene fuerit operatus: primùm quidem Iudæo, simul & Græco. b Non enim respicit Deus personam hominis, vt ex personæ respectu, sine operum examinatione, hunc iudicet, illum saluet: c sed qui sine lege scripta peccauerunt Gentiles sine scripta etiã lege, propter solam naturalis dictaminis transgressionem, condemnabuntur. d Et qui scriptam legem acceperunt Iudæi, per eãdem condemnabuntur, si eam fuerint transgressi. e Non enim apud deum satis est ad salutem, legem accepisse, neq; legis auditores ex solo auditu iustificantur: sed qui legem acceptã impleuerint opere, hi euadent condemnationis iudicium. f De Gentibus autem, quomodo & quare iudicabuntur, ita declaramus: Nam cum Gentes scriptam legem non habentes, naturali mentis lumine illustrati, ea faciunt bona opera, quæ moralis lex g præcepit ipsis suis mens, lex quædam est in qua legis opera scripta se habere demonstrant, h dum illis testificatur rationis dictamen (quod conscientia) quid agendum est, quid omittendum, quemadmodum lex vetus ista scripto indicat: i quod & cogitationes, quas hinc defendentes bonas, illinc accusantes malas in se habent, apertè declarant: quæ & nunc quidem, coram consistorio rationalis iudicis agunt, & reuelabuntur apertius, si entque palam, ante consistorium diuinitatis, in die illa cum iudicabit deus occulta cordium, per Iesum Christum secundum euangelium quod prædico. k Nunc igitur audi Iudæe. vt comprimatur tua elatio. Donemus tibi vt Iudæus cognomineris, places tibi in lege, gloriaris in deo, a quo legem accepisti, per quam & nostri voluntatem eius, & vtiliora præ Gentibus potes probare. Confidis quoque te lege instructum ducere cecos, & in tenebris existetes illuminare, posse erudire insipientes, infantes ac rudes do-

a Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primùm & Græco:

b nõ enim est acceptio personarum apud Deum.

c Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt.

d & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

e Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed & factores legis iustificabuntur.

f Cum enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt,

faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:

g qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis,

h testimonio reddente illis conscientia ipsorum,

i & inter se inuicè cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum.

k Si autè tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nostri voluntatem eius, & probas vtiliora, instruitus per legem: confidis te ipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris

bris sunt, eruditorem inspicuum, & magistrū infantiū, habētē formā scientiæ & veritatis in lege.

a Qui ergo alium doces, teipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis?

b qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis, deum inhonoras?

c Nomen enim dei per vos blasphematur inter Gentiles, sicut scriptum est:

d circūcisio quidem prodest si legē obseruas, si autē præuaricator legis sis, circūcisio tua præputium facta est.

e Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nõne præputiū illius in circūcisionem reputabitur?

f & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literā & circūcisionē præuaricator legis es?

g Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque qua in manifesto in carne est circūcisio, sed qui in abscondito, Iudæus est, & circūcisio cordis in spiritu, non litera.

h cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

cere, eo quod habeas legem vt formam veræ scientiæ & certæ veritatis, donemus, inquam, hæc tibi. a Qui igitur doces alium cur teipsum non doces? qui prædicas non furandum, cur ipse furaris? qui clamas non mœchandum, cur ipse mœcharis? qui idola abominaris immunda, cur sacra polluis, legem præuaricando? quod certè æquale peccatum est. b Qui in lege gloriaris, cur præuaricando legem, deum blasphemas? c Ecce enim Gentes vestram malam conuersationem videntes, vos inducitis in dei blasphemiam, atque ita per occasionem vestræ conuersationis malæ, nomen dei vestri etiam inter Gentiles blasphematur, sicut per increpationem olim sancti propheta scripserunt patribus vestris. Quid autem vultis in circūcisione gloriari præ Gentibus, dum legē transgredimini? d Fateor quidem circūcisionē profuisse suo tempore, legem obseruati. At si legem negligis, nihil tibi amplius circūcisio quam præputium proderit. & eris propter legis præuaricationem, eque atque præputiatus damnationi obnoxius. e Quin & præputiatus, si iustitias legis custodierit, tanquā circūcisus reputabitur. f Et stabit in iudicium præputiatus qui legem impleuit, aduersum te, qui literæ in hærens tantum, & carnis circūcisioni, legem transgressus es minima obseruans, & præcipua omittens, caeremonialia implens, & moralia transgrediens. g Non enim qui coram hominibus Iudæus est, hunc deus Iudæum verum spiritualiter reputabit: neque circūcisionem carnis exteriorē. deus circūcisionem veram reputat: sed qui in abscondito Iudæus est, hoc est, iustitias legis abseruans: hic, inquam, coram deo Iudæus est: & vera est circūcisio cordis quæ spiritu fit, non quæ carne: h cuius laus non coram hominibus (quia nunc latet) sed corā deo est, qui intuetur abscondita cordium.

ELVCIDATIO CAP. III.

Quoniam verò videmus circūcisum æquare incircūciso, quærat forsitan ex Iudæis

quispiā. a Si ita est, vt dixisti, quid ergo habet Iudeus præ Gētili, in quo antecellit eū, aut quā præstat vtilitatem circuncisio, quam præputiatus nō habeat? Videris enim equallē vtrosque. b Huic quæstioni ego respondeo, quōd in multis omnino Iudæorum præcellit cōditio: siue corpus spectes, siue animam, siue temporalia promissa, siue spiritualia bona. c Verūm inter cętera præcipuū est reputandū, quōd illis diuina eloquia, hoc est, præcepta & promissa, sint tradita in scripturis, per legem atque prophetas. d Et licet plurimi patrum non crediderunt dei eloquiis, putabimus hoc illis imputari qui rectē crediderūt? e Certē si ita credimus, fidelitatem dei irritam facimus, eiūsque fidei multū derogamus. f At verō deus verax est, cū sit omnis homo mendax, ac per se prōptus ad mēdaciū & infidelitatem, nisi à deo inspiretur ad eloquēdum & operādum veritatē. Et tantō deus magis est verax, quātō etiā infidelibus & mēdacibus nobis suā fidē seruat. g sicut scripsit Dauid loquens domino: Mūda me à peccato meo, quo tibi soli peccaui: vt sic tu iustus appareas in verbis tuis, quibus misericordiam promittis pœnitentibus. h Et redarguantur confusi qui te criminantur & iudicant, vel de nimia seueritate vel de infidelitate. i Ex quo Dauidis verbo, fortē scrupulus vobis suboritur, quoniam si nostra iniquitate, dei iustitia declaratur atque confirmatur, sicut prædiximus, conseq̄i videtur, vt iniquus sit deus, qui pro peccatis nostris, iram velit inferre peccantibus. k Et sic certē loquuntur homines secundum carnem sapientes, l sed nequaquam ita res habet. Non enim potest esse iniquus, qui iudex est mūdi. m Quod si ita esset cum iustitia dei in meo peccato plurimūm abundāter præ omnibus fuerit glorificata, in eo quōd mei misertus est, qui erā primus & maximus peccator: quare sicut peccator olim, nunc me ipsum iudico, cui ex tanto peccato videretur maior præ cæteris deberi gloria? n Et cur non potius car-

a *Quid ergo amplius Iudeo est? aut quæ vtilitas circuncisionis?*

b *Multūm per omnem modum.*

c *Primum quidem: quia credita sunt illis eloquia Dei.*

d *Quid enim, si quidam illorum non crediderunt?*

e *Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuat? absit.*

f *Est autem deus verax, omnis autem homo mendax.*

g *sicut scriptum est: vt iustificeris in sermonibus tuis.*

h *& vincas cū iudicaris.*

i *Si autem iniquitas nostra iustitiā dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus est deus, qui infert iram?*

k *Secundum hominem dico.*

l *absit, alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum?*

m *Si enim veritas dei in meo mendaciō abundauit, in gloriā ipseus: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?*

n *& non sicut blasphemus*

namur, & (sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala vt veniant bona:

a quorum damnatio iusta est.

b Quid ergo? Præcellim⁹ eos?

Nequaquam.

c Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est:

d Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum: e omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt.

Non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum.

f Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidū sub labiis eorum.

g Quorū os maledictione & amaritudine plenu est: veloces pedes eorū ad effundēdum sanguinem,

h contritio & infelicitas in viis eorum & viā pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.

i Scimus autē quoniam quacūque lex loquitur iis qui in lege sunt, loquitur.

ni indulgentes, mala faciamus etiam plura & ampliora, vt bona inde proueniāt: quoniam optimū est deum iustificari, & eius iustitiam ac misericordiam cōmendari: quod nos quidam maleuoli affirmant docere, per calumniam his verbis nostris peruerse intellectis nobis obiicentes, quōd doceamus faciēda esse mala, propter glorificationē dei a sed damnationem sibi isti cōquirunt, dum nostris verbis sic peruerse intellectis, abutuntur ad nostram infamiam, aut ad peccati libertatem.

Sed missa hæc faciamus. **b** *Queramus ergo:* Cūm (vt modo diximus) multa per omnem modum vtilitas sit ex circūcisione, & multis sint Iudæi beneficiis peculiariter affecti à deo: an habēt ex hoc aliquid, in quo meritò se debeant coram deo præponere Gentibus, iisque se anteferre, & cōtra eos gloriari? prorsus nihil. **c** *Siquidē iam ante patētibus rationibus demonstrauius, tam Iudæos, quā Gētiles omnes peccato esse obnoxios.* Nam de Iudæis, sic quidē scribit proprius eorum Psalmista: **d** *Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deū: e omnes aberrauerūt, pariter inutiles facti sunt, à legis impletione deficientes.* Non est ex eis qui faciat bonum, non est nec vnus quidem. **f** *Ipsi pleni spurcitia, & fœditatem exhalātes eius qua interius pleni sunt malitię, vt alios quoq; vorent, quodāmodo aperti sunt ad modum sepulchrorū patētium, quæ & fœtorem exhalant, & ad vorandum aperta sunt, dolose loquūtur, doctrinas plus quā venenosas labiis retinētes: g quorum os maledictis & amarulentia scatet, ita vt ad maledicēdum sint paratissimi, similiter & prōpti in sanguinis effusionem. h Conterūtur miseri hæc agentes, in viis seculi, lassantur in via iniquitatis, ambulātes vias difficiles: viāmq; pacis ignorātes, nesciunt deū constituere præ oculis. Nolo autem hæc à vobis Iudæis, in Gentes torqueri. i Scio enim & dico, quicquid hoc in psalmo scriptū est. de nobis Iudæis scriptum esse, vt hac scriptura*

etiam
tium
ita de
quam
nes n
deo.
remit
strā q
obser
tantū
pecca
tiā ad
ad exp
rō ho
bis &
bus an
atque
dere i
omni
citra
quidē
nes vt
pacto.
mera
i per
stus I
dedit
piciā
fidem
dum,
fui: qu
nobis
propri
pecca
propri
cata c
ter to
tiam
uit m
cand

etiam vestra comprimatur iactantia, sicut & Gen-
tium initio epistola gloriã cõpresimus: a atq;
ita demũ omne os obstruatur: ne glorietur quis-
quam quasi sine peccato apud deum. b & vt om-
nes per humilitatem confessionis subditi fiant
deo, ab eo petentes iustificationẽ, & peccatorum
remissionem: c quoniam ex operibus legis fru-
strã quæritur iustificatio, quam conferre lex suis
obseruatoribus non potest: d per legem enim
tantũ demonstrantur peccata, & in cognitionẽ
peccati, ipsã hominem instruit, sed auxilium gra-
tiã ad ipsã euitanda non præbet. nec sacramenta
ad expiationem sufficientia habet. e Nunc ve-
rò hoc nouã legis tempore, manifestata est no-
bis & prædicata vera iustitia, de qua olim à die-
bus antiquis prædixerunt, & testificati sunt lex
atque propheta. f Hęc est autẽ iustitia dei, Cre-
dere in Iesum Christum, communiter propo-
sita omnibus de celo, quibus placuerit credere in eũ,
citra omnẽ personã discretionem. g Quoniam
quidẽ omnes peccauerunt, & necesse habent om-
nes vt in in ipsis glorificetur deus: h nempe hoc
pacto, vt non ex nostrorũ operum merito, sed per
meram gratiã dei iustificemur à peccatis nostris,
i per redemptionẽ quam gratis ex amore Chri-
stus Iesus operatus est: quem deus pater in palam
dedit, & in cõmune proposuit omnibus ad repro-
piciãdum & expiãdum peccata omnium, qui per
fidem in eum velent credere: k ad repropician-
dum, inquam, per vim atq; efficaciam sanguinis
sui: quem in cruce pro nobis effudit, vt ostēderet
nobis pater seueritatem iustitiã suã, qui etiam
proprio filio suo non pepercit. sed in mortẽ pro-
peccatis nostris tradidit expiãdis. l Hoc autem
propiciatore opus erat, vt dimitterẽtur nobis pec-
cata quã ab initio præcesserunt, deo longanimi-
ter tolerante vsque in hoc tempus quando iusti-
tiam fidei, quã coram eo vera iustitia est, decre-
uit manifestare, vt appareat ipse iustus, iustifi-
cando omnes qui credunt in Iesum Christum.

a vt omne os obstruatur,
b & subditi fiat omnis
mundus deo:

c quia ex operibus legis
non iustificabitur omnis
caro, coram illo.

d Per legem enim cogni-
tio peccati.

e Nunc autem sine lege
iustitia dei manifestata
est, testificata à lege &
Prophetis.

f Iustitia enim dei per fi-
dẽ Iesu Christi in omnes
& super omnes qui cre-
dunt in eum. Non enim
est distinctio.

g Omnes enim peccau-
erunt, & egent gloria dei,
h iustificati gratis per gra-
tiam ipsius,

i per redemptionem qua
est in Christo Iesu, quẽ
proposuit deus propitia-
torem per fidem,

k in sanguine ipsius, ad
ostensionem iustitiã suã.

l propter remissionem
præcedentiũ delictorũ, in
sustentatione dei, ad ostẽ-
sionem iustitiã eius in hoc
tempore, vt sit ipse iustus
& iustificans eum qui est
est ex fide Iesu Christi.

a Vbi ergo est gloriatio tua. Exclusa est? per quã legem. Factorum? Non: sed per legem fidei.

b Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

c An Iudæorum deus tantum? Nõne & Gentium? Imo & Gentium.

d Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circũcisionem ex fide: & præputium per fidem.

e Legem ergo destrui-mus per fidẽ? Absit: sed legem statuimus.

TEXT. CAP. IIII.

a Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrẽ nostrum secũdum carnẽ?

b Si enim Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam, sed non apud deum.

c Quid enim dicit scriptura?

Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

d Ei autẽ qui operatur, merces non imputatur secũdum gratiam, sed secũdum debitum.

e Ei verò qui non operatur, credẽti autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iu-

a Nunc vides Iudæe omnem tibi gloriationem aduersus incircuncisos sublatã, non quidẽ legem veterem, quæ est lex operum, in eos superextendẽdo. sed legem fidei eis cõmunicando. *b* Stat enim fixa sentẽtia, posse hominem iustificari ex fide Christi, sine operibus legis. *c* Nõ enim est Iudæorum deus tantũ, sed & Gentium: itaque curẽ est illi etiam de Gentibus sicuti & de vobis: *d* vnũque est deus, qui & circũcisos vos, & illos præputiatos eadem ex fide iustificat. *e* Ne ergo dixeritis nos legẽ subuertere, imò verò dicite nos legem perficere atque firmare, quoniam in meliorem statum eam adducimus, in quo & communiõ sit pluribus, & semper stabilis.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

O *a* Bücietis mihi: si ita vilipenditur circuncisio, dicatũrque: nihil eius obseruatio ad iustitiam facere: quid ergo tantũ pro magno dono eam accepit Abraham pater noster secundum carnem, à deo? Respondebo paulopost: si antè probauero, nõ iustificatum Abraham esse, nec ex circuncisione, nec ex vllis legis operibus. Nemo enim querens ex suorum operũ rigoro nõ debito iustificari, gloriã habet corã deo. *b* Igitur si Abraham ex operũ suorum condigno debito tantũ, iustificatus dicatur, cõsequitur, ipsũ non habere gloriã apud deum. *c* Sed vide, quia repugnat scriptura, dicens, inde Abraham coram deo iustum reputatum, quod crediderit ei. Credit, inquit, Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Dum autẽ fidem ad iustitiã reputatam dicit, gratiam signat, debitum excludit. *d* Nam homini operario, ex operum condignitate ac rigore, debiti mercedem querenti: quæ datur merces, non quasi gratuita dicenda est, sed secũdum debitũ solui. *e* Qui verò ex operibus mercedẽ, quasi debitam non spectat, credit autem in eum qui iustificat impium, non auarẽ quasi mercenarius in mercedẽ intendens tantũ, sed quicquid operatur boni, deo liberaliter & fideliter cõmit-

tens, p
betur,
secun
& Dar
beatur
quasi
ad suã
iusti, q
peccat
le vir
bit do
iustitiã
eam a
tuens,
tur, &
tum. C
li in h
stitiẽ
tantũ
conue
esse po
dã pa
Abrah
f Sec
tempo
adhuc
cunci
enim
dite c
antè p
cunci
ficans
h v
tur cu
tio, &
& pat
rum.
si, sed
fidei
buit,

tens, per hanc suam fidē iustus ille coram deo habetur, secūdm benignā dei acceptationem, nō secūdm operationis bonæ cōdignitatē: a quod & Dauid testatur, dum illum hominem describit beatum, quem deus gratuito iustum habet, non quasi ex operū debito, perinde ac si satisfecisset ad suā iustificationem. b Beati, inquit, hoc est, iusti, quorū sunt iniquitates remissæ: & quorum peccata vtrā deus nō videt nec recordatur. c Ille vir beatus, est iustus, cui nō imputat siue ascribit dominus peccatum. Ecce absolutā describens iustitiam, nullius facit operis mentionem, totam eam apud deum in peccatorum remissione cōstituens, quæ secūdm dei beneplacitum acquiritur, & non secūdm debitum vel condignū meritum. Cui enim vult deus peccata dimittit, & nulli in hoc debitor esse potest. d De hac ergo iustitiæ beatitudine vos interrogo: an inter Iudæos tantū inueniatur, solis circumcisus peculiariter conueniens, an potius etiam Gentibus cōmunis esse potest incircuncisus? e Huius autem secūdm partis veritas clara est, ex eo quod dicit scriptura: Abrahæ suam fidem reputatā à deo ad iustitiam. f Sed quando hoc de Abrahā dicitur? an pro eo tempore quo iam erat circumcisus, an pro eo quo adhuc erat incircuncisus? Indubiè antequam circumcisus esset: id de eo scriptum legitur. Nōdum enim tunc temporis circumcisus erat. g Nunc audite cur sit data Abrahæ circumcisio. Accepit ille, antè per fidem iustificatus. signum, quod est circumcisio, vt esset ei sigillum confirmatiuum, testificans iustitiam fidei, quam in præputio habuit: h vt hac nota primus insignitus, pater reputaretur cunctorum post credentium, etiam in præputio, & vt illis sua fides in iustitiam reputetur: vt & pater haberetur verè & spiritualiter circumcisorum. i Non iis tantū qui carne sunt circumcisi, sed sequacibus eius fidei, qui illam insequuntur fidei rectitudinem quam præputiatus adhuc habuit, siue circumcisi fuerunt, siue præputiati.

iustitiam secundum propositum gratiæ Dei.

a sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis, cui deus accepto fert iustitiā sine operibus.

b Beati quorum remissa sunt iniquitates: & quorum peccata sunt peccata.

c Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum.

d Beatitudo ergo hæc in circūcisione tantū manet, an etiā in præputio?

e Dicimus enim: qui a reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.

f Quomodo ergo reputata est in circūcisione, an in præputio? Nō in circūcisione, sed in præputio.

g Et signū accepit circūcisionis, signaculū iustitiæ fidei, quæ est in præputio:

h vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circūcisionis.

i Nō iis tantū qui sunt ex circūcisione, sed iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

a Non enim per legem, a Et reuera promissionem factam sibi & semini
 promissio Abrahamæ, aut suo post se (vt hæreditate acciperet & possideret
 semini eius vt hæres es- terram promissionis, dicente domino: Tibi & se-
 set mundi, mini tuo dabo terram hanc) non accepit ex legis
 sed per iustitiam fidei. obseruatione, sed p iustitiã fidei suę. b Sic enim
 b Si enim qui ex lege hæ obseruatores legis hac via hæredes sunt institu-
 redes sunt exinanita est fi ti, tollitur meritũ fidei patris Abrahamæ, per quam,
 des, abolita est promissio. & non per legem, illam promissionem accipere
 c Lex enim irã operatur. meruit à domino, neque impletur Abrahamæ facta
 promissio, quæ in omnes Gentes respicit, si ex so-
 la legis obseruatione acquiritur. c Nam lex se-
 cundum occasionem aliquã, magis iræ obnoxios
 reddit, impedimentumque præstat consequendæ
 promissionis, quàm ad eam consequendam præ-
 beat adiuuentum. d De plurimis enim lex statu-
 it, aut præcipiens, aut prohibens, in quibus nul-
 la esset præuaticatio si non esset lex. e Rectius
 ergo fides medium sit consequendæ promissio-
 nis, vt gratuita sit & firmã omni semini non so-
 lum, sed etiam spiritus, id est, non Iudæo tantum
 legis obseruatori, sed & Gentili fidem tantum se-
 quenti Abrahamæ, f qui per fidem pater est sine di-
 stinctione omnium credentium, sicut scriptũ est:
 g Nõ vocaberis vltra, Abram, sed, Abrahamã: quia
 patrem multarum gentium constitui te: patrem
 vtique non apud homines, secundum quorum iu-
 dicium solũ carnalium Iudæorum pater habe-
 ris, sed coram deo, apud quem credẽdo hoc pro-
 meruisti. h Qui deus potest eos qui nunc in in-
 fidelitate mortui iacent, ad vitam fidei reducere,
 & qui propter infidelitatem ante deum quasi ni-
 hil sunt, potest sua vocatione, vt fideles sint, eiq;
 obediant per fidem efficere. i Abrahamæ autem
 meritum ex fide, hoc est, quoniam per fidem, con-
 fidenter in domino sperãs, credidit, quod contra
 naturam impossibile, ac proinde nec sperandum
 videbatur: k vt hac fide mereretur fieri & nomi-
 nari (aucto nomine suo Abraham) pater multarũ
 gentium, secundũ quod dictum est ei: l Sic erit
 posteritas tua in multitudine sicut stellæ cæli, &

d Vbi enim non est lex,
 nec præuaticatio.

e Ideò ex fide vt secundum
 gratiam firma sit promissio
 omni semini, nõ ei qui
 ex lege est solũ, sed &
 ei qui ex fide est Abrahamæ,
 f qui pater est omnium
 nostrum, sicut scriptũ est,
 g quia patrẽ multarum
 gentium posui te, ante de-
 um cui credidisti.

h Qui viuificat mortuos
 & vocat ea quæ nõ sunt
 tanquam ea quæ sunt,
 i Qui cõtra spẽ in spẽ cre-
 didit,
 k vt fieret pater multarũ
 gentium, secundum quod
 dictũ est ei,
 l Sic erit semen tuum si-
 cut stellæ cæli, & are-
 næ maris.

arenæ maris. a Et quanquam promittente sibi domino de filio Isaac esset emortuo iam corpore, nec ut prius erat, adeo ad generationem valido, Sara quoque haberet vuluam emortuam, minimè tamen hæc considerans in fide vacillauit: b in repromissione quoq; quam de suæ posteritatis multiplicatione & potètia acceperat, nihil hesitauit, vlla ratione diuinis promissis diffidens: c sed in suæ fidei simplicitate cõfirmatus est, dãs gloriam deo. credendo sermonibus eius: d certissimè sciens potentem esse dominũ ad implendum quacunque promiserat, quantũcunque sibi secũdum naturæ cursum viderẽtur impossibilia: ideòq; iustus habitus est ante deum. e Non est autem scriptũ hoc de eius iustitia ex fide, propter ipsum tãtũ, sed & propter nos posteros eius, ad exẽplum, informationem & consolationem: quibus, sicut & illi, reputabitur fides ad iustitiam, si crediderimus in patrem, qui resuscitauit Iesum Christum dominũ nostrum à mortuis ad vitam: f qui diuina dispensatione & permissione propter omnium nostrum delicta exhaurienda, traditus est in manus peccatorum, ad mortem: resurrexit verò propria virtute mortem relinquens, & ad vitam rediens propter nos iustificãdos. Nihil enim profuisset nobis, Christum moriẽdo pro nostris peccatis satisfacere, nisi & resurgens spiritũ fidei nobis dedisset, in qua est nostra iustificatio.

ELUCIDATIO CAP. V.

I^a Vsti igitur facti ex fide, curemus habere pacem, omnibus dissensionibus eliminatis, ad deũ, per dominum nostrum Iesum Christum, b quo mediante accessus nobis datus est creditibus, in hanc gratiam dei (quæ est adoptio filiorum dei) ad quam vocati sumus c in qua viriliter perstamus, gloriantes in spe & expectatione eius gloriæ quæ dãda est filiis dei. d Nõ autem in ea tãtũ, sed eius gratia in tribulationibus etiam gloriamur: quod sciamus, per tribulationes

a Et non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suũ emortuũ, cum iam ferẽt cẽtũ esset annorũ & emortuã vuluam Sara.

b In repromissione etiã dei non hesitauit diffidẽtia.

c sed confortatus est fide dans gloriam deo.

d plenissimè sciens quia quacunq; promisit deũ, potens est & facere, ideò & reputatum est illi ad iustitiam.

e Nõ est autem scriptum tantũ propter ipsum, quia reputatũ est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis.

f qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificacionem nostram.

TEXT. CAP. V.

a Iustificati ergo ex fide, pacẽ habeamus ad deum per dominum nostrũ Iesum Christum:

b per quẽ habemus accessũ per fidẽ in gratiã istã, c in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei.

d Nõ solũ autẽ, sed & gloriamur in tribulatio-

uibus, sciētes quōd tribulatio patientiā operatur, patiētia autē p̄bationē, p̄batio verō spem.

a Spes autē non cōfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

b Vt quid enim Christus cū adhuc infirmus essemus secundum tēpus, pro impiis mortuus est?

c Vix enim pro iusto quis moritur.

d Nam pro bono forsitā quis audeat mori.

e Cōmendat autē charitatē suā deus in nobis, quoniam cū adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est.

f Multō igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

g Si enim cū inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius multo magis reconciliati salui erim⁹ in vita ipsius.

h Non solum autem: sed & gloriāmur in deo per dominū nostrum Iesum christum per quem nunc recōciliationē accepimus.

i Propterea sicut per unū hominē peccatū in hunc mūdum intrauit, & per

patientiam exerceri: patientiam autem probatos reddere demum ex p̄batione spem tutam surgere. a Quæ autem sic probata est spes, fieri nequit vt sperātes fallat. Ecce enim pignus iam tenemus, eius quam expectamus gloriæ dei, charitatem quā deus pater abundanter effudit in corda nostra per spiritum sanctū nobis dono datum.

b Certē quid opus fuerat Christum pro impiis, qui iuxta tēporis rationem adhuc peccatores erant, vel ad tempus mori, si non per eius mortem nos vellet pater vitam consequi? c Nam inter homines, tātam vix reperias charitatem, vt velit quis pro iusto mori. Dico vix reperiri. d Nam forsitan possit inueniri qui pro viro bono audeat mortem subire. e Deus verō suam erga nos charitatem magnificē cōmendatam nobis & confirmatā fecit in eo quōd ipse pro iniustis secundum tempus (quia nondum ablata erant peccata mundi) ad tempus mori dignatus est. f Et si ita est, imō quia ita est, multō magis ergo nunc in tēpore pacis & gratiæ, in quo à peccatis nostris per effusionem pretiosi sanguinis eius sumus emūdati, liberi erimus ab ira dei super incredulos ventura, per Christum. g Nam si tunc cū adhuc inimici essemus, nondum peracta satisfactione pro peccatis nostris, misso ad mortem filio pater nos sibi reconciliauerit, igitur nunc multō magis postq̄ reconciliati, sumus deo per sanguinē Christi, peccatis nostris expiatis, à damnationis ira salui ac liberi erimus, per eundem iam morte deuicta, æternaliter viuētem. h Neque verō id expectamus tātū, sed etiā nunc in isto peregrinationis tempore, magnificē gloriāmur in deo per Christum dominum nostrum, per quem nobis tanta promissa sunt, & per quem deo reconciliati sumus.

i Propterea, sicut per vnum hominem Adam prothoparentem, potuit peccatum in totum hūc mundum introire, & cum peccato mors, atque ita mors simul cum peccato in omnes posteros pertranseundo per propagationem deuenire:

a per vnum, inquam, Adam, in cuius lumbis omnes posterius originalis peccati macula sunt maculati: sic indubie per vnum hominem poterit & iustificatio & vita in omnes homines diffundi. b Nec enim est arbitrandum, peccatum hoc simul cum lege intrasse in mundum. Nam ab initio prauaricationis vsque ad legem, iam regnauerat peccatum hoc in mundo. c Non autem imputabatur, donec veniet lex ipsum manifestans. d Imò verò regnauit mors ab Adam vsque ad Moyse legē, etiam in eos qui nullo suo proprio actionis crimine prauaricati fuissent, si cut Adam actuali inobediētiæ peccato, legis diuinæ prauaricator extitit: qui Adam vetus typus & forma quædam est noui Adæ sequentis, id est, Christi: quatenus hic omnibus author erit vitæ, vt ille mortem propagauit in omnes. e Gratias autem deo, quòd præstantius est donum gratiæ nobis per Christum collatum ad saluandum, quàm Adæ delictum ad perdendum fuerit. f Si enim vnus Adæ delictum tam potens fuit, vt multis (id est, omnibus posteris) mortis obligationem induceret: multò magis gratia nos deo gratificans, & donum iustificationis, de plenitudine gratiæ vnus hominis Iesu Christi gratis acceptum, abundanter deriuatum est in multos, nempe in omnes qui in eum credere voluerint. g Et nõ sicut per vnum peccatum Adæ, in vno tantum rei efficiamur, non, inquam, ita donum gratiæ dei, ab vno tantum peccato iustificat. h Nam mortis iudicium ex vno peccato originis ab Adam deducto, in condensationem omnium processit: i gratia autem non ex illo tantum delicto originali, sed ex multis superiectis, quæ sibi quisque auxit, in iustificationem omnimodam procedit, liberans tam ab actuali, quàm ab originali peccato. k Rursum si per vnum delictum vnus hominis potuit regnare mors: multò magis per vnū Iesum Christum, verum vitæ authorem, regna-

peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransiit.

a in quo omnes peccauerunt.

b Vsque ad legē enim peccatum erat in mundo.

c Peccatū autē nõ imputabatur, cum lex nõ esset.

d Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysem, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudine prauaricationis Adæ qui est forma futuri.

e Sed non sicut delictum ita & donum.

f Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.

g Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum.

h Nam iudicium ex vno in condemnationem.

i Gratia autem, ex multis delictis, in iustificationem.

k Si enim vnus delicto, mors regnauit per vnū, multò magis abundantia gratiæ & donationis iustitiæ accipientes, in vita regnabunt, per vnū Iesum Christum.

a Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vita.

b Sicut enim per inobedientiam vnus hominis, peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi.

c Lex autem subintravit, vt abundaret delictum.

d Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, vt sicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum dominum nostrum.

TEXT. CAP. VI.

a Quid ergo dicemus? inanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit.

b Qui enim mortui su-

bunt in vita, & vita regnabit in eis, qui nunc accipiunt abundantiam gratiae & donationis, ad suam iustificationem, de eius plenitudine, post emendationem a peccato. *a* Igitur concludimus quod sicut per vnus delictum ad condemnationem mortis, in omnes homines ventum est: sic & per vnus plenissima iustitiam omnibus hominibus qui quaesierint illam, venit iustificatio vita. *b* Nec miranda est horum effectum tanta diuersitas: quia sicut ille per suam inobedientiam (eo quod pater esset omnium primus) omnes nos fecit peccato obnoxios: ita per vnus Christi perfectam obedientiam (qui est caput & principium omnium credentium) multi iusti redditi sunt. i. omnes credentes in eum. Sed hic quid de lege dicemus? An non potuit lex auferre hoc peccatum a mundo? Non profecto. *c* Lex enim ad tempus introducta, & imposita fuit populo imperfecto: per cuius aduentum, vitio non obseruatum factum est, vt grauiora & plura fierent ab eis peccata, dum multa precipiuntur atque prohibentur, quae sine lege peccata non essent, dumque malum demonstrando per occasionem auget tentationem, & auxiliu gratiae non prebet. *d* Sed nihil hoc nunc oberit creditibus: quoniam vbi abundauit delictum, abundantius supercrescet & gratia: ita vt sicut peccatum regnavit ad mortem, sic gratia dei nunc in fidelium cordibus dominetur, & regnet per iustitiam fidei bonae operationis in vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum, per quem nobis bona omnia prouenire fatemur.

ELUCIDATIO CAP. VI.

a Vanquam autem supra diximus, nostra iniustitia diuinam iustitiam commendari: rursus, vbi abundauit iniquitas, superabundare & gratiam, nemo tamen ex his existimet consequenter nos velle dicere, quod bonum sit in peccatis permanere, vt maior abundet gratia, & magis commendetur dei iustitia, non supra superex crescente iniustitia. *b* Nos enim,

qui semel peccato prorsus abrenūtiantes, in cō-
 uersione & baptismo eidem mortui sumus ne-
 quaquam licet adhuc in illo viuere, quod semel de-
 testatione sempiterna. quantum in nobis esset,
 abiurauimus. a Scire etenim vos oportet, fra-
 tres mei, omnē eum qui fide suscepta baptiza-
 tur in nomine Iesu Christi (baptismate nouæ
 gratiæ, quo ipse discipulis baptizare præcepit)
 baptizari ad configurationē mortis eius, ex qua
 baptismus suæ emundationis habet virtutem.
 b Per baptismum nanq; per configurationem
 quandam cum illo sepulti sumus, quasi mundo
 penitus mortui, & à mūdi concupiscentiis abs-
 conditi cum Christo, in morte eius: nō quidem
 vt ab omni opere de cætero torpētes cessemus,
 quemadmodum nec Christus in sepulchro per-
 māsit, c sed vt in opera nouæ vitæ & per virtu-
 tē gratiæ dei resurgamus, quomodo Christus
 à mortuis post paululū surrexit per virtutē in-
 habitantis in eo diuinitatis. d Si enim modò
 in hac vita Christo velut pinguisimæ radici &
 foecundissimæ arbori nos tanquam plantulæ
 quædam & ramusculi coinseri fuerimus per af-
 similationem & configurationem mortis eius:
 e nihil dubium, quin suo quoque tempore, glo-
 riæ resurrectionis eius participes erimus. Partici-
 pēs enim fiunt pinguedinis quæ est in radice
 aut arbore, ramusculi omnes qui fuerint per in-
 sitionē rectē implantati. f Illud diligenter at-
 tendētes, quod vetustas omnis peccati, & malæ
 conuersationis, omnisque pristina iniquitas, si-
 mul cū Christo (qui eam assumpsit & portauit
 pro nobis) crucis patibulo affixa est: id est, per
 Christi mortem in cruce deleta atq; destructa
 per debitam placationem & condignam satisfac-
 tionem ante patrem: vt caro ista peccatis subdi-
 ta destrueretur, & sibi moreretur, sic vt amplius
 non sit, neque dicatur corpus peccati, ad hoc si-
 ne dubio, vt de cætero imperpetuū non amplius
 peccato seruiamus, propter quod expiandum,

*mus peccato, quomodo ad
 huc viuemus in illo?*

*a An ignoratis fratres,
 quia quicūque baptizati
 sumus in Christo Iesu, in
 morte ipsius baptizati su-
 mus?*

*b Consepulti enim sumus
 cum illo per baptismum,
 in mortem;*

*c vt quomodo Christus
 surrexit à mortuis per
 gloriā patris, ita & nos
 in nouitate vitæ ambule-
 mus,*

*d Si enim complātati fa-
 cti sumus similitudini
 mortis eius,*

*e simul & resurrectionis
 erimus:*

*f Hoc scientes, quia ve-
 tus homo noster simul
 crucifixus est,*

*vt destruaturs corpus pec-
 cati, vt ultra non seruiam-
 us peccato.*

a Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.

b Si enim mortui sumus eū Christo, credimus etiā quia simul etiā viuemus cum illo:

c scientes, quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

d Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel.

e Quod autem uiuit, uiuit Deo.

f Ita et vos, existimate vos mortuos quidem esse peccato.

viuentes autem Deo in Christo Iesu.

g Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

h Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato.

i sed exhibete vos deo tamquam ex mortuis uiuen-

dei filium pati & mori oportuit. a Qui enim verè cum Christo mortuus est, necesse est illum à peccato esse iustificatum, & e contrario. Neque enim si adhuc peccato uiuit & mundo, cū Christo mortuus esse potest. b Et licet graue forsitan videatur, Christi morti configurari, & cum ipso mori, non tamen nos fatiget molestia, quoniam firmissima fide tenemus, omnes qui nunc sic cum Christo uitam mori student, etiam in futura vita simul victuros cum illo. c Scimus autem, quoniā Christus semel deuicta morte resurgens, ultra ad mortem non est rediturus, nec redire potest: mors ultra in illum non praeualebit, nec illum (ut femel) tenebit iterum, vel ad momentum minimum. d Nam quod Christus ipse mortuus fuit, id propter peccata generis humani semel sustinere peccata sufficit. e Quod autem nunc ipse resuscitatus tertia die, uiuit, deo uiuit, id est, ex virtute diuinitatis suae, quae etiā corpus & humanitatem post resurrectionem sic glorificauit, ut mori amplius non possit. f Ad cuius cōfigurationem in nobis exprimendam, oportet ut nobis firmiter persuadeamus in animo, & diligenter, seduloque imprimamus cordibus nostris, quod peccato verè mortui sumus, ut ex illa persuasionem post cōuersionem, ab omni peccato abhorreamus: deo autem uiuētes, in Christo Iesu domino nostro, ut illius uidelicet opera modis omnib⁹ operari studeamus. g Ne ergo permittatis, neque ultra rationem finatis, ut dominetur in uobis quod semel abiurastis peccatū, regnū uero obtineat in ista uestra corrupta carne, sic ut obediēter perficere studeatis praua desideria eius quae suggerit. h Similiter neque membra corporis uestri ultra exhibeatis in ministeriū seruitutis peccati, & instrumenta ad male agēdum, quemadmodum olim eis abusi estis: i sed iam à cōuersione uestra, quā ex mortuis in spiritu facti uiuētes, praesta-

te vos deo paratos in omne opus bonum, & mēbra, virēsque corporis vestri instrumenta ad bene agendum, in seruitute dei, ad gloriam eius.

a Nam posthac nulla prorsus ratione permit- tendum est in vobis regnum peccati, postquam peccatis estis mortui, & Christi sacramentis san- ctificati. b Sub gratia enim dei iam estis, quā & in baptismo accepistis, quā contra malū for- tificat, & ad bonum præbet auxilium, non am- plius sub infirma & inualida lege. c Sed quid? An ideo peccabimus magis, quia sub gratia su- mus, non sub lege (quemadmodum putant) eo quod nunc prompta sit temper gratia dei, quæ peccata remittit, quomodo sub lege non erat?

d Lōgè verò absit hoc à fidelium cordibus, vt occasione gratiæ dei, licentiores fiant ad peccā- dum. e Magis autem illud apud nos perpen- damus, quod cui nos semel exhibemus seruos, adiucimusq; & subiucimus vtronei ad obediē- dum, illius serui proculdubio, nostra hac volun- taria subiectione & traditione efficiuntur, illius, inquam, cuius sic nos obedientiæ subiucimus.

f Si peccati ad æternæ mortis præmia, quæ ex illius seruitute promerebimur: siue salutaris o- bedientiæ fidei, & mādatorum dei, ad fructū iu- stitiæ & sanctificationis nostræ, quā ex illa bea- ta seruitute consequemur. g Deo autem gra- tias ago de bona cōuersatione vestra, quoniam cū fuissetis olim serui peccati, ipso tamen vo- cante, sanctæ obedientiæ Christiana, ex animo in synceritate cordis, abiuratis erroribus, vos ip- sos submisistis, h ad eam doctrinæ formam & sanctæ institutionis modum, in quibus vos apo- stoli instituerunt à patriis erroribus & vitiis pri- stinis traductos. i Postquā autem desistis esse serui peccati, facti estis serui iustitiæ. k Quod dico vos iam fideles factos, seruos esse iustitiæ, (cū videatur hæc esse secundum veritatē me- ra & sola libertas, iustitiæ seruire) id ego huma- no more loquor propter carnis infirmitatē: ob

tes, & membra vestra ar- ma iustitiæ deo.

a Peccatum enim vobis non dominabitur.

b Non enim sub lege es- tis, sed sub gratia.

c Quid ergo peccabimus: quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia?

d Absit.

e An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui es- tis eius cui obeditis?

f siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iusti- tiam.

g Gratias autem deo, quod fuistis serui peccati: obedistis autem ex corde.

h In eam formam doctri- næ in quam traditi estis.

i liberati autem à peccato serui facti estis iustitiæ.

k Humanum dico pro- pter infirmitatem carnis vestræ.

quam nihil dubito quin laboriosum adhuc vobis existat, seruire iustitiæ. Neq; grâde aliquid & quod supra humanas vires existat, à vobis exigitur: sed propter carnis infirmitatē, parum aliquid, quod humanū sit & rationabile, & factū nō difficile. a Nihil enim aliud exigitur à vobis, quàm vt sicut ante conuersionē vestram exhibuistis corpora vestra ad perficiendum immūditiam & iniquitatem, ad iniquitatem peptandam: ita nunc exhibeatis eadem illa vestra corpora, ex bona animi deuotione, ad perficiendum opera iustitiæ in eis, quibus sanctificari valeatis, & ipsa quoque pristinis vitiis emundari queāt: dum iam sacris actibus mancipātur, quæ olim prophanis. b Cū enim seruiretis peccato, liberi eratis iustitiæ, id est, ab ea vacui eaque priuati. c Dicite verò mihi quem fructū aut quid veri commodi tunc potuistis habere in vitiis & peccatis vestris, de quibus nunc erubescitis, cū vobis ad memoriam reduntur, & pro quibus modò apud deum confundimini, & penitentiā agitis? proculdubio nullum. d Imò insuper finis illorum & exitus, ad quem deducunt, æternæ mortis damnatio est. e At verò nunc post conuersionem vestram facti à peccati seruitute per gratiam liberi, & serui facti dei, habetis fructum operum iustitiæ, ipsam sanctificationem cordis & corporis vestri, fructū haud dubiè pretiosum & optabilem: insuper finalem retributionē, gloriam vitæ æternæ. f Nam stipendium peccati actibus debitū & determinatum, mortis æternæ dānatio est. g Vita autem æterna, non quidem ex condigno debito reddenda est pro operum in se cōdignitate: sed ex dei gratia & dono, pro operibus iustitiæ, eam nihilominus indubiè recipiemus in Christo Iesu domi o nostro, per quem & in quo nobis sunt nostra omnia verè bona.

a Sicut enim exhibuistis mēbra vestra seruire immūditia & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

b Cū enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

c Quem ergo fructū habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?

d Nam finis illorū mors est.

e Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructū vestrū in sanctificationem, finē verò vitam æternam.

f Stipēdia peccati mors.

g Gratia autē dei, vita æterna in Christo Iesu domino nostro.

ELUCIDATIO CAP. VII.

A D vos nunc sermonem cōuerto Iudæi, qui legis habetis scientiam, vobis ea quæ sunt legis proponens: vt ex collatione clarum fiat, quod volumus. **b** Scitis enim quod lex quælibet, super hominem dominium nō habet neque sibi habet subiectū & obligatū, nisi donec ipsa vigorem habet, & in suo perstat robore. Nam si antiquata fuerit, abrogata ac mortua, non vltra sibi tenebit quæquam obligatū. **c** Et quidē mulier quæ sub viri imperio per matrimonium est subiecta, donec vir eius viuat, alligata est legi: ita vt illum non possit pro libito relinquere. **d** Si autem mori ipsam contigerit, hoc ipso absoluta erit à lege viri: nec erit lex vel ius aliquod quo prohibeatur alteri iungi. **e** Atque ita donec vir viuat, adultera erit & reputabitur: si priori relicto viro (sub cuius lege tenebatur obligata) alteri se adiunxerit, ad actū maritalem. **f** Mortuo autem viro, à lege & iure viri liberata est: vt adultera nec sit, nec reputetur si alteri se per matrimonium iunxerit. Legem viro commparamus, sub qua hactenus vixistis in Iudaismo: vos autem legi subditos, cum muliere conferimus. **g** Vos itaque fratres, legi estis mortificati: id est, per mortem legis ei subtrahiti, quoniam ipsa mortua est vobis, per corporis Christi mortem, quæ consummauit legalia & vetera omnia, quoniam finis legis est Christus, in sanguine suo nouam legem & omnia noua dedicans: h vt posthac alterius adhereatis nouæ legi, hoc est, Christi Iesu, qui à mortuis resurrexit. Sic, inquam, illi adhereatis, vt bonis actionibus de cetero vacantes, bonorum operum fructum vobis accumulatis in deo, & ad gloriam eius. **i** Cum enim nōdum ad spiritum fidei ducti, adhuc in carnis concupiscentia viuereamus, male inclinationes & impulsus prauis, quæ ex lege occasionem non modicam ad seruiendum accipiebant, modo quodam regnabant, & efficaciter dominabantur in cor-

TEXT. CAP. VII.

a An ignoratis fratres (scietibus enim legem loquor)

b quia lex in homine dominatur quanto tempore viuat?

c Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi.

d si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri.

e Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro.

f Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.

g Itaque fratres mei vos mortificati estis legi per corpus Christi:

h vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis deo.

i Cum enim essemus in carne, passionibus peccatorum quæ per legem erant, operabatur in membris nostris, vt fructificarent morti.

a Nūc autē soluti sumus
à lege mortis in qua deti-
nebamur:

b ita vt seruiamus in no-
uitate spiritus, & non in
vetustate litera.

c Quid ergo dicemus: lex
peccatum est? Absit.

d Sed peccatum non co-
gnoui nisi per legem.

e Nam concupiscētiā
nesciebam, nisi lex dice-
ret, Non concupisces.

f Occasione autem acce-
pta, peccatum per man-
datum operatū est in me
omnem concupiscētiā.

g Sine lege enim pecca-
tum mortuum erat.

h Ego autem viuebam
sine lege aliquando.

i Sed cū venisset man-
datū, peccatū reuixit, ego
autem mortuus sum.

pore nostro, spiritum tenētes suppeditatum & captiuum, vt nos ad mortem & damnationem inducerēt. a Nunc verò à veteri lege illa mor-
tis occasione dante & viuificare impotente, sub
qua vt paruuli sub pædagogō conclusi detine-
bamur, per gratiam euangelij liberati sumus:
b sic vt nos amplius in literali legis seruantia,
sed in spiritus libertate, per regenerationē no-
ui facti, deo seruiamus: qui nos ab illa seruitute
& vetustate ad hanc nouitatem & libertatē vo-
care dignatus est. c Neq; verò quod dico pas-
siones peccatorum per legem esse, sic accipi ve-
lim, quasi sentiam ipsam legem esse peccatum
aut malum. d Sed peccatum aliquod, imò plu-
ra dico esse peccata, quæ non cognoscerentur,
esse peccata, nisi per legem ea prohibētem, atq;
ita prohibēdo indicantem. e Exēpli gratia, de
actū concupiscēdi, quis vnquam credidisset in-
ternum solum concupiscētiæ motum sine ex-
teriori operatione esse peccatum, nisi lex indi-
casset, prohibens non concupiscere rem alienā,
nedum non furari exterius? f At verò ipse qui
in nobis habitat peccati fomes (qui hic peccatū
nominatur, eo q̄ omnis peccati sit origo quæ-
dam) id est, corrupta nostra & peruersa sensua-
litas, occasio ē accipiens ex mandato, quo inno-
tuit concupiscētiā esse peccatum, dum niti-
tur semper in vetita, exardescit vehemētius, vt
operetur in nobis multiplicem concupiscētiā
& omnis generis peccatum. g Ante legem e-
nim datam, peccatum quodammodo mortuum
erat, vt minus cognitum, minúsque validum &
efficax. h Et quidem fuit tempus, quādo sine
lege scripta viuebāt homines, ante videlicet le-
gis dationem: & tunc sibi viuere quodammodo
videbantur, quando lege scripta non redargue-
bantur, nec onerati cogebantur. i Per dationē
autem legis reuixit valētius quā antè, & aper-
tius, notiusq; , quod antè debile & incognitum
latuerat. & nos morti facti sumus amplius obno-

xij, ex legis iudicio nobis peccata demonstrante, & occasionaliter ad maiora & plura nos adducente, dū multas superaddit præceptiones & prohibitiones, quibus antè nō obligabamur, & peccata nota faciebat, ad quæ postmodū cognito q̄ essent peccata, corruptio sensualitatis inclinat, sollicitatq; vehementius. a Atq; ita re ipsa cōpertum est legē quē ad vitā à beneficio dei p̄ magno beneficio data erat, nostro vitio nobis factā esse mortis occasionē. b Corrupt⁹ enim sensualitatis fomes accipiens occasionē ex lege bona (vt suprà diximus) seducebat homines à reſtitutione rationis & vitæ ad consentiēdum carnalibus desideriis, c & per illius bonæ legis occasionē homines in peccati perpetrationem inducēs, interficiebat. d Non ergo culpamus legem quæ est sancta & sine macula: neq; mandatum dei quod omnimodis iustum esse fate-mur & sanctū & bonum. e Neq; dico legem bonam per se mortem nobis esse factam, quasi ipsa mortem effecerit hominibus, sitq; mortis causa. f Absit enim, vt hoc de sancta dei lege impiè asseramus. g Sed dicimus quod ipse fomes peccati, per occasionem bonæ legis hominibus effecerit mortem, sic vt appares fieret, & validius quod antè latebat, priusquam per legē iudicaretur, h vt fomes peccati (quē hīc semper peccatum dicimus) apparet iam: supra modum peccans, per legis occasionem: dum post legem datam ad vetita magis sollicitat & inducit, & propter expressam legis prohibitionem, grauiora sunt peccata quæ cōmittit: vt sic & in pluribus delinquat & grauius. i De lege enim illud scimus & fate-mur quod bona & spiritualis sit in sese, vt pote à patre spirituū data, k homines autē ex corruptione quæ eis inest ex primi parentis peccato & consensu malo sub peccati tyrānide traditi, cōstituti, obligati, & quasi venditi in seruitutem. Ecce quod dicturus sum de toto humano genere, quatenus sub illa corru-

a & inuentum est mihi
mandatum quod erat ad
vitam, hoc esse ad moriē.

b Nam peccatū occasio-
re accepta per mādatum
seduxit me,

c & per illud occidit.

d Itaque lex quidē san-
cta, & mādatum sanctū
& iustum & bonum.

e Quod ergo bonum est
mihi factum est mors?

f Absit.

g Sed peccatū, vt appa-
reat peccatū, per bonum
operatum est mihi mortē,

h vt fiat supra modum
peccans peccatū per mā-
datum.

i Scimus enim quia lex
spiritualis est:

k ego autē carnalis sum,
venundatus sub peccato.

- ptione fomitis continetur, sub mea persona dicturus sum: sic de meipso loquens, quasi præter peccati fomitem nihil in me foret, gratiam dei quodammodo dissimulans. a Itaque quod ego ago ex corruptione carnis, non secundum rationis intelligentiam, sed potius secundum carnis ago malam concupiscentiam, cui ex naturali propagatione omnes subicimur, donec per dei gratiam liberemur. b Neque enim secundum carnem illud facio quod secundum rationem ut bonum eligo, sed quod secundum rationem detestabile mihi est malum illud facio: sequens magis in opere, fomitis tractum peruersum, quam rationis rectum dictamen, & voluntatis electionem bonam. c In eo autem, dum facimus secundum carnis impulsus, quod secundum rationem detestamur, legem sanè approbamus, quod bona sit, quando per rationem quod illa præcipit, nos ut bonum iudicamus & eligimus, quanuis dominante concupiscentia non perficiamus. d Itaque dum sic ex carnis mala inclinatione, contra rationem operor quod malum est, non ego secundum spiritum (qui est in homine potior pars) illud operor: cum frequenter repugnante etiam spiritu, contra rationis imperium, in nobis passionibus peccatorum insurgant: e sed peccati fomites, qui in carne corrupta per priuationem originalis iustitiæ implantatus inhabitat, per traducem & propagationem à primis parentibus. f Experientia enim quotidiana certus sum, quod in me secundum carnem, & in corrupta carne ista, non habitat vlla ad bonum inclinatio, sed pronitas inest ad omne malum. g Nam ex parte spiritus, video mihi bonum frequenter in electione esse & desyderio: sed propter carnis concupiscentiam, nequeo perficere, quod secundum spiritum utcumque volebam. Iam autem diximus de homine nos sic loqui, ut est in seipso, sine auxilio diuinæ gra-
- a *Quod enim operor, non intelligo.*
- b *Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odio malum, illud facio.*
- c *Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est.*
- d *Nunc autem iam non ego operor illud:*
- e *sed quod habitat in me peccatum.*
- f *Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.*
- g *Nam velle adiacet mihi, perficere autem boni, non inuenio.*
- h *Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.*

tia superaddita. a Non enim valētes sumus ex nobis, vt bonum quod quomodocunque eligimus, perficiamus: sed malum, quod secundum spiritum odio habemus, perficere potentes sumus: quia nimirum dominatur in homine ex sua vitiosa origine, peccati fomes, non spiritus. b Si autem facio quod secundum spiritum nolo: non vtique ego secundum spiritum (qui est potior in homine pars) id facio: sed caro ipsa & fomes peccati (qui in ea regnat donec per gratiam Christi deuincatur) vel repugnante spiritu, & contradicente voluntate, mala exsuscitat. b Inuenio igitur legem bonam esse & sanctam qualem diximus, dum volo bonum facere, secundum spiritum: quamquam mihi malum in proximo in carnis concupiscentia adiaceat, quod me à perficiendo bono retrahit. c Nam secundum spiritum (qui est interior homo, & præcipua pars hominis) complaceo & delector in lege Dei, dum ex naturalis dictamine eadem eligo, quæ lex Dei aperte præcepit, tanquam bona. d Sed cognosco ex altera parte concupiscentiam peruersam & fomitem peccati in carne inhabitantem (quam etiam possumus legem quandam nominare, eo quod cogat & inlectat, & dominetur in carne) quæ repugnat naturali dictamini mentis, & quæ violentia quadam me velut captiuum reddit & seruire facit peccato. Libet itaque nunc exclamare in persona eius, qui Dei gratia non aditus sub tyrannide præmitur, quærens facere bonum & propter carnis concupiscentiam non inueniens. e Heu me infelicē, & ex meipso nihil nisi miserum: quis me liberabit à corpore isto morti obnoxio, liberumque faciet à corruptione quæ in eo habitat, vt non vltra in me dominetur? Quis talem mihi hostem subiugabit, aut infirmabit? Nunquid vetus Moyfi lex? Nunquid circuncisio? Nunquid legales obseruatia omnes, in quibus gloriatur Iudæis

a Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

b Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum quoniam mihi malum adiacet.

c Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem.

d video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati: que est in membris meis.

e Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?

*a Gratia dei per Iesum
Christū dominū nostrū.*

*b Igitur ipse mente ser-
uio legi dei, carne autem
legi peccati.*

TEXT. CAP. VIII.

*a Nihil ergo nunc dam-
nationis est iis qui sunt in
Christo Iesu,
b qui non secundum car-
nem ambulant.*

*c Lex enim spiritus vita
in Christo Iesu, liberauit
me à lege peccati & mor-
tis.*

*d Nam quod impossibile
erat legi in quo in firma-
batur per carnem, deus
filium suum mittēs in si-
militudinē carnis peccati,*

*e & de peccato, damna-
uit peccatum in carne.*

a Nihil horum sanè : sed gratia Dei sola, quæ spiritum contra carnis corruptionem corrobora- rat cōcupiscentiæ virtutem infregit, impetum- que minuit, & spiritui carnem obedire facit. Gratia, inquam, Dei, per Iesum Christum per quem sunt nobis omnia: quia gratia & veritas per Iesum Christum facta cognoscitur. b Ita- que nūc ego idēque (donec ista accedit gra- tia Dei, atque secūdū partem aliquam etiam illa in nobis habitante) secūdū spiritus bonam electionem, quæ legis Dei sunt, Deoque placita, quæro perficere: secūdū carnem au- tem, quæ concupiscentia suadet, & ad quæ fo- mes peccati instigat, concupisco.

ELUCIDATIO CAP. VIII.

Igitur ob gratiam dei, adiuuantem & li- berantem à malitiā inhabitantis concupi- scentiæ, non est quòd mortis aeternæ dam- nationem timeāt fideles, qui in Christum cre- dunt quasi eam non possint effugere: b Illi, inquam, non timeant, qui secūdū spiritum, gratiæ dei acquiescentes, conuersari student, & non secūdū carnis concupiscentiam car- naliter viuere. c Spiritus enim sanctus, in fi- delibus author vitæ spiritualis (quæ est velut lex quædam regulans in bono spiritum hu- manum) ipse est qui in Christo Iesu credētem, liberat à lege peccati & mortis: id est, à fomite malæ concupiscentiæ, atque etiam à legis ve- teris carnali obseruātia: quoniam per spiritum Christi fit, vt nec fomes peccati nocere possit, neque ad legis vltra obligemur seruitutem.

d Quod enim veteri legi erat penitus impos- sibile, in eo quòd infirma erat per suas carna- les obseruantias, & ad saluandū inualida, deus impleuit sua prouidentia. mittens filium suum indutum carne, eiūdem, secūdū veritatem naturæ cū carne nostra peccato subdita, quan- quàm esset eius caro peccato minimè subdita: e atque ita per filium suum factum velut ho-

stiam pro peccato, damnauit, destruxit, expiauitque peccato, quod erat in carne nostra, a vt quam lex promittebat, sed per se conferre non poterat peccato, iustificationem nos cōpletam in nobis & perfectam, Christi morte superemus: b Nos, inquam, qui non secundum carnis desyderia adhærentes concupiscentiæ, neque in carnalibus veteris legis obseruantis, uiuimus: sed in veritate & libertate spiritus, spiritualiter conuersamur. c Qui enim secundum carnales, vel concupiscentias, vel obseruationes conuersantur, non sciunt quæ spiritus sunt, sed tantum ea quæ carnis, & ad carnem omnia referunt. d Quemadmodum e contrario spirituales, quæ spiritus dei sunt, quærunt referuntque ad illum omnia. e Nam prudentia carnis, sicut mortem: ita spiritus ex aduerso vitam operatur & pacem. f Carnis enim prudentia, deo aduersatur, atque aduersus ipsum exercet inimicitias, eo quod legi dei (quæ spiritualis est) subiici nolit, siue quia ea quæ contra legem dei sunt, quærunt: siue quia per carnales obseruantias à libertate legis euangelicæ auocat, & impedimentum illi præstat. g Ac proinde, qui adhuc in carne conuersantur, carnalia sequendo desyderia, vel in carnalibus adhuc fidendo obseruantis, deo nequeunt placere, donec sic carni adhæserint. h Spero autem, quoniã vos iam in carne non estis, facti spirituales: quales estis indubiè, si spiritus dei habitat in uobis. i Quod si quis spiritum Christi non habeat, extra Christum ille est, & ad Christum non pertinet. k Si autem (vt spero) Christus in uobis est, atque proinde etiã spiritus eius: ergo caro quidem mortua est, propter peccatum, quod cum appetat, prohibetur perficere à spiritu sancto, qui corpus peccato mortificat: spiritus autem uiuit propter iustificationem & iustitiam, quam ex gratia spiritus sancti consequitur. l Si, inquam,

a vt iustificatio legis impletur in nobis.

b qui non secundum carnem ambulamus.

sed secundum spiritum.

c Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sciunt.

d qui uero secundum spiritum sunt, quæ sicut spiritus sentiunt.

e Nam prudentia carnis mors est: prudentia spiritus uita & pax.

f Quoniã sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta: Nec enim potest.

g Qui autem in carne sunt deo placere non possunt.

h vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in uobis.

i Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

k Si autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem.

l Quia si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mor-

tuus, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantē spiritum eius in vobis.

a Ergo fratres debitores sumus: non carni vt secundum carnem viuamus.

b Si enim secundum carnē vixeritis, moriemini.

c Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

d Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi sunt filii dei.

e Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore:

f sed accepistis spiritum adoptionis filiorū dei, in quo clamamus: Abba pater.

g Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii dei.

h Si autem filii & hæredes:

i hæredes quidem dei, co hæredes autem Christi:

k si tamen compatimur, vt & glorificemur.

spiritus patris, qui Iesum à mortuis excitauit, in vobis manet. idem ipse qui filium suscitauit, vestra quoque infirma & mortalia corpora viuere faciet, in operibus bonis nūc, & post modum in æterna vita. propter spiritum qui in vobis habitat. à quo animæ procedit vita spiritualis, sicut corpori ab anima sua vita procedit. a Itaque fratres, debitores sumus: non quidem carni, vt secundum eius viuamus deſyderia, sed deo, vt illius impleamus voluntatem secundum spiritum. b Nam si secundum carnis concupiscentias peruerſas vitam duxeritis, moriemini in peccatis cōcupiscentiæ vestræ. c Si autem per spiritum carnis deſyderia supplātare, & carnis opera mortificare studueritis, ita demū viuetis. d Quicumque enim in sua conuerſatione ac vitæ suæ institutione spiritu dei reguntur atque ducuntur, hi (vt pote eodem spiritu regenerati) secundum adoptionem filii dei sunt. e Spiritus enim quem accepistis credentes, non est spiritus seruitutis & timoris, vt nos sic iterum timere faciat quasi seruos, quomodo olim Iudæi pœnarum terrore seruiebant: f Sed spiritus libertatis est, quo adoptamur in filios dei, quo suggerente audemus deum fiducialiter patris nomine compellare, illique dicere Abba: quod interpretatur pater. g Ipse enim spiritus diuinus, occulta suggestione, spiritui humano perhibet testimonium, in quo inhabitat, quod verifimus filij dei: de cuius testimonio nihil est dubitandū, quum sit ipse spiritus veritatis. h Si verò filij dei sumus: ergo & hæreditatis eius secundum spem participes sumus, eiusdem suo postmodum tempore futuri possessores. i Hæredes quidē dei patris, Christi verò filij, etiam cohæredes: quatenus & ipse filius est dei, & nostrum omnium per carnis assumptionem frater effectus. k Si modò per patientiam configuremur Christo, in us quæ pro eius no-

mine sufferenda obueniunt: vt debito ordine hoc pacto, in tempore retributionis, eidem secundum gloriam etiam configuremur atque assimilemur. Neque verò magnum aliquid videri cuiquã debet, pro nomine Christi graua quæpiam sustinere, propter expectationem vêturæ retributionis. *a* Scio enim & certissimè mihi persuasum habeo, passiones, quæ in hoc mundo obuenire possunt fidelibus, etiam si vniuersæ in vnum conglobentur, non esse tantum vllò modo sufficientes ad promerendum quasi ex condignitatis debito, illam venturi seculi gloriam, quæ suo tempore in nobis cum effectu manifestabitur, qui modò credimus & speramus in eum, & persecutionem patimur pro nomine eius. *b* Tanta enim erit illa beatitudo, vt ipsa quoque mundialis machina, & omnis quæ in eo est creatura, cum expectatione magna assiduè solitèque expectet, hanc filiorum dei reuelatione: Id est perfectam in corpore & anima, omnium saluandorù glorificationem. *c* Interim enim donec finalis veniat omnium iustorum glorificatio, creatura omnis quæ in mundo est, & totus ipse mundus, Sol etiam ipse & Luna, ceteraque astra & orbis calorum, variis immutationibus motibusque cõtinuis, secundum generationes & corruptiones subiiciuntur ad humanum ministerium, quæ omnia vanitas quædam sunt & instabilitas. *d* non quidem ex suæ naturæ conditione, aut propter suum bonum, sed propterea quod ea deus nunc seruituti subiecit, ad inferiendum homini pro hoc statu mortali, propter quem facta sunt omnia, sub spe liberationis in suo tempore, quando post finale iudicium, homini vltra eorum ministerio non erit opus: *e* Nam tunc ipsa creatura quæ hæctenus seruiert, ab illa seruitute corruptionis (id est instabilitatis, imperfectionis & subiectionis) libera fiet, filius dei sic

a Existimo enim quòd nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

b Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorū dei expectat.

c Vanitati enim creatura subiecta est,

d nō volens, sed propter eū qui subiecit eā in spe:

e quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatē gloria filiorum dei

a Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc.

b Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei,

c expectantes redemptionem corporis nostri.

d Spe enim salui facti sumus.

e Spes autem quæ videtur, non est spes.

f Nam quod videt quis, quid sperat?

g Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.

h Similiter autem spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

i Nam quid oremus, si cui oportet, nescimus:

k sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.

in libertate gloriæ dei translatis. a Scimus autē & firmissima fide tenemus, omnia creata & cælestia, terrestria, laboribus fatigari, & velut nobiscum sub pondere seruitutis, quā nostra causa seruiunt, gemere, & magno desiderio sui laboris præmium (nempe requiem & innouationem in statum meliorem) ab initio expectare. b Non solum autem corporalis illa creatura suam liberationem expectat, & desyderat: sed multo magis nos ipsi, qui spiritus sancti primitias, & potiora eius dona, accipimus in arrham futuræ cælestis gloriæ, ex intimis cordis desyderiis ingemiscimus & suspiramus, donec impleatur in nobis adoptio, & reueletur in nobis gloria filiorū dei: c expectantes pariter, & liberationem corporis nostri, ab omnibus suis, quibus nunc aggrauatur miseris. d Quamquam enim modò ista oculis nō videmus, spes tamen nos facit, de nostra salute penitus securos: e imò spes nō est de eo quod iam videtur, & quasi certum habetur, atque possidetur. f Nemo enim illud sperare dicitur, quo iam ante oculos suos fruitur, quasi re iam certa & habita. g Tunc autē sperare dicimur aliquid, cum id quo in præsentia frui non datur, per patientiam tamen expectamus donec tempus veniat, vt accipiamus illud in certam & firmam possessionem. h Quomodo autem diximus de spiritu sancto, quod ipse in nobis clamat, Abba pater, & quod testimonium reddat spiritui nostro, quod simus filij dei: similiter dicimus, quod ipse est qui nostrum imperfectum, benigno suo auxilio, clemēter adiuuat in orationibus. i Nos enim ex nobis nihil nisi cæci & miserabiles, neq; quid, neq; quomodo orare debeamus, cognoscimus: k sed ipse spiritus mentem nostram illuminās, & affectum voluntatis bonis desyderiis succedens postulare nos facit à deo quæ salutaria sunt, gemitibus & suspiriis quæ enarrare vox neque

neque vlla lingua potest exprimere. a Verùm qui cordium cognitor est deus, optimè nouit quid sibi velint spiritus pro nobis postulationes & affectuosissimi gemitus: b quoniam que deo sunt placita, & hominibus salutaria, pro sanctis postulat: non (vt pro seipsis solent homines) temporalia aut etiam noxia. c Scimus verò, quoniam iis qui diligunt deum, eiusdem spiritus beneficio, omnia siue prospera, siue aduersa, siue læta, siue tristia, cedunt in bonum, & ad fructam crescunt meritorum: Ita vt nulla via possint, ab ea ad quam prædestinati sunt, gloria impediri: d his, inquam, qui secundum propositum diuinæ prædestinationis, vocati sunt ad fidem Christi, in sanctitatem. e Nam quos ab æterno deus sic beatificandos præuidit, hos & prædestinauit cõformes, & similes filio suo cõsubstantiali, qui est imago eius: proponens eis dare gratiam spiritus sancti, per quam Christiformes, imò deiformes efficiuntur. f Sic tamen vt ipse in præcellenti gloria, sit velut primogenitus inter multos fratres suos. Quoniam enim omnes nos in quibus gratia dei, filij dei sumus: Ipse tamen cõsubstantialis & naturalis est filius, atq; ita primogenitus ante omnem creaturam, tam dignitate quàm tempore. Nos verò tantum adoptiui, & secundum beneplacitum eius, ad id quod natura nõ eram assumpti. g Quos autem prædestinauit ab æterno ad gloriam suam, eosdem suo tempore ad fidem & ecclesiam suam vocauit. h Quos autem vocauit (id est, qui eius vocationi obediunt) eosdem deinde à peccatis mundauit, & ad bona opera validos fecit. i Quos verò sic iustificauit, eosdem & magnificauit: nunc quidem in gratia suæ donis magnificis, ac postmodum in gloria æternitatis suæ. Ecce hæc sunt mira & magnifica erga nos diuinæ dilectionis testimonia. Quis vnquam tanta sperare ausus fuerat? k Quid respondebimus ad tantæ charitatis beneficia, fratres? l Si

a Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.

b quia secundum deum postulat pro sanctis.

c scimus autem quoniam diligentes deum omnia cooperantur in bonum,

d his qui secundum propositum vocati sunt sancti.

e Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui:

f vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

g Quos autem prædestinauit hos & vocauit:

h & quos vocauit hos & iustificauit.

i quos autem iustificauit illos & magnificauit.

k Quid ergo dicemus ad hæc?

l Si deus pro nobis: quis contra nos?

a Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum:

b quomodo non etiam cum illo, omnia nobis donauit?

c quis accusabit aduersus electos dei?

d Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?

e Christus Iesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit qui est ad dexteram Dei:

f Qui etiam interpellat pro nobis.

g Quis ergo nos separabit a charitate Christi?

h Tribulatio an angustia an fames an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?

i sicut scriptum est:

deus tanto nos fauore prosequitur, & si ille tantum nobis demonstrauit amorem: quis est qui se speret nobis posse nocere, nostramque nobis salutem subtrahere? *a* Ecce tanto nos amore deus prosequutus cognoscitur, ut pro nobis redimendis, nobisque saluandis, nec proprio & unico filio suo pepercerit, sed in mortem eum pro nobis tradiderit. *b* Igitur filium si nobis dedit & pro nobis, nihil dubium quin omnia simul ad nostram salutem necessaria, cum illo & in illo nobis contulerit: nempe peccatorum remissionem, & gratiae suae auxilium; & spiritualia omnia charismata, quae nobis ad salutem sunt necessaria. *c* Ecce deus est, qui electos suos a peccatis iustificat: quis tam audax, qui eos quos deus a peccatis absoluit, quasi peccati reos, audeat falsis criminationibus accusare?

d Quis tam potes qui eos quos deus iustos habet, possit condemnare? *e* Ecce Christus Iesus dei filius ipse est qui pro nostra salute mortem se tradidit, imò morte deuicta tertia die resurrexit, & in caelum scandens, ad dexteram patris, in aequalitate gloriae eius, venturus iudex, residet: *f* Qui etiam modo ad dexteram patris constitutus, pro nobis interpellare atque orare instanter, non desinit. Et quis est, aut quae tandem ista creatura quae praeualere se putabit, aduersus eos quos sic deus tanti facit, quibusque deus tanta exhibet beneficia summæ charitatis?

g Et nos, posteaquam tanta tam eximiae dilectionis a deo accepimus efficacissima testimonia: cuius tandem virtute, aut potentia separari poterimus a dilectione eius, aut quid nobis obuenire poterit, quo ab eius amore separemur, qui nos prior tam inaudita charitate dilexit? *h* Neque tribulatio quælibet, neque angustia, neque egestas vlla, siue victus, siue vestitus, neque persecutio quælibet, neque mortis periculum.

i Sic enim apud Psalmistam, in persona fidelium pro Christo patientium scriptum legimus:

a Quoniam propter tuum amorem, & tui nominis confessionem, mortificamur assidue, & estimati tanquā oues occisioni deputatę. b Sed hæc omnia per patientiam superamus, eisque per patientiam superiores euadimus, ad longę etiam maiora parati. c Propter eius amorem, qui tanta nobis ostendit dilectionis efficacissima testimonia. d Confido autem in domino, & certus sum in gratia eius, quod neque mortis comminatio, neque longę vitę promissio, nec angeli, neque principantes eis, nec spiritus virtutes operantes, nec boni, nec mali, e nec instātia, aut pręsentia siue bona siue mala, nec futura, nec vlla potentia, nec quicquam eorum quę sunt in cęlo sursum, aut sub terra deorsum, f nec vlla (si quę est) creatura alia, nobis poterit auferre charitatem dei, quam habemus in Christo Iesu domino nostro.

ELUCIDATIO CAP. IX.

NE verò me existimare possit aliquis, ea quę dixisse videor in legis derogatione & Euangelicę gratię cõmendationem, odio gentis meę protulisse: a Ecce in veritate quam loquor sine omni fictione & mendacio, coram Christo Iesu, simul attestante mihi conscientia mea, in spiritu sancto, testor mihi tristitiam magnam, & dolorem assiduum esse in animo, amplius quàm credi possit, propter Iudęos, qui adhuc in sua infidelitate permanentes, nolunt subici fidei & Euangelio Christi. b Vsque adeò enim hæc res mihi cordi est, vt optarim atque etiãnum optem (si fieri posset, & sic deo foret beneplacitum) ea quam expecto mercede retributionis priuari, atque ita modo quodam à Christo (licet nõ amicitia, tamen æterna etiam pręsentia) separari, c pro salute fratrum, si vel tali ac tanto precio eos possem à sua infidelitate & subsequutura damnatione redimere, vt ad Christum conuertātur, & salui fiant. Tãti mihi esse illorum salutem verè pro-

a quia propter te mortificamur tota die estimati sum^{us} sicut oues occisioni, b sed in his omnibus superamus c propter eum qui dilexit nos. d Certus sum enim: quia neq; mors, neq; vlla, neq; angeli, neq; principatus, neque virtutes. e neque instātia, neque futura, neque fortitudo neque altitudo, neque profundum, f neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei que est in Christo Iesu domino nostro.

TEXT. CAP. IX.

a Veritatē dico in Christo Iesu, non mentior testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto: quoniã tristitia mihi magna est & cõtinu^{us} dolor cordi meo.

b Optabã enim ego ipse anathema esse à Christo,

c pro fratri^{bus} meis:

a qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ:
 b quorum adoptio est filiorum.

c & gloria,

d & testamentum,

e & legislatio, & obsequium,

f & promissa,

g quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

h Non autem quod exciderit verbum dei.

i Nō enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ:

k neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij:

fiteor. a Fratres autē meos voco filios Israel, qui sunt cognati mei secundum carnalem parentelam, quoniam ab eisdem parentibus Abraham, Isaac & Iacob, descendimus: b ad quos pertinet filialis adoptio, quoniam & olim eos dominus propter patres suos in filios & populum peculiarem assumpsit, & in adoptione filiorum nouæ legis, ex promissione patribus facta, primas etiam partes habent. c Quorum est etiam gloria magna in eo quod mirabilia deus, pro eis ac patribus eorum, fecisse & exhibuisse cognoscitur. d Quibus olim testamentum illud vetus, tāquā singularē beneficium datum fuit, & modō nouum offertur, acceptare volentibus. e Quibus olim & lex data est, & obsequia peculiaria, ritūsque diuini cultus ex legis præscriptione, fuerunt deputata. f Quibus etiam promissiones plures factæ sunt, tam de temporalibus quā spiritualibus bonis.

g Quorum insuper patres illi sunt, ex quibus secundum carnis generationem Christus nasci elegit, atque dignatus est, qui est super omnia verus deus, in æternū benedictus, amen. Atque hæc omnia beneficia populo Israelitico peculiariter exhibita, quo magis multa sunt, & magna eo magis dolor aggrauatur mihi in animo cum eos video, quos tatis deus beneficiis semper est prosequutus, & quibus etiā nunc omnia quasi primis & precipuis offeruntur, obstinato animo solos resistētes euāgelio Christi. h Neque verō hæc dico, quasi sentiam promissiones dei factas Abrahæ, de sui seminis multiplicatione & beatitudine prorsus factas esse irritas, vt non impleantur propter Iudeorum obstinātam incredulitatem. Omnino enim implentur, in iis, qui suat secundum spiritum Iudæi, & filij Patriarcharū. i Non enim existimandum est omnes eos esse coram deo veros Israelitas, qui secundum carnem ex Israel sunt propagati: k Neque omnes eos esse filios Abrahæ coram

deo, qui carne ab eo fuerint disseminati. *Qui a sed in Isaac vocabitur*
 igitur sunt Abrahæ verum semen? *a Illi soli tibi semen:*
 qui secundum Christum (cuius gerit typum I-
 saac) Abrahæ sunt filij per fidem. *b Hoc est, b id est, non qui filij car-*
 non omnes qui ab Abraham carnis duxerunt *nis, hi filij dei:*
 originem, deus pro filiis eius habet, neque tales
 apud deum Abrahæ filij reputantur. *c sed qui c sed qui filij sunt promif-*
 ex fide nati sunt secundum promissionem, sicut *sionis, asstimantur in se-*
 & Isaac ex promissione est natus, hi, inquam. *mine.*
 soli reputatur de semine Abrahæ apud deum,
 & inter eos computantur. *d De Isaac autem d Promissionis enim ver-*
 quomodo per repromissionem fit natus, docet *bum hoc est,*
 nos scripturæ testimonium, quod in Genesi di-
 ctum legitur ab angelis hospitio receptis: *e iu e secundum hoc tempus ve-*
 xta dictum reuertar ad te anno altero, & e- *riam: Er erit Sara filius.*
 rit Saræ filius. *f Non solum autem illa, f Non solum autem illa,*
 filiorum accepit promissionem, sed etiam Re- *sed & Rebecca, ex vno co-*
 becca vxor Isaac, ex eodem conceptu in vtero *cubitu habens Isaac pa-*
 geminos habens, in vno tantum accepit repro- *tris nostri.*
 misionem. *g Cum enim nondum nati g Cum enim nondum nati*
 fuissent æditi, neque bene adhuc egissent ali- *fuissent, aut aliquid boni*
 quid aut malè: vt dei propositum & prædesti- *egissent, aut mali, vt secun-*
 natio, secundum electionem suam & suum be- *dum electionem proposi-*
 neplacitum firma maneret, & non ex hominum *tum dei maneret:*
 meritis pendere demonstraretur, Rebecca con-
 sulenti dominum dictum est de alterius tantum
 electione, h non ex operum meritis vel de-
 meritis, quæ nulla præcesserant, sed ex præscien-
 tia & electione dei, quos ipse vult eligentis, at-
 que vocantis, pro suo beneplacito. *i* Dictum
 est, inquam, ei quod minor (nempe Iacob) esset
 præelectus à deo, vt ei subiceretur maior. Cui
 consonat Malachiæ testimonium, dicentis in
 persona dei: *k Iacob erat & Esau, & tamen*
 Iacob dilexi, eum ad primogenituram eligens,
 & benedictionem paternam ei conferens, atque
 etiam ad hoc vt in eo complerem promissiones
 patribus factas, *l Esau reprobato atque ab his*
 omnibus retruso, cui tamen videbatur secun-
 dum iudicium humanum, vt primogenito, ista

- a Quid ergo dicemus? magis competere. a Quid verò super hæc dicemus? Nunquid iniquitatem & iniustitiam facit deus, dum hæc agit atque similia, pro suo beneplacito eligendo & reprobando, ante vlla merita vel demerita? b Absit, vt talem deo impinguamus blasphemiam. c Sic enim est quomodo ad Moysem loquens dicit dominus: Miserehor ego, inquit, cui voluero & misericordiam præstabo, cui mihi placitum fuerit exhibere misericordiam. Significans nimirum, in suo beneplacito situm esse, misereri misericordiamque exhibere, vel non exhibere, citra omnem iniustitiam. d Non est igitur humanæ potestatis, interiori vllò animi motu, aut externa quauis, quantumuis vehementi atque etiam laboriosa operatione, in deo prædestinationem causare, deique prædestinationem comparare e quæ solius est dei miserentis quibus vult, & quos vult sine operum consideratione præcedentium, ab æterno prædestinantis, f Et de reprobatione quidem malorum, exëplum habemus in Pharaone: de quo in scriptura legimus à domino dictum, ad ipsum: g Ego dominus te Pharaonem in regni solium exaltaui, & mëtem istam rebellem & cor inobediens in te venire atque permanere permisi & permittam, ad eum finem, vt clarificetur in te potëtia mea: quam in te puniendo sic demonstabo. h vt ostendam in te virtutë meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. h vt cum laude & gloria prædicetur nomen meum in vniuersa terra. Huc ecce quia noluit, reprobauit: quem si voluisset pro sua misericordia, saluare vtique potuisset. i Itaque videmus ex hisce exëplis, quemadmodum deus pro suæ voluntatis arbitrio, quibus vult, misericorditer miseretur: Alios, pro suo placito (si velit) obdurari permittit, atque in obduratione permanere. k Verùm ex his quæ iam diximus, mouere forsitan aliquis possit quæstionem, & dicere: l Si prædestinari & reprobari, eligi & obduratum permanere, in sola dei est volütate: quid
- b Absit.
- c Moysi enim dixit, miseror cui miserus sum: & misericordiam præstabo cui miseror.
- d Igitur non volentis neque currentis,
- e sed miserentis est dei.
- f Dicit enim scriptura Pharaoni,
- g Quia in hoc ipsum exaltaui te,
- h vt ostendam in te virtutë meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.
- i Ergo cuius vult, miseretur:
- & quem vult, indurat.
- k Dicit itaque mihi,
- l Quid adhuc queritur?

ergo adhuc querela fit aduersus malos, & reprobos? Nam sic dei voluntas esse videtur: atque proinde nec reprehendi & puniri debere videntur, cum sit ex dei voluntate (vt ex dictis colligi videtur) obduratio: atque per consequens etiam malicia omnis, quæ ex ea procedit. a Nā eius voluntati, quis velit resistere, aut quis pro eo quenquam reprehendat, quod dei impleat voluntatem? Compesce te ipsum ô homo, ab inquirendis huiusmodi quæ supra humanum caput existunt, profundissimis & secretis dei iudiciis. b Quis enim es tu ô homo miser & mortalis, qui possis te deo ex aduerso opponere, ad criminandum siue culpandum iudicia eius? c Quemadmodum enim id quod per arte fingit figulus, qualecunque tandem sit quod fingitur, non obmurmurat aduersus figulum, dicens: Quid me fecisti sic? Ita neque homo contra deum murmurando se potest opponere, quasi ille malè nos finxerit aut malum quenquam creauerit: d Habetne figulus qui in luto operatur, hanc super luto potestatem, vt possit de eo facere quodcunque sibi fuerit placitum, siue vas in vsum aliquem honorificum, siue aliud in vsum minus honestum, atque etiam cõtemptibilem? e Quid si etiam deus volens ostendere seueritatem iustæ vindictæ suæ, & potetiam suam facere manifestā in punitione impiorum, toleret nunc in hoc tempore impios homines, qui sint ei in nouissimo die vasa iræ, in quæ videlicet tunc effundat iram suam, exercendo in eos vindictam iustitiæ suæ: f Vt ex altera parte reluceat copiosissima illa & ditissima gloria misericordiæ eius, erga vasa misericordiæ quæ prædestinavit ab æterno, atque per gratiā suam in tempore præparauit, vt effundat in eos, impleatque gloria sua ista si deus ita velit, tu quis es qui respondens deo, aut contra illum super hoc agas? g Atque hos quidem quos sic præparauit in gloriā suam, ipse elegit: non ex car-

a voluntati enim eius quis resistit?

b O homo tu quis es, qui respondeas deo?

c Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic?

d an nõ habet figulus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorẽ, aliud verò in contumeliam?

e Quòd si deus volens ostendere irã, & notã facere potetiam suã, sustinuit in multa paciẽtia vasa irre apta in interitum,

f vt ostederet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae quae preparauit in gloriam?

g Quos & vocauit, non solum ex Iudaeis: sed etiam ex Gentibus.

*a Sicut in Osee dicit: Vo-
cabo non plebem meam,
plebem meam:*

*Et non dilectam, dilectā:
Et nō misericordiā conse-
quutam, misericordiā cō-
sequutam.*

*b Et erit in loco, vbi di-
ctum est eis, nō plebs mea
vos, vbi vocabuntur filij
dei viui.*

*c Esaias autem clamat,
pro Israel:*

*d Si fuerit numerus filio-
rum Israel tanquam are-
na maris, reliquie saluæ
fient.*

*e Verbum enim consum-
mans Et abbrevians in
aquitate.*

*f quia verbū breuiatum
faciet dominus super ter-
ram.*

g Et sicut p̄dixit Esaias:

naliter Iudæis tantum, sed etiam ex Gētilibus. Iuxta quod in Osee propheta dicit dominus: Vocabo, inquit, eos qui olim populus meus non erant, vt fiant, sintque populus meus, in quo per gratiam inhabitem: & populum, qui antea dilectus non fuerat propter idololatriam, vocabo habeboque post vocationem dilectum, vt ei beneficiam: & qui prius sub ira detinebatur, extra gratiam & misericordiā, vocabo consequutum misericordiam. b Futurumque est in tempore illo, vt in locis illis Gentium, vbi inhabitabant qui non erāt populus dei, illic postmodum vocentur sintque & habitent, non solum populus, sed etiam filij dei viuentis. Populus enim gentium, qui idololatria sua erat non populus domini non misericordiam consequutus, & nō dilectus, suscepta postmodum fide, factus est populus domini, & dilectus & misericordiā consequutus. Atque hoc quidem Osee vaticinium, aperte de copiosa Gentium quæ modo impletur vocatione prædixit. c Cæterum de vocatione Iudæorum, & paucitate vocandorum ex eis Esaias clamat, & palam loquitur: d dicens, Ex maxima & innumerabili multitudine filiorum Israel, reliquias aliquas (id est, paucos electos) ad salutem fidei peruenturas. e Erit autem & veniet suo tempore, qui consummabit & perficiet verbum prædicationis, legis prolixitatem in paucissima & facillima præcepta euangelica contrahens abbrevians ipsum in iustitia & æquitate, quoniam perfectam iustitiam & sufficientem ad salutem, includit abbreviatum verbum sancti euangelij. f Dominus enim ipse (vt modo dictum est) verbum euangelij abbreviatum prædicari faciet in omnibus finibus terræ: ad cuius prædicationem conuertentur ad dominum prædestinati ex Gentibus, atque etiam nonnulli ex Iudæis præordinati, qui per legis prolixitatem, iustificationem & salutem perfectam, consequi non poterant. g Et iterum

dicit Esaias: Nisi dominus exercituum in Christo nobis aliquos dedisset, seruaſſetque electos iam sicut Sodoma & Gomorra omnes in obſtinatione & damnatione periſſemus, nec eſſet vltra memoria noſtri inter bonos & ſanctos fideles. Sua enim ſingulari miſericordia, adhuc aliquos ex Iudæis in fide recta ſeruat deus, & ſeruabit vſque in finem mundi propter ſanctos patriarchas patres eorum, vt non penitus pereat populus ille, qui tam electos patres olim habuit de numero fidelium, & ſaluandum. **a** Quid ergo de his dicemus mirabilibus dei iudiciis: Miranda ſanè ſed vera ſunt que dicimus. Quòd gentes quæ iuſtitiam non requirebāt, in apertis & enormibus peccatis ſine rubore viuentes, ſtatim audita prædicatione euangelica, credètes agentèſque pœnitentiam, apprehèderunt iuſtitiam veram, **b** (iuſtitiam dico fidei) **c** Filij autem Iſrael, qui ex lege ſua quærebant iuſtificari, ſtudentes ſuis corporalibus caremoniis peccata tollere, ad veram iuſtitiam (quātum ad magnam eorum partem) non peruenerunt. **d** Et quare hoc illis euenit: Quia non ex fide quærunt iuſtificari, vnde debuerant, ſed ex legis carnali obſeruātia, vnde non poterant, reſiſtentes enim Chriſto & eius doctrinam nolètes recipere, **e** ſic offenderunt vt caderèt: & factus eſt eis qui erat ſaluator datus, eorum peruerſitate, quaſi lapis offenſionis, & ſui caſus occaſio, **f** de quo ſcriptum eſt: Ecce ſuo tempore mittam in populo Iſrael lapidem offenſionis, & petram offendi- culi, id eſt, Chriſtum Ieſum, in quem impingendo, & cui reſiſtendo ſeiſpſos lædent, & qui illis erit in ruinæ interitùſque occaſionem. **g** Omnis autem qui in illum non impegit, ſed ei per fidem cum charitate adhæſerit, non erit confuſus in nouiſſimo, ſed erit ei in ſalutem ſempiternam.

*Niſi dominus ſabaoth re-
liquiſſet nobis ſemen, ſi-
cut Sodoma facti eſſem⁹,
& ſicut Gomorra ſimiles
 fuiſſemus.*

*a Quid ergo dicemus,
quòd Gentes quæ non ſe-
ctabatur iuſtitiam, appre-
henderunt iuſtitiam:*

*b (iuſtitiam autè quæ ex
fide eſt)*

*c Iſrael verò ſectando le-
gem iuſtitia, in legem iu-
ſtitia non peruenerit.*

*d Quare quia non ex ſi-
de, ſed ex operibus.*

*e Offenderūt enim in la-
pidem offenſionis,*

*f ſicut ſcriptum eſt: Ecce
pono in Sion lapidem of-
fenſionis, & petram ſcan-
dali:*

*g & omnis qui credit in
eum, non confundetur.*

TEXT. CAP. X.

a Fratres voluntas quidē cordis mei, & obsecratio ad deum sit pro illis ad salutem.

b Testimoniū enim perhibeo illis, quōd emulationem quidem dei habent,

c sed non secundum scientiam:

d ignorantes enim iustitiam dei, & suam quærentes statuere,

e iustitia dei nō sunt subiecti.

f Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti.

ELUCIDATIO CAP. X.

I^a Terum dico vobis, fratres mei (ne quis de me sinistra suspicetur, odio me habere gentem meam) desiderium cordis mei vel summum id esse, ad quod etiam precibus, quantum possum apud deum, nitor assidue, ut ipsi quoque Iudæi ad Christū cōuersi, fiant salui. **b** Nam hanc rem in me ipso fatis expertus, testimonium illis perhibeo, quod zelum habeant, atque feruorem, quo se putant pro dei gloria agere: **c** sed insipiens & stultus est eorum zelus, qui non est secundum fidei scientiam: Imò fidei contrariatur. Idcirco enim tam feruidè aduersus Christi nomen agunt, quoniā putant per Christi nomen, veri dei (quem colunt) gloriam imminui: & ob hoc, ipsum impugnant, deo se putant præstare obsequium. **d** Nam quia veram ignorant iustitiam, quæ ex fide est coram deo: suam verò illam, quæ ex legis operibus est coram hominibus, secundum carnalem legis obseruantiam, quærent confirmare, nec permittere volunt, ut per legem fidei antiquetur, ita fit, ut propter suam apparentem iustitiam, quam tueri mordicus & intetnere quærent, e iustitiam fidei quæ perfecta est coram deo, non solum non acceptet, sed etiam impugnet. Quod summæ proculdubio insipientiæ & dementiæ est. **f** Totius enim legis veteris finis est Christus, ut in eo, & per eum cōsequatur perfectam iustitiam, omnes qui credunt in eum. Finis, inquam, est ad quem omnia legis, tam ceremonialia, quam iudicialia præcepta respiciunt: ad cuius aduentum, suos obseruatores lex præparabat, & ad quam ipsa suis testimoniis transmittit, sibi subiectos. Denique ipse finis est & perfectio, & consummatio omnium tam ceremonialium, quam iudicialium, quæ in eius morte facta sunt irrita: Vnde patet, in insipienti admodum zelo illos agi, quo nunc oblatam fidei iustitiam, recusant, atque etiam im-

pugnant. Nam de iustitia quæ secundum legem & ex lege est, quàm sit imbecillis atque inu-
lida patet ex eo quod solum à morte corporis
custodiebat obseruantes, non autem animam
à peccatis iustificare potuit, a Iuxta quod
Moyses scripsit in libro Leuitici, quòd iusti-
tiam quæ ex lege est qui opere impleuerit, vi-
uet per eam, id est. *Qui iustitias legis omnes, &
præcepta omnia diligenter impleuerit, mortis
pœnam atque etiam cæteras corporis pœnas
trâsgressoribus deputatas, effugiet, nullum ve-
ræ iustificationis fructum ex legis obseruatio-
ne assignans.* b At verò fidei iustitia, hoc exi-
git atque postulat vt non dicas quasi non du-
bius aut incredulus apud te ipsum: Quo-
modo fieri potuit quod dicunt Christiani, vt
Christus Dei filius de cælis descenderit ad ter-
ras? c Et quis est qui ascendit in cælum? hoc
est, vt illum inde nobis deduceret, qui huius rei
certitudinem nobis possit exponere? Neque
iterum dicas dubius in corde tuo: Quomodo
verû esse potest quod dicunt Christiani, Chri-
stû mortuum ab inferis resurrexisset ad vitam?
d Et quis huius rei causa, ad infernum descen-
dit, id est, ad Christum excitandum à mortuis
resuscitandumque ab inferis? Hoc est, fidei iu-
stitia, non operatione carnalium obseruantia-
rum consistit, sed in hoc vt sine vlla hæsitatio-
ne, aut dubitatione, ac sine quæstionibus, con-
tradictionibusque, simpliciter credatur Chri-
stus dei filius de cælo descendens humanam
assumpsisse naturam, eundemque postquam vt
homo mortuus extitisset, tertia die ad vitâ di-
uina sua virtute rediisse. Absque quæstionibus
inquam, eiusmodi & hæsitationibus quæ fidei
firmitati repugnât. e Sed iuxta scripturæ ver-
bum (vt eam nostro sermone nostroque pro-
posito aptemus) prope & intra te est verbum
fidei, & in corde tuo, & in ore tuo: si fidem re-
ctam & corde credis, & ore confiteris. Et intra

*a Moyses enim scripsit
quoniam iustitiâ que ex
lege est qui fecerit homo,
viuet in ea.*

*b Que autem ex fide est
iustitia sic dicit, Ne dix-
ris in corde tuo,*

*c Quis ascendit in celum?
id est, Christû deducere:*

*d aut quis descendet in a-
byssum? hoc est, Christum
à mortuis reuocare.*

*e Sed quid dicit scriptu-
ra? Prope est verbum in
ore tuo, & in corde tuo.*

te totius euangelij habere potes rationem, si tantum velis absque hæitationibus & interrogationibus eiusmodi, simpliciter (vt oportet) credere. Nam fides sola omnium eorum quæ credimus, tota ratio est. a Hoc autem verbum de quo nunc loquimur, in quo solo est perfecta salus, verbum sancti euangelij, est verbum fidei Christianæ quod prædicamus: b Népe quod omnis qui in corde suo simpliciter firmiterque crediderit dominum nostrum Iesum Christum, quod ipse verus sit dei patris filius, quem pater à mortuis tertia die resuscitauit, ac cætera quæ de illo sanctum prædicat euangelium, ea etiam cum opportunum fuerit ac necessarium, in ore confiteri non formidans, neque erubescens, salutem illi consequetur, quisquis tandem fuerit, siue Gentilis, siue Iudæus. c Tametsi enim fides quæ in corde est per se iustificet, non erit tamen ad salutem finalem sufficiens: d nisi & ore (cum res poposcerit, & occasio occurrerit) paratus sis quod corde credis, constanter confiteri. Atque ita de cæteris cæterorum membrorum officiis: quæ omnia debet eam quæ in corde esse dicitur: fidem attestari, quæ fidei sunt consona (cum occurrit occasio) libenter operando. e Nam de hac salute omnibus indifferente, scriptura prophetica loquitur pro hoc tempore gratiæ dicens: Omnis qui in Christum credit, fide viuæ & charitate formata, per quæ dilectionem operatur, non confundetur, sed saluabitur. f Non enim nouit Deus (quantum ad hanc rem) ullam inter Iudæum & Gætilem differentiam. g Ipse enim vnus idemque, omnium hominum sine discretionem aut exceptionem, ex æquo vniuersalis est dominus, copiosus in misericordia, & liberalis admodum in iis quæ sunt salutaria, erga omnes qui illum rectè (vt oportet) inuocauerint. h Omnis enim quicumque ex fide vera, & perfecta charitate inuocauerit nomen domini, de corde puro

a Hoc est, verbum fidei quod prædicamus:

b quia si cõfitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod deum illum suscitauit à mortuis, saluus eris.

c Corde enim creditur ad iustitiam:

d ore autem confessio fit ad salutem.

e Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur.

f Non enim est distinctio Iudæi & Græci:

g Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.

h Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

& conscientia bona, salutem consequetur æternam. a Sed vt inuocare possent, necesse erat vt prius crederent in eum quem inuocarent. b Credere verò non poterant in eum, quem nunquam audissent. c Neque rursus audire potuissent, nisi aliquo prædicâte. d At qui prædicantes, vt veri sint & apostolici prædicatores, necesse est vt mittantur à deo. e De quibus prædicatoribus apud Esaiam per admirationem ita legimus: Quàm mundis sunt affectibus futuri, & quàm gratus est futurus illorum aduentus, quos mittet deus ad annuntian- dum pacis per filiũ dei terris allatæ, noua gaudio sique nuntia, & præparata fidelibus bona cælestia. Itaque (à primo ad nouissimum colligendo sermonem) non possunt inuocare ad salutem nomen domini, nisi mittantur, qui prædicent eum quem inuocare oportet, Christum Iesum. f Verum quanquam mittantur qui prædicent, non omnes tamen fidem habent euangelio, quod prædicari audiunt. g Est apud Esaiam testimonium, qui de misterio humanitatis Christi loquuturus, in persona apostolorum nouæ legis loquitur domino, dicens: h Domine per pauci admodũ sunt, qui nostro auditui, id est, verbo euangelij, quod à te audiui- mus didicimusque prædicandum populis, velint habere fidem: quique doctrinam quam à te didicimus, velint suscipere. i Ex quo patet fidem haberi ex auditione prædicantis. Quanquam enim fidem in nobis principaliter spiritus sanctus operetur interius, exterius tamen, ex ministerio prædicatis, per auditionem comparatur: Ita vt apud deum prima sit & præcipua euangelicæ prædicationis authoritas, eiusque fructificationis, nempe fidei efficiencia: auditus verò tantum ministerium præbeat operationi diuinæ. k Auditus autem est per verbum prædicationis sancti euangelij, quod per os loquendum insonat in auribus audientium, vt

a Quomodo ergo inuocant eum in quem non crediderunt?

b Aut quomodo credent ei quem non audierunt?

c Quomodo autem audient sine prædicante?

d Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur?

e Sicut scriptum est: Quæ speciosi pedes euangelizan- tium pacem, euangelizan- tium bona.

f Sed non omnes obediunt euangelio.

g Esaias enim dicit:

h Domine quis credidit auditui nostro?

i Ergo fides ex auditu:

k auditus autem per verbum Christi.

a Sed dico: Nūquid non audierunt?

b Et quidem in omnem terram exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ, verba eorum.

c Sed dico: Nunquid Israel non cognouit?

d Primus Moyses dicit:

e Ego ad emulationem vos adducam in non gentem:

f in gentem insipientem, in iram vos mittam.

g Esaias autē audet & dicit:

h Inuētus sum a nō querentibus me:

i palam apparui his qui me non interrogabant.

postquam audierint, credāt. *a* Quæro autem, Num vllā excusatione possint se excusare, per hoc quod non audierint, qui in incredulitate suā hoc tempore publicationis euangelij permanent? Non est sanè hac in parte, vllus excusationi relictus locus. *b* Quandoquidem (iuxta Psalmistæ testimoniū) in omnes terræ partes exiit sonus prædicationis eorum, & in vltimas quoq; habitationes orbis terrarum peruenierunt verba prædicantium Christi euangelium. *c* Sed de populo Israel quid dicemus? Nunquid forsan ille non cognouit? Cognouit vel maximè: quāquam aduersus veritatem, excæcante inuidia, repugnauerit semper, atque etiāmnū repugnet. *d* Dixit propter hoc Moyses prior quidem, sed testius, & aliquanto occultius, pœnam infidelitatis eorum, in his verbis, ex persona domini: *e* Ego dominus, vos filios Israel, si mihi fueritis inobediētes, vsque adeo deprimam: & populum Gentilium, quem vos quasi nihilum, & quasi non populum reputabatis, sic honorificabo & exaltabo: vt aduersus illos odio fitis, & indignatione commouendi intra vosmetipsos, & inuidiā exerceatis aduersus eos, quasi iam vobis prælatos in salute: adeo vt ipsi eos iam insequi debeatis, si ad eandem salutem velitis pertingere. *f* Et per populum istum, qui vt insipies olim reputabatur, ad iram vos adducam: quādo illos videbitis in salute, vobis quoque factos priores. *g* Esaias autem posterior post Moysē, apertius etiam & clarius audet dicere, de Israelitici populi abiectione, & Gentilium assumptione, sub hac sententia, in persona domini: *h* Inuenerunt me (ait dominus) & ad cultum meum se conuerterunt, qui me non solebant requirere, neque meum nomen reuereri, cū in idololatria viuerent: *i* palam me illis exhibui & obtuli, qui me pro deo suo non solent colere, nec tanquam ad deum pro necessitatibus occurrenti-

bus ad me recurrere. a Ad populum verò Israeliticum, vocem longè dissimilem loquitur, dicens: se còtinuo velut apertis vlnis stetisse, in modum expectàtis & præstolantis, ad recipiendum eos in salutem, si ad fidem voluissent conuerti, verùm illi credere recusantes, etiam contradicere atque repugnare veritati, nihil formidarunt.

ELVCIDATIO CAP. XI.

Q^a Varat forsàn aliquis, ex iis quæ iam de Gentium vocatione, & Iudæorù pro magna parte obstinatione, diximus: b Nunquid deus in vniuersum totum illum Iudaicù populum abiecit aut reprobauit, quem olim tam peculiarem sibi populum habebat, & vnicè charum? c Absit vt dicamus, in vniuersum filios Israel omnes, à deo esse reprobatos. d Alioqui & ego repulsus sum, atque reprobatus qui sum de filiis Israel, secundù carnis propagationem natus, ex progenie Abrahe, ex tribu Benjamin. e Nequaquam, inquam, deus populum suum in vniuersum repulit, ex quo multos adhuc saluandos prædestinauit atque præsciuit. f Neque verò incòmodè huic loco potest accommodari, id quod in sacra hystoria de Helia legimus: Is enim (vt ex scriptura vos nosse arbitror) cùm ad mortem quæreretur ab impia Iezabel, falsa existimatione deceptus, in oratione sua ad dominum, contra Israeliticum populum loquebatur, allegàs neminem fuisse relictum præter se, qui dei verus esset cultor. g Domine, inquit, populus iste filij Israel seruos tuos Prophetas occiderunt, altaria in quibus tibi solita erant offerri sacrificia, demoliti sunt. h Ego verò ex omnibus filiis Israel relictus sum vnus tui nominis cultor, & nuncetiam mihi quærunt vitam tollere. i Verum diuina responsione admonitus, audiuit sibi dicentem dominum: k Tu te Helia solum putas relictum, cùm ego mihi notos habeam vsque ad

a Ad Israel autè dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.

TEXT. CAP. XI.

a Dico ergo:

b Nunquid deus repulit populum suum?

c Absit.

d Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin.

e Non repulit deus plebem suam, quam præsciuit.

f An nescitis, in Helia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersum Israel?

g Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt,

h & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

i Sed quid dicit illi diuinum responsum?

k Reliqui mihi septem milia virorù qui non curua uerunt genus ante Baal.

plura millia, quos per gratiam meam seruauit, mei nominis solius cultores, qui nullum unquam honorationis vel adorationis signū statue Baal, neque ulli idolo exhibuerūt, nullū præter me deum agnoscentes, aut adorātes. a Sic (ut nostro proposito illam aptemus historiam) etiam nunc in hoc tempore gratiæ euāgelicæ, nihil dubitandum est: quanquam maiorem Iudæorū partem videmus in sua infidelitate permanere, tamen relictos esse, atque semper relinquendos fore, nonnullos ex uniuerso populo Israel, quos Deus secundum electionem gratiæ suæ faciat saluos, sic ut nunquam uniuersum Iudæorum genus, deus credatur in totum abiecturus. b Si autem per gratiam dei electi salui sunt futuri, fiāntque salui: non ergo ex operū debito, eo modo quo ex legis suæ operibus olim quærebant salutem. c Nam si ex operum debito saluarentur, iam id quod est gratia (nempe saluari) non est gratia: quoniam ex debito foret, quod repugnat gratiæ. d Quid ergo dicimus? Aut quorsum hæc? e ut clareat nimirum, quoniam totus quidem Israeliticus populus quod quærebat ex lege sua, nēpe iustificationem & salutem, non potuit assequi: f verūm qui electi sunt ex eis; tanquam reliquæ quædam, pauci admodum in cōparatione totius populi, hi demum, nunc tandem consequuti sunt per fidem, quod olim quærebant per legis carnalem obseruationem. g Ceteri uero qui non sunt ad fidem electi, in cæcitate sua permisi sunt & permittētur à deo. h Sicut apud Esaïam scribitur: quod illos deus in mētem malitiosam, inuidam, atque ueritati ex proposito repugnantem, & consimilem peruersum affectum, venire permiserit, i unde factum est: ut oculos habentes, quæ dei sunt non videant: & aures habentes, quæ ueritatis sunt audire non ualeant: Inuidia nimirum, & oculos excæcante, & aures eis infœliciter ob-

a Sic ergo & in hoc tempore, reliquæ secundum electionem gratiæ dei, saluæ factæ sunt.

b Si autem gratia, iam non ex operibus:

c alioquin gratia, iam nõ est gratia.

d Quid ergo?

e Quod quærebat Israel, hoc non est consequutus:

f electio autem consequuta est.

g Ceteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est:

h Dedit illis deus spiritum compunctionis:

i oculos ut non videant, & aures ut non audiāt,

usque in hodiernū diem.

turante, quales in hunc vsque diem, obstinati permanerent. a Quorum miseriam & infidelitatem graphicè depingit propheta Dauid: cum per increpationis modum, quid secundum diuinæ iustitiæ rigorem futurum sit iis qui Christum impugnauerunt, imprecatio prænuntiat, dicens: b Carnalium promissionum apparatus (in quas semper intentos habent metis suæ oculos) fore illis occasionem mortis, tanquam laqueum, quo irretiantur ad perditionem: fore etiam illis in retributionem finalem, postquam non sperent aliam: & in offendiculum, quod illos ab æterna faciet salute cadere: quia dum temporalibus inhærent promissis, cælestia & sempiterna longè meliora, negligunt. c Obscurabitur (inquit) acies mentis eorum: sic ut veritatem videre nequeant, d & semper ipsi in ima respicient, quomodo solent, qui dorso incuruato incedunt: idque vel temporalia semper bona respiciendo, vel sub pōdere, & seruitute legis grauius sudādo. Quæ omnia sic fieri aperte videmus: quando propter tēporalium promissionum respectum, in quem intendunt ex legis consuetudine, Christum absque illis venientem contempserunt, & ab æterna retributione ceciderūt. Et qui (si veritati voluissent acquiescere) illuminari potuerant oculis, atque per libertatem euangelicam exonerari ab onere legis, in sua cæcitate obstinati permanēt, obscurati oculis metis suæ: & dorso adhuc incuruato, sub pondere legis sudant. e Sed iterum quærimus, nunquid sic offenderunt Iudæi in hac sua obstinatione, tantum ut caderent, sine vlla vtilitate alia, aut sine spe reparationis eorumdem? f Non ita est, quoniam infidelitatem eorum consequuta est, grandis est vtilitas, & omnino est casus reparabilis. g Quorum prius quidem ex eo patet, quod illorum malitiam deus conuertit in bonum: quando ex occasione infidelitatis & malitiæ eorum salutem

a Et Dauid dicit:

b Fiat mēsa eorum corā
ipsis in laqueum, & in captiōē,
& in scandalum,
& in retributionem illis.

c Obscurentur oculi eorum,
ne videant,
d & dorsum eorum semper incurua.

e Dic ergo: Nunquid sic offenderunt, ut caderent?

f Absit.

g Sed illorum delicto, salus est Gentibus,

- misit populo Gétium, Iudæis enim repugnantibus verbo euāgelij, Apostoli ad Gentes conuersi sunt, atque ita, occasione malitiæ Iudæorum, salus venit Gentilibus: a sic vt iam cogantur hos imitari & insequi, tanquam apud quos salus vera inhabitet, & per hos illi prouocentur, ad salutem: quomodo olim e contrario, Gentiles æmulabātur Iudæos, eos insequentes & ab eis quodammodo ad legem transeundo, salutis modū poscentes. b Quòd autem non sit eorum lapsus irrecuperabilis, ita ostenditur: quoniam si Iudæorum peccatum, occasio fuerit quòd mūdus sit ditatus, salute vnde quaque dispersa & circumfusa, quæ prius in paruulo Iudææ loco delitescere videbatur, c & si credentium Iudæorum paucitas, occasionem dederit, vt apud Gentes conuertantur plurimi: d multò magis indubiè & mundus ditabitur, & Gentes honorificabuntur, ex illorum plenitudine, id est, si etiam ipsi conuertantur ad fidem, vt impleatur, tã ex Iudæis quàm ex Gentibus, ouile domini: quomodo futurum est in fine seculi, quando mundus (omnibus omnino in vnam veram fidem conclusis) copiosissimè diues erit, vndique pulsa egestate verbi dei, & eius atque omnium spiritualium bonorum abundantia, vbique redūdante in vniuersa terra. Neque metuendum Gentibus de illorum reditu. e Quinimo vobis Gentibus audacter dico & liberè: quandiu vt sum, permanebo Apostolus Gétium, ministerium istud mihi commissum, tanta diligentia propono exercere, vt etiam vltra mihi commissos, quo sic honorabilius velim extēdere ad hoc, laborando, (quantum in me erit) vt & Iudæi salutem cōsequantur: f vt quoquo modo ad vestri æmulationē in bonum, vestrāmque imitationem, prouocem illos fratres carnis meæ, & saluos faciam, vel aliquos ex illis. Omnino enim expetenda est, & votis omnibus deposcenda, illorum ad Chri-
- a vt illos æmulentur.
- b Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi,
- c & diminutio eorum, diuitiæ Gentium:
- d quanto magis plenitudo eorum?
- e Vobis enim dico Gentibus, quandiu quidem ego sum Gentium apostolus, ministeriū meum honorificabo:
- f si quemodo ad æmulandum, prouocem carnem meam & saluos faciam aliquos ex illis.

rum conuersio. a Si enim illorum à deo propter incredulitatem defectio, orbi penè vniuerso occasionem attulit reconciliationis, per sancti euāgelij prædicationem quæ ab illis repulsa, in Gentes pertransiit, b quid tamen est futurum, & quàm gaudenda res erit, si etiam ipsi rursus assumantur ad fidem: Nihil aliud sanè, quàm si à mortuis quis ad vitā redeat. Hoc est: grande illis reassumptis erit beneficium, & cæteris omnibus magni materia gaudij, nulli verò vllum exinde nocumentum: quomodo mortuo ad vitam redeunte, gaudent omnes, & nemo detrimentum patitur. c Et planè iuxta generis conditionem, non in cōgruum, nec indignum videtur, vt reassumantur aliquando Iudæi, ratione patrum suorum: quoniam delibationi meritò debet respondere massa, & radici, qui ex ea procedunt rami. Iudæorum verò populus, qui tanquam massa vna reputatur, delibationem sanctam habuit atque fidelem, d & ex sancta radice, ipsi tanquam rami processerunt, nempe ex Patriarchis, & Prophetis, qui fuerunt fideles & deo bene credētes. Ipsi enim sunt delibatio & radix, totius massæ ab eis propagatæ, & omnium ramusculorum ab eis postmodum nascentium. Talis ergo cū fuerit eorum origo, talis eorum delibatio, talisq; radix: non est ob patrum merita, de eorum salute desperandum penitus. Neque vobis Gentilibus, vlla ratione aduersus illos, est superbè aut contentiosè gloriandum. e Esto enim, ex illis ramis propter infidelitatem plurimi excisi sint, vos verò de oleastro sterili assumpti ex parentibus idololatriæ progeniti, illorum loco insiti estis & implantati bonæ oliuæ, secundum spiritum filij Patriarcharum facti, illis qui secundum carnem videbantur excisis, deinde radici associati & coniuncti, per virtutem fidei, participes facti estis spei promissionum cælestium illis factarū: f Nolī tamen quisquis ex Gen-

a Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi,

b quæ assumptio, nisi visita ex mortuis?

c Quod si delibatio sancta est & massa,

d & si radix sancta, & rami.

e Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cū oleaster esses, insertus es in illis, socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es:

f nolī gloriari aduersus ramos.

a Quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

b Dicis ergo: Fracti sunt rami, vt ego inserar.

c Bene: propter incredulitatem fracti sunt.

d Tu autem fide stas:

e noli altum sapere: sed time.

f Si enim deus naturalibus ramis non pepercit,

ne forte nec tibi parcat.

g Vide ergo bonitatem & seueritatem dei.

h in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem:

i in te autem, bonitatem dei si permanseris in bonitate,

k alioquin & tu excideris.

l Sed & illi si non permanserint in incredulitate, inserentur:

tibus credidisti, superbè gloriari, aut contendere. aduersus illos qui rami erant & excisi sunt. *a* Quòd si gloriari omnino velis, dicetur tibi ad compressionem elationis tuæ, quia non super te (frater) radix plātata est, sed tu super radicem adiunctus es: atque ideò potes & tu excidi, atque effringi, quemadmodum & illi effracti sunt, & à radice sua euulsi. *b* Si rursus contendis, dicens: Effracti sunt & excisi rami illi tanquam inutiles, vt ego insererer. *c* Rectè quidem dicis illos excisos esse, sed propter incredulitatem, non propter generationem excisi sunt: *d* quemadmodum & tu nunc stas, & in radice manes, sed per fidem non ratione tui generis, aut alia quacunque ex causa. *e* Propter quod ne superbè sapias, nec tibi placeas nimium sed in timore age sollicitus: ne fortè & tibi contingat, à fide (quæ est dei donum) excidere, atque ita ex bona oliua eiici. *f* Si enim deus, eos qui naturalis carnis propagatione à vera radice, id est, ab ipsis Patriarchis descendērunt, propter infidelitatem, secundum rigorem iustitiæ suæ abiicit, & extra electorum numerum reprobauit, tibi quoque metuendum est, donec in hoc corpore agis, nequando id ipsum contingat, *g* considera verò hinc, & attentius intuere, simul in deo, & misericordiæ benignitatem, & iustitiæ seueritatem: *h* Hæc quidem, aduersus excisos, reprobosque infideles ramos, manifestius ostensam: *i* Illam verò, in vobis ipsis ex Gentibus conuersis, qui illorum loco estis insiti: si tamen permanseritis vsque in finem, dignè viuentes illa benignitate, quam vobis præstitit deus. *k* Alioquin & tu quisquis fueris, sine personarum acceptione eiicieris atque reprobaueris. *l* Sed & illi si non permāserint in sua infidelitate, velintque reuerti ad fidem Christianam, iterum reassumētur in bonam oliuam: & in fidelium numerum, vnde exciderunt, rursus deputabuntur.

a Neque enim tam impotens est deus, quin illos iterum possit (si modò ipsi velint) vnde semel eiecit, inferere. b Si enim tu Gétilis, qui naturali propagatione, oleastri ramus eras, ab infidelibus parentibus, secúndum carnem progenitus, insitus es cõtra natiuitatis rationem, in oliuam bonã, filius Patriarcharum propter fidem effectus: c multò apparentius est de iis, qui secúndum naturalem carnis propagationem ab illis descenderút, vt iterum inserantur in suam oliuã: si reuerti ad suã originis similitudinẽ velint: id est, ad fidem, quã in patribus eorum semper claruit. d Ne verò sitis in oculis vestris supra quam oportet sapientes, ac (vt solent eiusmodi) vobis ipsis nimium placentes, ecce occultum vobis pandam, de Iudæorum in fine mundi reditu mysterium. e Dico enim, quòd deus cæcitatẽ infidelitatis venire ac manere permisit super bona parte populi Israeli- tici, f donec plenitudo electorum ex gétibus, ad fidem intrauerit: atque ita demũ in fine se- culi, pariter omnes cum Gentilibus in vnam fi- dem reuertãtur, vt fiat vnum ouile & vnus pa- stor: iuxta quod scriptũ est in Esaia: g Veniet ex Syon, qui eripiet & auertet auferetque & tollet peccata, à populo Israel. h Et hoc à me dispositũ eis testamentũ tunc implebitur, cum per fidem, ipsis peccãtibus, dimisero eis peccata eorum. Quod vaticinium sicut partim impletũ est in Christi primo aduẽtu, ita implebitur per- fectius in fine mundi. i Sunt sanè modò ratio- ne euãgelij, cui nolunt acquiescere, sub odio & ira dei k manent tamen ratione electionis pa- trũ suorũ, deo apprimè dilecti: si tantũ velint ad fidem sese cõuertere. l Quã enim deus se- mel dat vel promittit, sic facit sine pœnitẽtia & retractione: ita (vt quantũ ex parte eius est) nõ reuocet quod dedit, neq; neget quod promisit: nisi nos donis acceptis ipsi faciamus indignos aut obstem⁹ ipsi quo minus in nobis impleatur

a potens est enim deus ite- rum inferere illos.

b Nam si & tu ex natu- rali excisus: oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam:

c quanto magis hi qui se- cundum naturam, inseren- tur suã oliuã?

d Nolo enim vos igno- rare fratres mysteriũ hoc, vt non sitis vobis ipsis sa- pientes:

e quia cæcitas ex parte contigit in Israel,

f donec plenitudo Gétii intraret: & sic omnis Is- rael saluus fiet:

sicut scriptum est:

g Veniet ex Sion, qui cri- piat & auertat impieta- tem à Iacob.

h Et hoc illis à me testa- mentum, cum abstulero peccata eorum.

i Secundũ euãgelij qui- dem inimici propter vos:

k secundum electionẽ au- tẽ charissim: propter pa- tres:

l sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei.



a Sicut enim aliquando
 & vos nō credidistis deo,
 nunc autē misericordiam
 consecuti estis, propter in-
 credulitatem illorum: ita
 & isti nunc crediderunt
 in vestram misericordiā,
b ut & ipsi misericor-
 diam consequantur.
c Conclufit enim deus om-
 nia in incredulitate ut o-
 mnium misereatur.

d O altitudo diuitiarum
 sapientiæ & scientiæ dei,
 quā incomprehēfabilia
 sunt iudicia eius:

e & inuestigabiles viæ
 eius.

f Quis enim cognouit sen-
 sum domini?
g aut quis consiliarius e-
 ius fuit?

h aut quis prior dedit illi
 & retribuetur ei?

i Quoniam ex ipso,
 & per ipsum,
 & in ipso
 sunt omnia:

promissa dei. *a* Quemadmodū enim vos qui
 olim non credebatis, nunc dei misericordiam
 inuenistis, & fideles facti estis, occasione incre-
 dulitatis Iudæorum: sic & illi modò in euan-
 gelij gratiam & misericordiam, quam vos cre-
 ditis, credere recusant. *b* Vnde fiet, ut tādē
 quum se viderint spe sua frustratos, ad eandē
 gratiam confugientes, quam in vobis vident,
 misericordiam inueniant. *c* Ecce prolixissima
 deductione videtis quoniam admirabili & no-
 uo consilio, deus omnes tam Gētiles quā Iu-
 dæos, incredulitate teneri permisit ut omnibus
 suo tempore misericordiæ suæ impenderet be-
 neficium. Gentiles quidem sub tempore legis
 naturæ & Mosaicæ, ut in tempore nouæ legis
 vocarētur ad misericordiam. Iudæos verò mo-
 dò sub tempore gratiæ, ut in fine seculi ad mi-
 sericordiam reuocentur. *d* O profunditatem
 inexhaustam thesaurorū inestimabilis sapien-
 tiæ ac scientiæ dei, quā sunt modis omnibus
 incomprehēfabilia iudicia eius occultissima,
 & nimis admiranda, quibus omnia æquissimè
 & rectissimè iudicat, gubernat atque dispēfat:
e & viæ eius rationesque & modi, quibus agit
 omnia prorsus à nullo intellectu creato, valent
 vllis peruestigationib⁹ inueniri. *f* Nec enim
 quisquam est, qui propositum diuinæ mentis,
 per se possit, aut potuit vnquam, cognoscere.
g Neque à quoquam exposcit consilium, ne-
 que cum quoquam, velut minus per se sapiens,
 communicat sua consilia, qui per se sibi suffi-
 cientissimus est, ipsa nimirum æterna sapiētia.
h Denique, quis est qui de hoc gloriari possit,
 quasi deo prior aliquid dederit, ut sic ex debito
 accipiat retributionem? Nemo certè quicquam
 ei prior dare potest, quod non ante ab illo ac-
 ceperit. *i* Quoniam ex ipso tanquam omnis
 bonitatis fonti & in exhausto principio: &
 per ipsum velut vniuersale principium efficiēs:
 & in ipso tanquam in fine vltimo & optimo, &

conseruante benignissimo, procedūt, efficiuntur, conseruantur, & sunt, quæcunque creata sunt vniuersa. a Cui omnium creatori, laus fit & gloria in æternitate, Amen.

ELUCIDATIO CAP. XII.

TEXT. CAP. XII.

His itaque sic compositis & sub peccato, vt nemo gloriatur, omnibus cõclulis: nunc demum ad ea quæ mores, queant instituere sermone paululum diuertamus. a Obsecro itaque vos per eam misericordiam, quam à deo communiter omnes qui credidistis experti estis: b vt corpora vestra, quæ hæcenus vel Gentilibus ritibus, vel Mosaicis exhibuistis obseruantis, conuersi ad fidem Christi, nunc studere exhibeatis oblationem deo, c in opera nouæ vitæ, in omni sanctitate: sic vt placeat deo, qui est omnis sanctitatis & veritatis amator. d Sitque amodo obsequium, quod deo præstare vultis: non vt olim Gentium irrationabile, nec vt Iudæorum carnale, sed rationale, atque spirituale, vt deum (qui spiritus est) ratione magis & spiritu, quàm corporalibus sacrificiis, collere studeatis. e Et ne vitam vestram ducatis ad similitudinem & modum hominum huius seculi, in vitiis & cõcupiscentiis: sed nouam viuendi formam, secundum sancti euangelij doctrinam assumite, secundum nouitatem mentis vestræ & spiritus, quem in baptismo accepistis: f vt ipso opere experiamini & experientia probetis, quid sit quod fieri, aut omitti velit deus, quod bonum sit deo que beneplacitum, siue acceptum & perfectum. g Peculiariter autem, quantum ad superbie vitium secundum gratiam Apostolici muneris, quæ mihi à deo est data, vt sim fidelis, omnes vos hortor ac moneo: ne quisquam de se sentiat amplius, quàm oporteat, nè sibi quis nimium placeat. h sed hortor, vt ad mediocritatem quisque de se sapiat & sentiat, secundum id quod in se est, & eo modo quo oportet. i Iuxta me-

a Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

a Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei,

b vt exhibeatis corpora vestra,

c hostiam viuentem, sanctam, deo placentem:

d rationale obsequium vestrum.

e Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri,

f vt probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta.

g Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oportet sapere:

h sed sapere ad sobrietatem:

i & unicuique sicut deus

diuisit mensuram fidei.

a Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo,

b Singuli autem alter alterius membra: habentes autem donationes, secundum gratiam quae data est nobis, differentes:

c siue prophetiam secundum rationem fidei:

d siue ministerium in ministrando:

e siue qui docet, in doctrina:

f qui exhortatur, in exhortando:

g qui tribuit, in simplicitate:

h qui praest, in sollicitudine:

i qui miseretur, in hilaritate:

k dilectio sine simulatione,

l odientes malum, adhaerentes bono.

suram fidei, qualitatem videlicet & quantitatem, quā à deo accepit, nihil de se amplius praesumendo extra debitam mensuram. a Quem admodum in vno corpore multa conspiciuntur membra, diuersis deputata officiis & operationes diuersas habentia: ita fideles omnes, vnum corpus componimus cuius Christus caput existit, cuiusque spiritu, totum corpus illud cum capite suo in vnum compingitur & coaptatur:

b Sumus verò membra inuicem coherentia, habentes dona secundum multiformem gratiam dei, qua nobis: alteri haec, alteri illa, pro dei placito distribuitur diuersa quibus inuicem alter alteri deferuimus. c Sunt enim, qui prophetie donum ex gratia dei acceperunt, quae proportionari solet fidei eius qui accipit, per quam occulta fidei mysteria illustrati, rectè capiunt & intelligunt: vt aliis quoque illuminandis, ipsi sufficiant. d Sunt alij qui administrationi: cuiuslibet munus à deo acceperunt siue in spiritualibus, siue in corporalibus ministeriis. e Sūt qui docendi gratiam habent, vt potètes sint & alios docere, qui minus intelligunt. f Sunt, qui ex dei dono, in succedendo ad bonum fratrum animos, plurimum valent. g Sunt quibus est, vnde in simplicitate cordis sui, ob dei amorem, benignè & liberaliter succurant egentibus.

h Sunt quibus aliorum cura est à deo commissa, vt sibi creditis cum sollicitudine inuigilent.

i Alij hoc à deo acceperunt, vt quomodocunque iuxta suae facultatis & virtutis proportionem, misericordiam praestent, si non rebus, saltem animo, iis qui misericordia indigēt. Estque hoc donum dei, vt in cordis hilaritate alacriter id queant agere, quod per se alioqui molestum est corpori. Denique varia admodum & multiformia sunt dei dona. k Veruntamen in omnibus semper dilectio adfit necesse est, eaque sine fictione vera & integra. l Sitis quoque, necesse est, in omnibus semper declinatēs à malo

omnem etiam mali occasionē sollicitē fugiētes, & bona diligētissimē ac sedulō sectātes, a charitate fraterna & amore mutuo, inuicē familiaris & viscerosius diligentes: b ad fouendam mutuā beneuolentiā studentes inuicē deferre, & modestis peruenire honorationibus: absque pigritia semper solliciti ac vigilantes: c spiritu per dilectionē, ad quęque bona feruentes: in omnibus quę agitis, semper domino vestrā seruitutē exhibētes: in celestium expectatione ac spe gaudētes: in tribulationibus, propter spem venturorū bonorū (si quę occurrāt pro Christi nomine perferēda) exhibentes illæfam patientiam, in orationibus assidui: d Christi fidelīū inopia, iuxta facultatis cōditionem, de propriis misericorditer subueniētes: Erga exteros quoque hospitalitatis beneficiū libenter & studiose exercentes. e Benedicite iis qui vos persequuntur, eis, pro malis quę ingerunt, precādo bona. Benedicite, inquā, tanquā benedictionis filij & à maledictione prorsus abstinete, quę seruis dei non cōuenit. f Cum iis qui spirituali & sancto gaudio gaudēt, pariter gaudete: & cum iis qui in afflictionib⁹ agūt, ex cōpensione pariter dolete. Nam inuidorū est, alius gaudētib⁹ cōtristari, & gaudere dolentibus proximis, quod Christianum non decet. g Eūdem erga inuicem benignitatis affectū habētes, quod in proximo est, quasi in vobisipsis sentientes, aut idem sentiētes adinuicē vt non sitis in sentētia fidei dissentiētes. h Non magna vobis, quę supra vos sunt, persuadētes, nec sublimia quærentes: sed humilibus vos accomodātes: humilibus vos adiungētes, humilia sectātes. i Non sitis prudētes in oculis vestris vobismetipsis per superbiam vanē placētes: k Nemini vnquā malum pro malo ex ira reddētes, quod saluator vedit: l prouida circūspēctione curātes, vt quę agitis bona non solū deo sint accepta, sed

a Charitate fraternitatis inuicem diligentes:

b honore inuicem præuenientes, sollicitudine nō pigri:

c spiritu feruentes, domi no seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes,

d necessitatibus sanctorū communicantes, hospitalitatem sectantes.

e Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.

f Gaudete cum gaudētib⁹: & fletis cū flentibus.

g Idipsum inuicem sentientes:

h non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

i Nolite esse prudētes apud vosmetipsos:

k nulli malum pro malo reddentes:

l prouidentes bona, non tantū coram deo, sed

etiam coram omnibus hominibus.

a Si fieri potest (quod in vobis est) cum omnibus hominibus pacem habentes:

b non vosmetipsos defendentes charissimi:

c sed date locum iræ.

d Scriptum est enim: Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit dominus:

e sed & si esurierit inimicus tuus, cibus illum: si sitit, potum da illi:

f hoc enim faciens, carbonem ignis cogeres super caput eius.

g Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

etiam coram omnibus hominibus in exemplum valeant lucere, ad gloriam dei ut vestro exemplo, ceteri quoque, ad boni æmulationem prouocentur. a Quantum fieri poterit cum omnibus hominibus pacem habere studentes, ut (quantum in vobis est) nemini vnquam iustam aut rationabilem turbationis aut iræ causam, detis. b Non proprias iniurias vindicantes charissimi, nec vosmetipsos de aduersariis per iram & vindictæ amorem vlcisci quærentes, quod Christus vetuit: c sed cedendo potius, iræ aduersarij vincenda est, quàm iracûda vindicta. Qui enim per paciëntiam cedendo locum dat iræ: plerunque aut iram declinat, aut frangit, sedatque, aut minuit quam resistendo ac vindicando, magis exagitasset. d Nam quod ipsi de nostris iniuriis non vindictâ debeamus per nos quærerere, vox domini in cantico Moyfi loquētis, nos docet: Ad me, inquit, spectat vindicta, & meum est vlcisci: Mihi committe quod meum est, & ego suo tēpore retribuam, iis, qui faciunt iniuriam. e Quinimo si esuriem patitur qui se tibi inimicum exhibet, ut euangelicam consequaris gratiam, accuratè & studiose pasce illum: si sitierit, potum da illi: & si in alia qualibet egestate constitutum videris pro tua facultate studium sit tibi illius indigentie subuenire. f Sic enim faciendo, fieri poterit: ut illum lucrifacias, eiusmodi beneficiis in tui amorem accendens, & in peccati sui pœnitentiam inducens, quasi carbonibus super caput impositis atque cōgestis. g Non te permittas à malo vinci, ut illi consentias, in aliumque pro malo reddas, sed stude (quod melius est) in bonitate malum vincere, & mali asperitatem atque ardorem per bonitatis dulcedinem mitigare atque extinguere. Malum enim malo cre scit amplius: sed bonum & virtus faciliè vincit omnia.

ELVCIDATIO CAP. XIII.

TEXT. CAP. XIII.

Omnis homo viuens in hoc corpore
 sciat se subici debere per obedientiam
 & reuerentiam prælati à deo in potesta-
 te constitutis. **b** Non enim est vlla potestas aut
 prælationis veræ supereminentia, quam deus
 non constituit, cuius prælati omnes, legitimi
 sunt vicarij: **c** & illæ ipse quæcūque sunt po-
 testates à deo constat eas esse ordinatas: quæ-
 cunque à deo sunt, rectè ordinata atque in sti-
 tuta sunt, & seruari iure optimo debent. **d** Ac
 proinde cõcluditur eum qui obedire recusans,
 potestati resistit non homini tantum, sed ma-
 gis diuinæ ordinationi repugnare, cum id quod
 deus ordinauit & instituit, conatur infringere.
e Qui verò diuinæ ordinationi resistunt cla-
 rissimum est eos hoc ipso sibi damnationem
 conciliare, pro suæ inobedientiæ demerito. Re-
 ctè autem potestates à deo institutas esse atque
 ordinatas, patet. **f** Nam principes non sunt
 dati ad timorem iis qui operantur bonum, sed
 iis qui malum operatur. **g** Si autem velis non
 timere potestatem, & ab eius seueritate esse se-
 curus, nihil opus est, nisi vt mala fugiens, ope-
 reris quod iustum ac bonum est. Atque hoc fa-
 ciens, non solum non erit quid metuere debeas:
 quin & laudem & alia virtutum præmia, pro
 honestis tuis actionibus ab ea potius reporta-
 bis. **h** Dei enim minister est à deo tanquam
 vicarius suo in loco constitutus, tibi quidem &
 omni bene agenti in bonum, nempe in tutelam
 & defensionem ab impijs oppressoribus. **i** Si
 verò quod malum est & iniustum feceris, est
 indubiè cur timeas. Nec enim frustra, neque
 pro nihilo gladium portat, **k** Dei enim vica-
 rius & minister est, vltionis gratia, ad exercen-
 dum iram & vindictam, aduersus illos qui ope-
 rantur quod malum est, & morte dignum. **l** At-
 que ideo quoniam dei minister est à deo con-
 stitutus, necessariū est omnino, vt potestatibus

*a Omnis anima potesta-
 tibus sublimioribus subdi-
 ta sit.*

*b Non est enim potestas,
 nisi à deo.*

*c Quæ autem sunt, à deo
 ordinata sunt.*

*d Itaque qui resistit po-
 testati, dei ordinationi re-
 sistit.*

*e Qui autem resistunt, ip-
 si sibi damnationem ac-
 quirunt.*

*f Nam principes nõ sunt
 timori boni operis, sed ma-
 li.*

*g Vt autè non timere po-
 testatem? bonũ fac, & ha-
 bebis laudem ex illa.*

*h Dei enim minister est
 tibi in bonum.*

*i Si autem malum fece-
 ris, time: nõ enim sine cau-
 sa gladium portat:*

*k dei enim minister est
 vindex in iram ei qui ma-
 lum agit.*

*l Ideoque necessitati sub-
 diti estote, non solum pro-
 pter iram:*

sed etiã propter conscientiam.

a Ideoq; enim & tributa præstatis:

b ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

c Reddite ergo omnibus debita, cui tributũ, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorẽ: cui honorem, honorem.

d Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.

e Qui enim diligit proximum, legem impleuit.

f Nam non adulterabis, non occides, nõ suraberis, nõ falsum testimonium dices, non concupisces: & si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur:

g Diliges proximũ tuum sicut teipsum.

h Dilectio proximi, malũ non operatur:

fitis subditi: non tantũ propter euitandam illorum iram & declinãda supplicia, seruilis quodam timore, sed etiam coram deo ex dicte conscientie vestrae, quae hoc iustum & rationabile testatur. a Quemadmodum vel ex eo faciliẽ probari potest, quod tanquam ex superioribus, inferiores illis tributa persoluitis: quod sanẽ verẽ est subiectionis signũ. b Sunt enim ministri dei, ab eo instituti auctoritatem habentes, & eius locum tenẽtes, ad hoc ipsum seruientes: vt loco dei (quemadmodum supra dictum est) & bonis sint in tutelam, & malis in vltionem. c Persoluite itaque, vt iustum est, omnibus sua debita. Cui tributum debetis, soluite illi: cui vectigal debetis, vectigal illi soluite: cui timorem & reuerẽtiam obedientiamque debetis, soluite: cui honorem debetis, sicut debetis, ita soluite. d In summa, ad hoc laborare, vt quãtum in vobis est & fieri poterit, nulli subtrahatis quod debitum est, non reddentes cũ possitis: nec cuiquã sitis debitores omnibus sua debita per soluentes: nisi in sola mutua dilectione, in qua semper volo vos inuicẽ permanere debitores. Nũquam enim à diligendo fratrem, liberi esse possumus aut debemus: sed ad illam semper oportet esse obligatos. Grandis enim & preciosa res est dilectio. e Nam qui diligit proximum opere & veritate sicut oportet, totam implet legem. f Omnia enim hæc legis particularia mandata: non adulteriũ, non homicidium, non furtum facies: Non dices aduersus proximum falsum testimonium: Non concupisces rem proximi tui, siue rem quamlibet alienã, & cætera similiter mandata, quae proximum concernunt, in hoc vno generali præcepto, velut capitulãtur summatimque colliguntur, & confirmantur, quasi ex ipso robur habentia obligationis. g Nempe in hoc diliges proximum tuum, sicut teipsum. h Dilectio siquidem proximi, malum nos non per-

mittit operari: & iniustitiā aduersus proximum non patitur exercere eum, in quo secundum veritatem infuerit. a Itaque totius legis quædam plenitudo & integritas, vna dilectio est: quia ipsa est, in qua implētur simul omnia, quæ lex quo ad proximum obseruanda præcipit.

b Atq; hoc, nempe dilectioni vacare, amplius modo nos conuenit obseruare: attēdentes considerantēsq; conditionem tēporis in quo sumus, quoniam iam nouissima hora est, & tempus vt à somno exurgamus: Id est, ab infidelitate, vel à torpore, vel etiā ab ocioſo legis cultu.

c Nunc enim appropinquauit regnum caelorum, & propinquior est nobis nostra salus modò, quàm olim, quando credendo expectabamus salutem adhuc venturam, & per Christum operādam, quam nunc credimus & scimus per Christi aduentum operatam & completam, nihilque restare amplius, quàm vt salutē operatam & oblatam, per fidem acceptemus. d Noctis tempus iam abiit, & expirauit duratio eius: Id est, infidelitatis tenebræ, & legalium obscuritas, iam præterierunt. e Dies verò (qui est tempus lucis) iam aduenit illucescēte Sole iustitiæ, & claritate sancti euangelij, vbique radios suos spargēte. f Omni ergo studio, & cura tenebrarū opera à nobis abuciamus, detestātes & abiurātes vitia omnia & peccata, quibus in tenebris agētes cōmaculantur infideles.

g Pro his verò studiū sit nobis assumere lucis & fidei bona opera, velut arma quædā, quibus induti & honestemur, & aduersus impugnantū tela reddamur securi: h vt armis lucis induti, honestā ducamus conuersationē nostram, quæadmodū diei cōditio exposulat. Ipsa enim cōditio diei exposcit, vt tūc honestius incedāt homines, bonis ornati indumētis, quàm in nocte, quādo vel nudari prorsus, vel vilioribus vti solent. i Non iam vt olim gulosi comestationibus superfluis & ebrietatibus indulgentes,

a plenitudo ergo legis est dilectio.

b Et hoc sciētes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere:

c Nunc enim propior est nostra salus, quàm cū credidimus.

d Nox præcessit:

e dies autem appropinquauit.

f Abuciamus ergo opera tenebrarum,

g & induamur arma lucis:

h sic vt in die honestè ambulemus:

i non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubiculis & impudiciis, non in contentione & amulatione:

neque (quæ ex his consequi solent) luxuriis & impudicitis vacantes: neque contentionibus & emulationibus, pro honorum aut temporalium bonorum assequutione, per ambitionem aut per avaritiam intédentes: quæ omnia non diei neque lucis, sed noctis & tenebrarum sunt opera. a **Quin** potius omnibus his abiectis, circumdantes vosipfos operibus bonis, sic induite dominum Iesum Christum, vt in omnibus operibus vestris ipse relucent, vt illum glorificetis & portetis, etiam in corpore vestro. b Et ante omnia cauete, ne ad perficienda carnis desideria proni sitis atque solliciti: néve illi ad omnia quæ concupiscit implenda curam adhibere velit, quæ necessitatis sunt illi ministrare contenti.

a *sed induimini dominum Iesum Christum:*

b *Et carnis curam ne feceritis in desideris.*

TEXT. CAP. XIII.

ELUCIDATIO CAP. XIII.

Quoniam verò in totius ecclesiæ cœtu, alij fide sunt robusti & validi, alij adhuc infirmiores, idcirco quemadmodum ad inuicem hi pacificè queant agere, nunc dicere pergamus. a Eum itaque qui secundum fidem adhuc infirmus est, & imperfectus, vos qui validiores estis & perfectiores, ne despiciate propter infirmitatem, sed assumétes fouete, donec crescat ad perfectionem, non per disceptationum ambages, cum illo contendendo sed in simplici mansuetudine illum sustinentes, atq; in spiritu lenitatis instruentes. b Sunt enim qui in evangelica libertate perfectè confidentes, nullum cibum respiciunt tanquam immundum: sed ex fide Christi, audent sine ciborum delectu quibuslibet vesci, quæ in macello venundantur, aut in mensa apponuntur, cum gratiarum actione. Sûnt imperfectiores alij, qui nondum perfectè evangelij gratiam & libertatem agnouerunt. c **Qui** sic infirmi sunt & imperfecti, sinantur vel olus solum (si velint) manducare, & in sua imperfectione tolerantur ab aliis perfectioribus, nec statim ob suam im-

a *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.*

b *Alius enim credit se manducare omnia:*

c *qui autem infirmus est, olus manducet.*

perfectionem despiciantur. a Qui manducat quæ apposita sunt sine delectu, eum qui à cibo aliquo tanquam immundo abstinet, non contemnat, ob suam imperfectionem: sed potius in mansuetudine toleret imperfectionem fratris sui. b Consimiliter is qui propter cōscientiam abstinet ab aliquo cibo, caueat, ne quasi transgressorem iudicet eum, qui ex libertate cōscientiæ, propter euāgelicæ libertatis gratiam, confidenter quibuslibet vescitur. c Assumpsit enim vtrumq; deus per vocationem suam, ad eandem fidei gratiam. d Tu igitur quis es ô homo, vt iudices illum qui non seruus tuus est? sed alienus, id est, domini à quo est assumptus? e Siue steterit, siue ceciderit homo: domini est iudicium, & illius interest cuius homo seruus est. Ipse videat, & iudicet: tua nihil refert. Stabit autem vterque. Ille quidem in sua cōscientia atque hic item, in sua. f Potens est enim deus, vnumquenque in sua conscientia in fidei stabilitate cōseruare. g Salua enim fidei vnitatem, fieri potest: vt alius imperfectior fide, diem à die discernat, iuxta legis ritum, dierum adhuc obseruantias diiudicans: hoc nimirum imperfectionis, ex Iudaismo secum gerens. h Alius verò omnem diem ex æquo reputat, sine legalium præscriptionum obseruatione: i In huiusmodi reb⁹, suo quisque iudicio perfruatur, & suæ conscientiæ quisque satisfaciat. Neuter enim, si suæ cōscientiæ satisfaciat condemnandus venit. k Nam qui diem discernit, & dierum obseruantiam legalem adhuc tenet, ad dei honorem (quem in lege veneratur) id facere creditur. Atque econtrario, qui dierum obseruantiam negligit, ad dei gloriam id similiter facit, libertatem quam cōtulit per filium, confidenter acceptans. l Et qui sine ciborum delectu quibuslibet vescitur ad gloriam dei id facit: quoniam postquam manducauit, deo gratias de perceptis donis agit. m Atque in con-

a Is qui manducat, non manducantem non spernat.

b Et qui non manducat, manducantem non iudicet:

c deus enim illum assumpsit.

d Tu quis es qui iudicas alienum seruum?

e domino suo stat aut cedit.

Stabit autem:

f potens est enim deus statuere illum.

g Nam alius iudicat diem inter diem:

h alius autem iudicat omnem diem:

i vnusquisque in suo sensu abundet.

k Qui sapit diem, domino sapit:

l Et qui manducat, domino manducat: gratias enim agit deo.

m Et qui non manducat,

domino non māducat, & gratias agit deo.

a Nemo enim nostrum sibi uiuit: & nemo sibi moritur.

b siue enim uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur: siue ergo uiuimus, siue morimur, domini sumus.

c In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & uiuorū & mortuorum dominetur.

d Tu autē quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum?

e Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

f Scriptum est enim: Vno ego, dicit dominus, quoniam flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur deo.

g Itaque unusquisque nostrum pro se rationē reddet deo.

h Nō ergo amplius inuicē iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offensiculum fratri uel scandalum.

trario qui propter conscientiam legis abstinere à quibusdam, ad gloriam dei id facit, secundum intentionem animi sui, quem adhuc in lege reueretur: & gratias agit deo, qui sibi dat abstinendi uirtutem, & alia sufficientia absque lege uetitis, quibus sustentari possit. Sic enim omnia ad domini gloriam fieri debent à fidelibus.

a Nemo enim hominum sibi uiuit aut moritur, quasi ipsemet sibi sit iudex aut dominus:

b sed in omnibus semper siue uiuimus, siue morimur, domini sumus, & sub illius stamus iudicio, tam in uita quam post mortem, & eundem mortui atque uiui debemus agnoscere iudicem.

c Ad hoc enim Christus secundum humanitatem mori uoluit, & tertia die resurgere: ut per mortis passionem, quatenus homo mereretur resurgens accipere potestatem iudicariam, & plenū cum potestate dominium, super omnes uiuos ac mortuos.

d Cū itaque solus sit in cælis dominus, cui traditum est cum potestate dominium: quæ est hæc præsumptio, ut quod dei est, sibi usurpet homo, proximum suum iudicās propter esum, aut spernens

propter abstinentiam? e Omnes enim exhibebimur ante iudicium Christi, & ab uno iudice illo omnes pro meritis accipiemus sententiam. Non autem inuicem, alius alij erimus iudices.

f Scriptum est enim: uiuo ego, dicit dominus: quoniam ueniet dies, in qua me omnis creatura rationalis agnoscat uerum dominum mihi que reuerentiam exhibebit ut uero domino: & omnis lingua dabit confessionem deo: siue misericordiam saluantis commendando,

siue iustitiam cōdemnantis, secundum conscientie dictamen, comprobando. g Itaque unusquisque nostrum respōdebit, & examinabitur de operibus suis, ante iudicium iudicantis dei.

h Ac proinde, nos inuicem iudicare non debemus, quod dei est, nobis usurpantes. Potius autem hoc apud sese quisque iudicet, curet, & prouid-

prouideat, ne verbo, aut facto quicquam faciat, in quo offendi vel scādalarari possit infirmior. a Equidem credo, & certus sum, & firmissimè id mihi persuasum habeo in fide domini Iesu, nullam escam, imò nullam omnino rem per se immundam esse, vt illius vsu qui liberè vtitur, possit contaminari, b tamen qui adhuc persuasum habet aliquam escam, vel rem immundam esse, huic propter istam quam adhuc in Iudaismo tenet conscientiam, illa esca immunda reputatur: non quidè per se, sed illi tantùm, propter conscientiam, qua stante, si manducauerit quod commune reputat, peccabit, & poluetur. A tque horum infirmitati condescendendum est, hoc potissimū tempore: quo nondum plenè innotuit euangelicæ libertatis veritas, plurimis adhuc ex conuersis ad fidem, in legis obseruatiis istis permanētibus. c Si enim tu qui perfectior videris, coram infirmo, nimia libertate manducaris quæ ille reputat immunda, propter cibum tuum fratrem cōtristas, conturbas, offendis, scandalizas: illi dans occasionem, imò (propter infirmitatem) causam te iudicandi, vt transgressorem: hac sanè in parte, non ita agis vt Christiana charitas exoptulat. d Noli (quæsc) per tuum cibum illum in peccatum mittere, vel vt te iudicet, vel vt de fide Christi dubium incurrat, quem tanti Christus reputauit, vt etiam mori pro eo dignaretur. e Non ergo faciamus bonū libertatis nostræ, infirmorum maledictioni & maledicentiæ obnoxium: quod certè fiet, si absque respectu nostra libertate in scandalum fratrum vtī voluerimus. f Non enim in esca vel potu situm est regnum dei, nec cæleste regnū per horum obseruationem comparatur: ac proinde sinantur infirmi, quibus velint vtī: nec pro hoc ita multum zelandum est, vt compellantur manducare quæ sunt lege vetita, g sed perfecta vitæ iustitia, & internum gaudium in spiritu sancto,

a Scio & confido in domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum,

b nisi ei qui existimat quid cōmune esse, illi commune est.

c Si enim propter cibum frater tuus contristatur,

iam non secundum charitatem ambulat.

d Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Christ⁹ mortuus est.

e Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

f Non enim est regnum dei, esca & potus:

g sed iustitia & pax & gaudiū in spiritu sancto.

*a Qui enim in hoc seruit
Christo, placet deo, & p-
batus est hominibus.*

*b Nos itaque quæ pacis
sunt, sectemur:*

*c & quæ adificationis
sunt, inuicè custodiamus.*

*d Noli propter escã de-
struere opus dei.*

*e Omnia quidem mun-
da sunt, sed malum est ho-
mini qui per offendiculũ
manducat.*

*f Bonũ est non mandu-
care carnem, & non bibe-
re vinum, neq; in quo fra-
ter tuus offenditur, aut
scãdalizatur, aut infirma-
tur.*

*g Tu fidẽ quam habes,
pene te ipsum habe
coram deo.*

hæc & modò regnum dei intra nos efficiunt,
& in futuro nos ad æternũ regnum perducent.
Qui enim sic in his deo seruit, ista sectando,
hic placet deo, & probatus erit ab omnibus, in-
ter quos sic sanctè conuerfatur. Nam iustitiam
seruare illæsam, & pacem cum omnibus tenere
in gaudio, sine amaritudine: & deo nos gratos
faciunt, & hominibus quibuscum cõuersamur
etiam infidelibus, gratos & amabiles reddunt.
Nos itaque vt pacis filij, quæ ad pacem fa-
ciunt studiosè insequamur: quantum in nobis
est, omnem turbationis causam auferentes fra-
tribus: c & ea quibus inuicem possumus ad
bonum promouere, & ad profectum perduce-
re, diligenter custodiamus: pro nulla causã vlli
dantes occasionem scãdali, aut peccati causam.
Noli (quæso te iterũ) opus quod deus crea-
uit, & per fidem ac baptismum modo quodam
creauit, propter escam tuam perdere, illum oc-
casionem tuæ nimix & indiscretæ libertatis, in
peccati mortalis periculum cõiciendo. e Equi-
dem non nego, quin munda sint omnia, atque
ob hoc omnia (quantum ex se) ad manducan-
dum esse licita: sed si quis cibum aliquem man-
ducat cum infirmi fratris scãdalo & offenfio-
ne, illi malum est, & ad vitium deputatur non
cibus ipse qui editur, sed libertatis suæ cum
scãdalo abusus. f Quanquam enim & caro
& vinum nemo dubitet esse per se munda, si ta-
men in horum vsu, ex infirmitate frater qui-
spiam scãdalizatur, aut offenditur, omnino bo-
num erit etiam ab his illicitis propter vitãdum
fratris scãdalum, abstinere. Sic & de aliis omni-
bus dicendum est, in quibus contigerit fratrem
scãdalizari, aut offendi. Esto, fidem habes per-
fectam qua credis te posse propter euangelicæ
libertatis gratiam quibuslibet sine peccato ve-
sci: g Fidem istam si habes, habe coram deo
in tua conscientia, qui tibi remunerabit mer-
cedem perfectè credentium, Cæterũ ad fra-

tris scandalum, aut cum fratris scandalo, caue-
vtaris. a Beatus est & iustitiam seruat, qui in
eo quod tanquam bonum approbat, seipsum
non condemnat, faciendo contra id quod bo-
num iudicat. Exempli gratia: qui tanquam bo-
num approbat, conscientia dictante, non man-
ducare hoc aut illud, iustitiam seruabit si abste-
neat vt dicit ratio, quam perderet, si contra id
quod probat ageret, manducando. b Qui au-
tem tanquam illicitum, quippiam discernit ac
diudicat: si hac stante conscientia manduca-
uerit, seipsum facit condemnationi obnoxium:
contra conscientiam manducando: quod iu-
dicabat illicitum & immundum: c idque non
ex ipfius cibi immunditia, sed quia non ex fi-
de, & contra eam quam intus habebat ex sua
fide conscientiam, egit. d Omne autem quod
contra conscientiam fit, quam ex sua quisque
fide sibi format: eo ipso quod contra consen-
tiam peccatum esse constat: etiam si res in se
mali habeat nihil.

ELUCIDATIO CAP. XV.

I^a Llad autem fraterna charitas exposcit: vt
qui perfectiores sunt inter Christianos, in-
firmos cum mansuetudine & lenitate sup-
portare debeant, in suis imperfectionibus: &
non sibiipfis superbè placere, atque ita fratres
infirmos desplicere, aut imperfectiones eis ex-
probrādo irritare, quod faciunt superbi & su-
perciliofi homines, qui ceteros facili ex causa
despicientes, sibiipfi nimium placēt. b Sit hoc
omnibus commune studium: vt quantum fieri
potest cum deo, quisque fratri suo placeat in
bonum: non per adulationem, sed per sanctam
& pacificam conuersionem, vt in nostra con-
uersione ædificentur proximi. Nam ex cha-
ritate propter deum laborare ad placendum
proximis, res est magni meriti, non sic autem
in malum. c & quidem pro hac re, Christi ha-
bemus exemplum: qui nō sibi superbè placuit,

F ij

a Beatus qui non iudicat
semetipsum in eo quod
probat.

b Qui autem discernit, si
manducauerit, damnatus
est:

c quia non ex fide.

d Omne autē quod non
est ex fide, peccatum est.

TEXT. CAP. XV.

a Debemus autē nos fir-
miores, imbecillitates in-
firmorum sustinere, &
non nobis placere.

b Vnusquisq; vestrū pro-
ximo suo placeat in bo-
num ad ædificationem.

c Etenim Christus nō si-
bi placuit.

vt nos despiceret, neque quæ sibi secundum carnis fragilitatem erant placita, quæ sunt: sed quæ humilia erant, & quæ carnis fragilitas horrebat, etiam aspera impropria, pro nobis libenter suscepit. a Iuxta quod scriptum est: Ceciderunt super me impropria, irrisiones, atque illusiones, eorum qui tibi in me exprobrabant, quam Christi vilipensionem, nobis trahere debemus in exemplum. b Quæcunque enim spiritus sancti operatione in scripturis à temporibus antiquis tradita sunt, ad nostram aformationem scripta fuere. c vt per exempla patrum in scripturis nobis proposita, patientia roborati, & consolatione dulcissimorum eloquiorum confortati in spe nostra firmi & stabiles in finem vsque permaneamus. d Ipsum autem deum, cuius est solius donare patientiam & consolationem veram spiritus: precor vt det vobis vnum idemque sentire cum inuicem, vt in eadem fidei sententia sitis & permaneat omnes, secundum Christum Iesum, vt in veritate: e vt vna eademque fide, quæ concordet animos, & vno ore eandem confessionem fidei exprimente, sic honorificetis deum, qui est pater domini nostri Iesu Christi. f Propter quod suscipite inuicem, ac fouete per patientiam: sicut & Christus vos assumpsit, fouitque, & descendendo euexit, ad honorem & gloriam dei. g Nam de modo quidem, quo Christus vos assumpsit atque suscepit, dico Christum Iesum circumcisionis (id est populi Iudaici) à deo patre missum fuisse & datum ministrum, prædicatorem, & operatorem salutis, propter veritatem dei, qui fidelis est in omnibus verbis suis, ad implendas in illo promissiones patris eorum factas. h Gentes verò, licet Christum in carne suæ salutis ministrum per se non habuerint: tamen & ipsos dico deum honorare debere, super maxima sibi gratia & misericordia à deo exhibita, non minus quam Iudæis,

a sed sicut scriptum est: Impropria impropertium tibi, ceciderunt super me.

b Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram aformationem scripta sunt:

c vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus.

d Deus autem patientia & solarij det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum,

e vt vnanimis, vno ore honorificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi.

f Propter quod suscipite inuicem sicut Christus suscepit vos in honorem dei.

g Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis,

propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum:

h Gentes autem super misericordia honorare deum,

cum tamen nullę ipsiſ promiſſiones, neque patri-
 bus eorum factę extiſſent. a Quod olim
 in ſpiritu Dauid præuidens dicebat, Propterea
 conſitebor tibi ſuper Gentibus domine, & no-
 mini tuo pro illis cantabo. b Et alibi dicuntur
 Gentes ſimul cum plebe electorum dei gau-
 ſurę ſpiritali læticia poſtquam illi fuerint an-
 numeratę. c Et in alio loco, cohortans Gen-
 tes ad lætitiã, ſic eos in ſpiritu alloquitur: Lau-
 date dominum pro exhibita miſericordia om-
 nes Gentes, laudate eum omnes populi natio-
 num. d Et alio in loco Eſaias dicit: Ex radice
 Ieſſe exſurrecturũ reſtorem Gentium, & prin-
 cipem populorum in quem Gentes ſperabunt.
 e Deus autem ipſe, qui eſt tota & vera ſpes om-
 nium credentium, abundare vos faciat co-
 pioſe, in omni gaudio & pace ſpiritali, per fi-
 dem rectam quę ſunt tenenda, vt oportet cre-
 dendo, vt abundet in vobis ex dei liberalitate
 ſpes & fortitudo vera, quę eſt a ſpiritu ſancto.
 Non autem id precor, quod vobis illa penitus
 deeſſe exiſtimę. f Perſuaſum enim habeo, &
 confido in domino de vobis: quod & copioſe
 iam in vobis inhabitet vera dilectio charitatis:
 ſimul & ſcientia ſpiritalis: g ita vt non ſo-
 lum poſſitis per charitatem inuicem ſupporta-
 re, ſed per ſcientiam etiam ſalubriter monere,
 atque ad perfectiora bonis inſtructionibus in-
 firmiores adducere. h Parcite verò me erga
 vos aliqua ex parte nimie audacię (vt cuiquam
 videri poteſt) per quam, ego cognitus, vobis
 nunquam viſis, tam prolixis literis præſumpſi
 ſcribere: i non tamen quaſi ignorantes vos
 inſtruens, ſed potius tanquam commonefaciēs,
 de iis, quę vobis alioqui bene erant cognita.
 k Quod autę feci, id feci propter gratiã iſtam
 Apoſtolicę muneris quę mihi a deo commiſſa
 eſt: l nępe vt ſim miniſter & Apoſtolus Chri-
 ſti Ieſu, in Gentibus. m Euangelium Chriſti
 velut rem aliquam ſacram, verbo & exemplo

*a ſicut ſcriptũ eſt: Pro-
 pterea conſitebor tibi in
 gentibus domine, & no-
 mini tuo cantabo.*

*b Et iterũ dicit: Latami-
 ni gentes cum plebe eius.*

*c Et iterum: Laudate om-
 nes gētes dominũ, & ma-
 gnificate eum omnes po-
 puli.*

*d Et ruruſ Eſaias ait:
 Erit radix Ieſſe, & qui
 exurget regere gentes, in
 cum gentes ſperabunt.*

*e Deus autę ſpei repleat
 vos omni gaudio & pa-
 ce in credendo,
 vt abundet in ſpe & vir-
 tute ſpirituſſancti.*

*f Certus ſum autę fratres
 mei & ego ipſe de vobis,
 quoniã & ipſi pleni eſtis
 dilectione, & repleti om-
 ni ſcientia,*

*g ita vt poſſitis alterutrũ
 monere.*

*h Audacius autę ſcripſi
 vobis fratres, ex parte,*

*i tanquã in memoriam
 vos reducens,*

*k propter gratiam quę
 data eſt mihi a deo,*

*l vt ſim miniſter Ieſu
 Chriſti in gentibus,*

*m ſanctificans euange-
 lium dei,*

a ut fiat oblatio gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto.

b Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum.

c Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me nõ effecit Christus, d in obedientiam gentium, in verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti:

e Ita ut ab Hierusalem per circuitum vsq; ad Illyricum repleuerim euangelium Christi.

f Sic autem prædicavi euangelium hoc, nõ vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem:

g sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt:

h & qui non audierunt de eo, intelligunt.

i Propter quod impediebat plurimum, venire ad

prædicans & administras: a ut per meam prædicationem, Gentes omnes quas ei lucrifacio, eique velut oblationem, offero, in fide perfecta & institutione bonæ conuersationis deo placentes fiant, & sanctificatae in domino, in spiritu sancto. b Atque in his ego meam gloriam cõstituo: non quasi in meipso, nec apud homines, sed in Christo Iesu in quo facta sunt per me omnia ante conspectum dei ad gloriam eius.

c (Nam de his quæ per me Christus non effecit, nec audeo, nec volo gloriari.) d Gloria, inquam, mea, quam habeo ad deum in hoc est, ut obedire faciam Gentes fidei: idque in verbo prædicationis & in opere conuersationis, & in virtute ædèdi signa atque prodigia, per virtutem dono datam mihi à spiritu sancto, ad confirmationem prædicationis meæ. e Ita ut his mediis, vniuersas regiones & loca omnia ab Hierusalem vsque ad Illyricum, repleuerim euangelio Christi, illud in eis prædicando ac notificando. f In euangelio autem prædicando, illud semper obseruavi: ut rudissimis omnino prædicarem, qui de Christi fide nulla fundamenta ab alio prius acceperant. Non vbi ante me per alium esset prædicatus Christus, nolens super ea quæ ab aliis erant incepta, edificij mei structuram collocare: sed iis qui à nullo alio quicquam ante audissent de Christo. g Iuxta scripturam quæ de Gentium conuersione loquens dicit: Quoniã illi quibus hætenus Christus prædicatus non fuerat, Apostolica prædicatione edocti, cognoscent eum, atque ea quæ prædicantur credunturque de illo. h Et qui Christum prædicari nunquam audierant, per Apostolicam doctrinã illuminabantur lumine fidei, videant, & credant in eum. Quæ res (nempe in loca, in quibus nunquam audita fuerat fidei prædicatio inferre euangelium) quanti sit laboris nihil dubium quin facile perspiciatis.

i Atque his quidem negotiis, hætenus impe-

ditus fui, quo minus ad vos inuisendos accesserim : & vsque modò non fuit per occupationes laboriosissimas, quæ mihi incumbunt, licitum neque opportunum, ut venirem ad vos. a Nunc verò cum his in regionibus nostra presentia nihil ultra discipuli habeant opus, factis in fide instructi, & firmati, cunctisque ritè dispositis, cum in omnibus vicinarum regionum urbibus iam prædicationem absoluerim, habuerim verò, ab annis aliquot desiderium vos aliquando inuisendi, spero nunc compleri posse desiderium meum. Meditor enim iter in Hispaniam, ut etiam illis, Christum penitus adhuc ignorantibus, annunciem euangelium. b Et cum venerit, ut iuxta propositum versus Hispaniam iter direxero: spero istac me facturum iter per vos, atque ita in transitu vos videre, & per vos deducendum illuc: c posteaquam aliquanto tempore apud vos permansero, & in vobis fuero consolatus. d Nunc autem proficisci propono quantoties in Hierusalem ad ministerium fidelium pauperum qui sunt in Hierusalem, deferendo illuc collectam pro eis eleemosynam, ab ecclesiis Gentium. e Cõsenserunt & voluerunt, me procurante ac sollicitante, Macedones & Achaici, qui in temporalibus sunt abundantiores de suis facultatibus communicare, & communem consolationem facere, pro eis qui inter fideles sunt egentem in Hierusalem ad succurrendum eorum inopia. f Sic enim eis placet, neque nos ab illis extorsimus: Nec mirum si placuit quoniam aliquomodo, quantum ad hanc rem, eis sunt obligati ac debitores. g Nam si spiritualium facti sunt participes Gentiles, per gratiam dei: quæ ex reprobatione Iudæorum peculiariter videntur, iustum est ut & de temporalibus, quibus abundant, his quibus in fide & spiritualium bonorum participatione facti sunt socij, communicent atque impertiant, pro releuandis eorum corporalibus necessitatibus.

F iiii

vos, & prohibitus sum vsque adhuc.

a Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus,

cupiditatem autem habens veniendi ad vos, ex multis iam præcedentibus annis,

b cum in Hispania proficisci cæpero, spero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc,

c si vobis primum ex parte fructus fuero.

d Nunc igitur proficiscor in Hierusalem, ministrare sanctis.

e Probauerunt Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem.

f Placuit enim eis, & de bitores sunt eorum.

g Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debet & in carnalibus ministrare eis.

a Hoc igitur cum cōsum-
mauero, & assignauero
eu fructum hunc, per vos
proficiscar in Hispaniā.

b Scio autē quoniam ve-
niēs ad vos, in abūdantia
benedictionis Christi ve-
niam.

c Obsecro ergo vos fra-
tres per dominū nostrum
Iesum Christum, & per
charitatē sancti spiritus,

d vt adiuuetis in oratio-
nibus vestris pro me ad
deum, vt liberer ab infide-
libus qui sunt in Iudæa:

e & obsequij mei obla-
tio accepta fiat in Hieru-
salem sanctis,

f vt veniam adiutor in
gaudio per voluntatē dei,
g vt refrigerer vobiscū.

h Deus autē pacis sit cum
omnibus vobis. Amen.

TEXT. CAP. XVI.

a Cōmendo auem vobis
Phæben sororem nostrā,
quæ est in ministerio ec-
clesiæ quæ est Cenchreis,
b vt eā suscipiatis in do-
mino dignē sanctis,

a Vbi verò hoc ministerium meum compleue-
ro, & attulero, tradideròque illis, istam quam
collegi eleemosynam. tamen spero (si ita deus
voluerit) per vos in Hispaniæ partes interio-
res, ad illis quoque prædicandum verbum dei

proficisci. *b* Cōfido autem in domino, & cre-
do, quod non erit spiritali fructu vacuus ad-
uentus meus ad vos, sed in copiosa benedictio-
ne Christi, in gaudio & consolatione spiritua-
li veniam ad vos. *c* Hoc igitur, quo melius

& celerius compleatur iuxta dei voluntatem,
cui semper omnia consilia nostra submittimus:
obsecro vos fratres, per dominum nostrum Ie-
sum Christum, & per charitatem dei quæ est in
spiritu sancto, aut per spiritum sanctum qui est

charitas: *d* vt vestris orationibus apud deum
me adiuuetis, in hoc potissimum vt liberer ab
infidelibus, & peruersis, quorum est in Iudæa
bonus numerus, habēt exosum, eo quòd Gen-
tium sum Apostolus, quos nō dubito mihi ma-
chinaturos malum si poterint. *e* Atque etiam vt

oblatio mea ista quæ administrare pergo sanctis
in Hierusalem, fiat placita & accepta: *f* vt
sic tandem cunctis peractis, liberè ad vos va-
leam venire cum gaudio, volēte deo, *g* vt vo-
hiscum & in vobis aliquid refrigerij & conso-
lationis, in spiritu accipiam, quum inter vos e-
xistens comprobauero sinceritatem fidei ve-
stræ & conuersationis videro virtutem: *h* Ipse
autem deus, omnis pacis author largitor, ama-
tor, qui ipse tota & vera pax est, sit semper cum
omnibus vobis, per habitationem gratiæ suæ, vt
vos vsque in finem in suo amore custodiat

ELUCIDATIO CAP. XVI.

T^a Andem concludens epistolæ cursum,
commendo vobis Phæben hanc fidelem
mulierem huius epistolæ gerulam quæ
ecclesiæ Cenchreensis multa exhibet ministe-
ria, ac necessitatis obsequia sanctis fideliter im-
pedit: *b* vt eam benignè suscipiatis, cum omni

humanitate & reuerentiã in domino, sicut fideles decreti recipere inuicem, & ab inuicem recipi. a & adiuuetis eam in suis negotiis, si in aliquo vestra opera indiguerit. b Digna enim est vt hoc illi præstetur, quoniam quidem multis ipsã adiuuãto fuit. Id quod in meipso quoque sum expertus. c Salutem dicite meo nomine Priscæ & Aquilæ, adiutoribus & cooperatoribus meis in fidei negotio, qui pro me & vita mea tutãdam etiam mortis subire discrimina, periculo mortis se exposuerunt. d Quibus hoc nomine, non ego solus gratias ago, sed omnes etiam gentium mihi creditæ ecclesiæ, quoniam quod mihi impendunt, omnibus ecclesiis profuisse cognoscitur. Et familiam quæ in domo eorũ est congregata fide sanctificata, vt meritò eam dixerim ecclesiam, salutate. e Epænētum quoque mihi apprime dilectum, qui est vel primus vel præcipuus, aut ex præstantioribus ecclesiæ quæ est in Asia salutate in Christo Iesu, salutatione sancta. f Salutate Mariam quam nostis, quæ inter vos & pro Christi nomine multum laborauit. g Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, & qui similem quem ego aliquãdo pertuli, captiuitatem sustinuerunt. h qui etiam passionum tolerantia, vel prædicationis virtute, digni sunt qui pro Apostolis magnis habeantur, qui etiam ante me fidem acceperat. i Salutate Ampliatum, mihi in domino charissimum. Salutate Vrbanum adiutorem meum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum. Salutate Appellem in Christi fide probatum & laudandum. k Salutate eos qui sunt de familia Aristobuli. Salutate Herodionem meum cognatum. Salutate eos qui de familia sunt Narcisci fideles in Christo. l Salutate Tryphænam & Triphosam laborantes pro nomine domini. Salutate Persidam charissimam, quæ pro nomine domini multos subiit labores. m Salutate Rufum domini

a & assistatis ei quocumque negotio vestri indiguerit.

b Etenim ipsa quoque; multis assistit & mihi ipsi.

c Salutate Priscæ & Aquilã adiutores meos in Christo Iesu, qui p̄ anima mea suas ceruices supposuerunt. d Quibus nõ solũ ego gratias ago, sed & cũ eã ecclesiæ gētium, & domesticam ecclesiã eorũ.

e Salutate Epænētũ dilectũ mihi qui est primitiuus Ecclesiæ Asiæ, in Christo Iesu. f Salutate Mariã

quæ multum laborauit in vobis. g Salutate Andronicũ & Iuniã cognatos

h qui sunt nobiles in apostolis: qui & ante me fuerunt in Christo Iesu.

i Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum

adiutorẽ nostrũ in Christo Iesu & Stachyn dilectũ meũ. Salutate. Appellẽ probum in Christo.

k Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatũ meũ. Salutate eos qui sunt ex Narcisci domo qui sunt in domino.

l Salutate Triphænam, & Tryphosam, quæ laborant in domino. Salutate Persidẽ charissimã, quæ multũ laborauit in dñõ.

m Salutate Rufũ electũ

in domino & matrē eius
& meā. Salutate *Asyn-*
critū & Phlegōtem, Her-
mem, Patrobā, Hermam
& qui cū eo sūt fratres.
a Salutate *Philologū &*
Iuliā, Nereū & sororem
eius, & Olympiadē &
omnes qui cū eis sunt san-
ctos. Salutate vos inuicē
in osculo sancto.

b Salutant vos omnes
ecclesia Christi.

c Rogo autē vos fratres,
vt obseruetis eos qui dis-
sentiones & offendicula
prater doctrinam quam
vos didicistis, faciunt: &
declinate ab illis.

d Huiusmodi enim Chri-
sto domino non seruiunt,
sed suo ventri:

e & per dulces sermones
& benedictiones seducūt
corda innocētium.

f Vestra enim obedi-
entia in omni loco est diuul-
gata.

g Gaudeo igitur in vo-
bis: sed volo vos sapientes
esse in bono,

seruum electū & eius matrē, quam ego vt pro-
priā meam matrē habeo, venerabiliterq; iubeo
vt filius salutari. Salutate *Asyncritū, Phlegon-*
tem, Hermam, Patrobam, Mercuriū, & cæteros
qui cū eis versantur Christi fideles. a Salutate
Philologū & Iuliā, Nereū & sororē eius, & O-
lympiadem, & qui cum his versantur omnes fi-
deles. Salutate inuicem in osculo sancto pacis
spiritualis, quomodo nūc ego spiritu, licet ab-
sens corpore, vestram dilectionem exosculor.

b Saluto vos ego omnium ecclesiarum Christi
mibi commissarum, & subditarum nomine tanquam
earum Apostolus. c Vnum verò adhuc restat,
quòd anteq̃ sermo claudatur, omnimodis ad-
monendum videtur. Obsecro autem vos fratres,
vt magna diligētia & obseruatione attendatis
& magna cautela timeatis ab iis qui dissentio-
nes suscitant & offendicula ponunt, turbationē
excitantes paci & concordie fidelium, nitēdo
docere contraria fidei catholice, quæ secundum
veritatem à veris prædicatoribus & Apostolis
docetur, ab iis quos tales agnoueritis, tanquam
& pestiferis seductoribus declinate. d Huius-

modi enim homines Christo domino suo non
seruiunt, nec illius gloriam aut lucrū quærunt,
sed gulæ & ventri: e & per adulationes & af-
sentatorias suas blāditiis, quibus præualēt adu-
latores illi pessimi, mellita venena gustātes in
ore, animos simplicium frequenter seducunt à
via veritatis, mittentes in erroris deuia. Omni-
no autem vobis ab eiusmodi est attendendum.

f Nam obediētia vestra, qua tam pròptē & syn-
ceriter vos subditis fidei & euangelio, ubiq; lo-
corum fama volāte dispergitur ad vestri cōmen-
dationem. Quo vobis magis cauendum est, ne ve-
stro bono nomini impostores illi maculam infe-
rant. g Gaudeo igitur in iis quæ de vobis nar-
rantur bonis, sed vt solidum sit, & vobis hoc bo-
num, & mihi meum hoc gaudiū, opto & moneo
vos in bono cautos esse ac prudētes: vt quod se-
mel rectē accepistis, non facilē vanis persuasio-

nibus dimittatis: ad malū autē sitis simplices ac rudes, quasi nesciētes malē agere. a Deus autē pacis, qui vos vocauit, ipse per suā gratiā, ce- lestem vobis & facit dabit perseverantibus, de ho- ste triumphū vt non solū, non illi sitis per pec- cata subditi, verum etiam abundantes operibus bonis, illum contemntes & cōculcantes, sub pedibus vestris. b Sit vobiscū in auxiliū gratia domini nostri Iesu Christi. c Salutat vos qui mecū est Timotheus præcipuus adiutor meus in negotiis fidei, præ omnibus promptus & sollicitus, & Lucius & Iason & Sosipater cogna- ti mei. d Saluto vos ego seruus dei Tertius no- mine, qui hanc epistolā characteribus, dictante Paulo, descripsi nomine domini. e Salutat vos Gaius, apud quē hospitor: & vniuersa quæ hīc est fidelīū ecclesia, vestrā Romanā, quasi foro- rē salutat. f Salutat vos Erastus, nostræ ciuita- tis receptor (qui vulgo dici solet) & alius qui- dem fidelis cui nomen est Quartus. g Gratia domini nostri Iesu Christi, sit cū omnibus vo- bis, Amen. h Ei autē qui potēs est per gratiam suam vos cōfirmare in fidei rectitudine, secun- dū euangeliū quod mihi est cōmissum, & præ- dicationē de Iesu Christo, i iuxta reuelationē mysterij redēptionis humanæ, per incarnatio- nē filij dei: quod hactenus nūquam prædicatū nunquā propalatū, semper fuit in secreto diuini- tatis cōsilio, mēteq; diuina tacitū, & occultum, k nūc autē cognitū secundū æterni dei bene- placitū, tēporibus istis, quibus omnes gētes vo- luit sub obediētia fidei subdere, quod nunc est patefactū ostēsumq; ac confirmatū per scriptu- ras prophetarū, quas nūc (spiritu sancto illumi- nātē) cognoscim⁹, multō ante de iis quæ in hoc tēpore vidimus impleta, prædixisse: l Ipsi, in- quā, soli sapienti deo, per Iesum Christum, sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Finis Elucidationis in epistolam ad Ro- manos beati Pauli Apostoli.

a Deus autem pacis con- terat Satanā sub pedibus vestris velociter.

b Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum.

c Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cog- nati mei.

d Saluto vos ego Ter- tius, qui scripsi epistolam hanc in domino.

e Salutat vos Gaius ho- spes meus, & vniuersæ ecclesiæ.

f Salutat vos Erastus arari⁹ ciuitatis, & Quar- tus frater.

g Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum om- nibus vobis, Amen.

h Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta E- uangelium meū & præ- dicationem Iesu Christi, i secundum reuelationē mysterij, temporibus æter- nis taciti.

k quod nunc patefactum est per scripturas Prophe- tarum, secundum præce- ptū æterni dei, ad obediē- tiā fidei, in cunctis Gētib⁹ cogniti, soli sapienti deo, per Iesum Christum, l cui honor & gloria in secula seculorū, Amen.

✿ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM

in epistolam ad Corinthios priorem beati

Pauli Apostoli.



Orinthij, accepto ab Apostolo verbo Euangelij in varios postmodum errores, partim à mundi sapientibus, partim suo vitio inciderāt. Nam primùm quidē odiosis adinuicē contētionibus, vanē gloriando pro hominibus, vacabant: quos in ipso statim epistolę initio redarguit Apostolus, iterumq; in tertio replicat, asserēs indignum esse, vt pro hominibus contēderent, qui in vnus Christi nomine essent (licet per diuersos ministros) baptizati. Erāt deinde, qui simplicitati & humilitati Apostolicę prædicationis minus fidētes, seculari sapientię curiosius intēti, vehementiūsq; affecti, doctores eiusmodi sibi conquirebāt: propter quos de secularis sapiētia & omnis mūdane subtilitatis reprobatione, post mediū primi capituli, totus sermo textitur vsq; ad caput tertium: declarando, quemadmodum deo fuit beneplacitum, vt per Apostolicę prædicationis simplicitatem, mundus ad veram dei cognitionem adduceretur, quod per mundi sapientiam fieri non potuit. Et quia ex contentionum acerbitate ab hoc etiam procedebāt Corinthij, vt suum quisque electum præceptorem præferre cupiens, cæteros iudicare præsumeret: idcirco quarto capitulo, deo soli iudicium docens competere homines monet ante tempus non iudicare. Cū nec sibi quisque, iudex esse queat sufficiens. Eam tamen quam secundum corpus propter euangelium patitur vtilitatem, tanquam filius charissimis propter fouendam charitatem, sine verecundia proponit. Acciderat quoque facinus inter eos abominandum, vt patris sui vxori quidam commiseretur, cæteris peccati correctionem dissimulātibus, aut etiam per mundi sapientiam defendentibus. Quis acriter obiurgans, monet quantotius fornicarium illum è cœtu fidelium eiici, & Satanae tradi in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in nouissimo die. Atque huius occasione, vniuersali de omnibus constitutione ordinat, Christianos in manifestis peccatis viuētes ac permanentes, vitari debere à cæteris, vt per confusionem, ad rectam viam reuertantur. Nihil interim de illis qui sunt extra ecclesiam præscribens, quos diuino iudicio relinquit. Atque hæc quidem, capite quinto. In sexto autem, illos arguit qui propter lites pecuniarias, ac cætera temporalia, iudicia accedebant infidelium, non sine scandalo & dehonoratione nominis Christiani: monens, si quæ occurrant super huiusmodi difficultates, vt à Christianis cum pace

& quiete terminentur, potius quàm ad infideles deducantur: vbi rursum ad fornicationis detestationem reuertens, eius turpitudinem aperit: & quàm sit Christi fidelibus, qui per spiritum sanctum facti sunt templum dei, res illa scèdissima fugienda, manifestat. Interrogauerant autem Corinthij Apostolum de quibusdam, quæ ad matrimonium, & diuortium, & ad virginitatem pertinent: Quibus omnibus, capite septimo, prolixè respondet, matrimonium quidem vt licitum, & contra fornicationem indultum remedium, non prohibens: Virginitatem tamen, vt maius bonum, magisque à deo indiuisè adhærendum vtile præferens iis, qui matrimonio iuncti sunt, vt solutionem non quarant, præcipientes iis, qui liberi sunt, vt se in matrimonij vinculum non conuinciant, fideliter consulens, tanquam misericordiam consequutus à domino. Ad hæc, erant inter Corinthios in fidei scientia perfecti nonnulli, qui scientes nullum esse per se communem cibum, passim se ingurgitabant idolothytis: Idque non sine proximorum infirmorum scandalo. Quorum scientiam, quòd charitas adiuncta non esset, capite octauo damnat Apostolus: eosque à scandalo vsque adedò deterret, vt se dicat male in æternum à cibo quolibet abstinere, quàm per esum quenquam scandalizare. Atque huius rei occasione, seipsum in exemplum proponens. Nono capitulo declarat, multa sibi esse licita, & iure tam diuino quàm humano permissa, quæ tamen propter euitandum scandalum se nolle facere protestatur, ne quod offendiculum contingeret euàngelio Christi: similitudines eorum qui in stadio currunt, & qui certant in agone, adiungens ad persuasionem. Adducit ad idem capite decimo, patrum exempla terribilia ad correctionem posterorum scripta: ne sibi satis esse putent quòd Christi sint baptismo abluti, & fidei mysteriis initiati, sed vt in timore viuentes, proximorum scandalum & dei offensam, potissimum autem idololatriam, caueant, commune facit attentius: A qua prorsus immunes non esse declarat, eos qui in idolorum templis recumbentes, mensæ dæmoniorum participabant. Atque ita rursus, ad dehortandum a scandalo & offensione proximorum, in fine capituli concludendo reuertitur. Post hoc, vndecimo capitulo, quemadmodum se in oratione publica gerere debeant, vtrique sexui præscribit viris, vt capite orent prophetentque non velato: Mulieribus, vt velamine in subiectionis signum caput operiant, serio, nec sine seueritate denuntiat. Atque id quidè, ferè vsque ad capitis medium, post quod eam, quæ incipiebat pullulare, prauam consuetudinem, in conuentionibus (quas ex more ad manducandum domini cœnam faciebant) acri obiurgatione detestans, corrigere satagit: quoniam videlicet ad contentiones & odia, mutuumque contemptum, & pauperum confusionem,

ARG. IN EPIST. AD CORINTH. I.

conuentiones faciebant: quas ad pacem & concordiam, charitatis quoque promotionem, & pauperum consolationem facere solebant, & intertenere sic debuerant. Quas publicas conuentiones, vt cum reuerentia & charitate fieri persuadeat, institutionem sanctissimę Eucharistię, sicut à domino accepit, ita clarę & apertę eis describit, simul & de eius indigna sumptione terribilia proponens. Atque in hoc, vndecimum clauditur capitulum. Quoniam verò in spiritualibus sufficienter edocti non erant longę eos ac latę de spiritualibus, instruit spiritualis Apostolus, per tota tria duodecimum videlicet, decimumtertium, ac decimumquartum capitula. In duodecimo quidem, de gratis gratis à deo datis, in vtilitatem ecclesię sub analogia corporis naturalis, diuersorum officiorum diuersa membra habentis. Decimotertio, charitatis gratiam præponit omnibus. Decimoquarto de prophetię eminentia super donum linguarum pertractat, linguas in signum dicens infidelibus, prophetiam verò fidelibus datam, in ædificationem: simul & ordinem in horum donorum vsu congruum (mulieribus imposito silentio) præscribit, vt omnia honestę fiant & secundum ordinem. Quoniam verò inter Corinthios exsurrexerant quidam præsumptores, qui sapientię carnali & scientię mundanę innitentes, resurrectionem mortuorum non esse futuram astruebant, simplicium animos mundanis rationibus perturbantes: Idcirco capitulo decimoquinto, velut per præfationis modum euangelicę prædicationis firmitate & autoritate præmissa, ad veritatem futurę resurrectionis astruendam, accedit: Vbi ex his quę in natura & secundum naturam fiunt, ea quę supra naturam diuina sola virtute fienda sunt, possibilia demonstrat: vt pote ex seminis mortificati fructificatione, corporis defuncti atque sepulti resurrectionem: vbi & resurrectionis mysterium, & mortis prostrationem, patefacit apertius. Demum de collectis pro pauperum Hierosolymitanorum subleuatione, per vnam sabbati, & alia quædam familiaria commonefaciens, ita claudit Epistolam.

FINIS ARGVMENTI IN EPI-
stolam ad Corinthios priorem.

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD CORINTHIOS
priorem beati Pauli
apostoli.

TEXTVS EPI-
STOLAE PRIORIS
ad Corinthios beati
Pauli Apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.



^a **D**A VLVS secundum dei
voluntatem vocatus, vt ef-
set Apostolus Iesu Christi,
& Sosthenes frater scribunt,
salutemque precantur con-
gregatis in Christo fide-
libus Corinthi, per Iesum

^a **P**aulus vocatus A-
postolus Iesu Christi
per voluntatem dei,
& Sosthenes frater eccle-
siae dei, q̄ est Corinthi, san-
ctificatis in Christo Iesu,
vocatis sanctus, cum omni-
bus qui inuocant nomen
domini nostri Iesu Chri-
sti, in omni loco, ipsorum
& nostro:

Christum sanctificatis à peccato, vocatis ad vi-
tae sanctimoniam, & vniuersaliter omnibus de
puro corde inuocantibus nomen domini nostri
Iesu Christi, vbicunque locorum consistant, si-
ue hoc in loco nostro, siue in alio quolibet suo
loco. **b** Vobis igitur omnibus sit gratia & pax
à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

^b **G**ratia vobis & pax
à deo patre nostro, & do-
mino Iesu Christo.

c Non cesso gratias agere deo meo, vestro no-
mine: propter gratiam dei, quae per Christum
vobis est data. **d** Abundantes enim facti estis
per illum, in omnibus quae verè sunt spiritus
bona: in verbo, inquam, praedicationis, quod
vobis plenè & synceriter est administratum, &
spirituali eius intelligentia: quibus Christiana
fides corroborata est, atque fundata in vobis.

^c **G**ratias ago deo meo
semper pro vobis in gra-
tia dei quae data est vobis
in Christo Iesu,

e Adeò, inquam, abundantes, vt nullius gra-
tiae spiritualis egestatem patiamini: expectan-
tes insuper aduentum domini nostri Iesu Chri-
sti, quando omnium plenitudinem accipietis co-
piosissimè. **f** Qui vos interim perseuerantes fa-
ciet vsq; in finem in omni bono, vsque in diem
aduentus eiusdem, absque omni crimine, quod
vobis posset in illo die ad dānationem obui-
ci.

^d **Q**uia in omnib; diuites
facti estis in illo, in omni
verbo & omni scientia, si-
cut testimonium Christi
confirmatum est in vobis,
e ita vt nihil vobis desit
in vlla gratia, expectanti-
bus reuelationem domini
nostri Iesu Christi,

g Deus enim fidelis adiutor est, vt nō sine cau-
sa vobis subtrahat suum auxiliū: per quē vocati

^f **Q**ui & confirmabit vos
vsque in finem, sine crimi-
ne in die aduentus domi-
ni nostri Iesu Christi.
^g **F**idelis deus per quem

vocati estis in societate filij eius Iesu Christi domini nostri. a Obsecro autem vos fratres pro nomine domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata. b Sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia.

c Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.

d Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego autem Christi.

e Diuisus est Christus? f Numquid Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine Pauli baptizati estis?

g Gratias ago deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Christum et Gaum: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati sitis. Baptizavi autem Stephanum dominum. Ceterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim.

h Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare:

i non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi.

estis ad participandum hereditatem filij eius, Iesu Christi domini nostri. a Per hoc ipsum itaque tam vobis merito gratissimum nomen, obsecro vos fratres mei, ut sine sectis & diuisionibus, idem & dicatis ore & sentiatis animo: b Sitis autem non diuisi ab inuicem sed in vnum compacti atque perfecti, quasi vnum corpus integrum & continuum, in quo nullus sit hiatus, & nulla diuisio, vnus mentis, & eiuſdem in fide scientiae atque sententiae. c Quod autem in ipso statim epistolae initio vobis scribam, haec est ratio. Nam indicarunt mihi qui sunt de familia Chloes, exoriri atque exortas esse inter vos contentiones odiosas, quae unitati fidelium valde aduersantur. d Hoc autem ego voco contentionem, quod singuli vestrum gloriamini: alius in Paulo, alius in Petro, alius in Apollo, alius (si quis est perfectior) in Christo tantum: atque hoc, propterea quod a diuersis sitis baptizati. e Sed nunquid diuersi & plures sunt Christi? Imo vnus est, in cuius nomine omnes estis baptizati. f Sed neque Paulus pro vobis crucifixus est, neque Cephas, neque in nomine alicuius nostrum baptizati estis: quare frustra pro nobis contenditis. g Inter vos, neminem baptizavi (quod sciam) nisi Crispum & Gaum, & familiam Stephanum, neque constat mihi de pluribus. Atque hac parte gratias ago Deo, quod paucos baptizans, abstuli vobis occasionem sic pro me contentiose gloriandi: ne dicatis, quod in meo nomine sitis baptizati. h Idcirco autem non multum curae fuit mihi plurimos baptizare, quoniam dominus non me misit praecipue ad baptizandum implendum ministerium, sed potissimum ad euangelizandum. i Atque id, non in verborum sapientia, aut sermonis ornatu, ut crucis Christi gloria non pereat, neque imminuatur. Stultitia enim crucis Christi & simplicitati humilitatis eius, non conuenit verborum phalarae.

leræ. a Nam verbum crucis perituri ac peruerſi homines ſtultitiã reputant: Illi vero quos ad ſalutem prædeſtinauit deus, cuiusmodi ſumus nos qui credimus in eum, virtutẽ dei (quæ in verbo crucis eſt ad ſaluandum omnes credentes) agnoſcunt. b Scriptum eſt enim Deſtruam ſapientiam eorum qui mundo ſapientes videntur, & prudentiam prudentium huius ſeculi ego retrudam atque proiciam. c Vbi eſt o ſapiens mundi, o ſcriba legis doctor, o diſputator quæſtionũ ſecularium, gloriatio tua? Profecto ſtultam comprobauit deus ſapientiam omnem huius ſeculi, euangelicam donans veram ſapientiam. d Quia enim mundus, iuxta quod oportebat de deo lapere, non potuit per ſecularem ſapientiam deum ſufficiẽter agnoſcere, viſum fuit deo mediante prædicationis ſtultitia, credentes ad ſalutẽ adducere. e Stultitiam dico: quia Iudæi (propter cõſuetudinem) non niſi ſigna quæerunt, & Græcis non placet præter ſapientiam: quæ in crucis ignominia, videntur non poſſe reperiri. f Nos autem, qui crucis Chriſti agnouimus virtutem, audacter proclamamus, & prædicare nec erubescimus nec formidamus Chriſtum crucifixum, Iudæis obſtinatis factum offendiculum, ad quod impegerunt: infidelibus Gentilibus, ſtultitiam reputatum: g Iſis autem qui ſunt ad fidẽ vocati, tam ex Iudæis quàm ex Græcis dei virtutem, ſolam ſaluare potentem, & æternam patris ſapientiam. h Quoniam ſtultum hoc à deo nobis datum, quod ſeculares homines ſtultum reputant, vincit omnem humanam ſapientiam. Et infirmum illud, nobis à deo datum, quod infidelibus infirmum videtur, vincit omnem humanam fortitudinem. i Imò verò congregationem veſtram ſi perſpexeritis, paucos numerabis inter vos iuxta mundum potentes, ſapientes atque nobiles. Sed quæ mundus vt ſtulta deſpicit, eligit deus: vt per eos mundi ſa-

a Verbum enim crucis perentibus quidẽ ſtultitia eſt, his autẽ qui ſalvi ſunt, id eſt nobis, dei virtus eſt.

b Scriptũ eſt enim: Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentum reprobabo.

c Vbi ſapiẽs? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nõne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi?

d Nam quia in dei ſapientia nõ cognouit mundus præ ſapientia deũ, placuit deo per ſtultitiã prædicationis ſaluos facere credẽtes.

e Quoniam & Iudæi ſi gna petunt, & Græci ſapientiam quæerunt:

f nos autem prædicamus Chriſtam crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, Gẽtibus autẽ ſtultitiam.

g Iſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtũ dei virtutem: & dei ſapientiam.

h Quia quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmũ eſt dei, fortius eſt hominibus.

i Videre enim vocationẽ veſtram fratres, quia nõ multi ſapientes ſecundum carnem, nõ multi potentes, nõ multi nobiles:

Sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes:

a & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret:

b vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.

c Ex ipso autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia, & instituta, & sanctificatio, & redemptio:

d vt, quemadmodū scriptum est, qui gloriatur, in domino gloriatur.

TEXT. CAP. II.

a Et ego cū venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientia, annuntians vobis testimonium Christi.

b Nō enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

c Et ego in infirmitate & timore, & tremore multo fui apud vos:

d & sermo meus & prædicatio mea nō in persuasibilibus humanæ sapientia: verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis,

e vt fides vestra nō sit in sapientia hominum, sed in virtute dei.

f Sapientiam autem loquimur inter perfectos:

pientes reddat cōfusos, partim quidem hoc tempore, sed in nouissimo plenius. a Item mundi inualida, vt fortia quæque confundat, & ignobiles, contemptibilesque, & eos qui sunt tanquam nihilum reputati, & infirmos hominum, ipse elegit vt eos, qui aliquid vidētur esse confundat, b vt vanam ostendat gloriam omnis hominis qui in carne gloriatur. c Ex ipso autem patre deo, vocāte, atque trahente, vos fideles estis in Christo Iesu: qui missus atque donatus est nobis à deo patre, vera sapientia, per quem & iustificati sumus, & sanctificati, & redempti, & per quam cætera bona nobis omnia proueniunt: d vt cū per illum omnia acceperimus, secundum scripturam, non in alio præter quā in domino audeamus gloriari.

ELUCIDATIO CAP. II.

E^a T ego fratres mei, cū cognoscerem placuisse deo, vt per stultitiam & humilitatem saluaret fideles: & stulta infirmāque eum diligere, veniēs ad vos prædicationis gratia, annuntiaui vobis Christianæ fidei (quæ de Christo est) veritatem citra verborum pōpam, mundanāque sapientiam: b Sic vobis prædicās, & sic me gerēs in omnibus inter vos, quasi nihil scirē præter crucis Christi opprobrium. c Inter vos ambulans, conuersabar in humilitate, timore, & tremore plurimo, sollicitus ne quenquam scandalizarem, aut prædicationis fructum conuersatione impedirem. d Et sermo meus & prædicatio, non in compositis ad persuadendum secundum humanam sapientiam verbis erat: sed cum ostensione spiritus, quem habemus intra nos, & virtutis ad faciendum mirabilia: e vt non per sapientiam humanā vos ad vitam Christi perduceremus, sed magis per virtutem dei, ne humanæ virtuti attribueretur vestra conuersatio, sed spiritui sancto. f Quanquam autem inter vos in ipsi principii prædicationis nostræ, propter vestrā

imperfectionem, nihil nisi humilia & simplicia vobis fuerimus simpliciter eloquuti, satis habentes simplici vobis assertione, quæ necessario erant credenda de Christo, tradere: tamen si quãdo apud eos qui in fide sunt perfecti, nobis sermo cõtingat, possumus etiam de sapientia sublimium & secretorum fidei nostræ, magnificentiora quædam proponere. a Sapientiam, inquam, non secularem, quæ rationibus nititur, & secundum naturæ cursum omnia iudicat, neque quam principes huius seculi, siue dæmones, siue præstâtes ceteris philosophi, adinuenerunt, quos nõ saluabit sua sapietia, cuiusmodi sunt artes magicæ & scientiæ naturales: b sed superhumanã, supernaturale & prorsus diuinã loquimur sapietiam, in occultis sancti scilicet; fidei sacramentis: quæ est occulta & abscondita, nec per se patet, nisi à deo reueletur. c Quã ab æterno deus præparauit, disposuitque suo tẽpore, & cõplere in opere, & manifestam facere, vt per eam nos ad gloriã perducamur, quicumque per fidem, illam acceptamus. d Sanè abscondita est hæc sapietia nostra, cuius subtilitatem sublimitatẽque, nec ipsi dæmones qui mudo dominabãtur, neque sapietiores in populis vlli, potuerunt per suam subtilitatem cõprehendere. e Alioqui si cognouissent dæmones, nõquam ad Christi crucifixionẽ instigassent Iudæos: & ipsi Scribæ ac principes si absque cæcitate cordis verè cognouissent dominum esse gloriæ quem ad mortẽ postulabãt, futurũ non erat, vt illum cruci affigeret. Nemo, in quã, principum huius seculi sapientiam dei cognoscere per se potuit, iuxta scripturæ testimonium, dicentis: f quod neque oculo, neque auribus (id est nullo sensu) sentiri potuerit, neque ratiocinãdo, aut cogitando, humana ratio compræhendere potuerit, aut cognoscere, quænam illa sint quæ deus præparauit iis qui se diligunt: nunc quidem in interioribus gratiæ donis, & in

a Sapietiam verò non huius seculi, neque principum huius seculi qui desiruntur:

b sed loquimur dei sapietiam in mysterio, quæ abscondita est:

c quã prædestinauit deus ante secula in gloriã nostram:

d quam nemo principum huius mundi cognouit.

e Si enim cognouissent, nõquam dominum gloriæ crucifixissent.

Sicut scriptum est:

f Quod oculus nõ vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus his qui diligunt illum.

a Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum.

b Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei.

c Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?

Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei.

d Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est,

e Ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis:

f quæ & loquimur, non in doctis humana sapientia verbis, sed in doctrina spiritus,

g spiritualibus spiritualia comparantes.

h Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

i Spiritualis autem iudicatur omnia,

k & ipse à nemine iudicatur.

l Sicut scriptum est: Quis enim cognouit sensum domini? aut quis instruxit eum?

futuro, in perfectione gloriæ suæ. a Sed quod nec sensu potuit, nec ratione inueniri, nobis est à deo, b desuper misso spiritu sancto, reuelatum: qui cuncta diuina consilia optimè peruidet, quantumuis occulta. c Quemadmodum enim nemo nouit quæ in homine latent, cogitationes atque consilia, nisi mens hominis quæ in ipso est, & cui illa quod in se tenet significare uoluerit: Ita consilia dei solus nouit spiritus eius, & quibus spiritus ille uoluerit reuelare.

d Ad hunc dei spiritum, qui ex deo est, & quæ dei sunt, edocet eos quos habitat, nos accepimus qui in Christum credimus: non talem, qui nos ea quæ huius mundi sunt (id est sapientiam secularem) edoceat: e per quem dei spiritum agnoscimus & intelligimus dona dei, gratiam nimirum & gloriam futuram, quæ iam vel in re vel in spe, donata sunt nobis. f Quæ etiam ut cognoscimus prædicamus, uerbis non utique ad doctrinam humanæ sapientiæ cõpositis, sed ad spiritus doctrinam, accommodatis. g Spiritu-
alibus enim edocendis mysteriis accomodanda sunt uerba item spiritualia, & spiritualibus auditoribus, accommodamus spirituales doctrinas. h At uerò animales homines, spiritum non habentes, nequeunt intelligere spiritualia, sed ea stultitiam æstimant: Idcirco autem nequit animalis intelligere spiritualia, quia spiritualiter diiudicari debent non ad humanæ sapientiæ regulas, aut sensuum demonstrationes. i Spiritum autem habentibus, facile est omnia quæ credenda sunt examinare & diiudicare. Quippe qui lumen in se habeant spiritus in quo uidentur, fiuntque credibilia.

k Ipse autem à nemine potest condènari, quatenus spiritualis est. Nam qui iudicare debet spiritualem, quatenus huiusmodi est, hunc necesse est spiritu dei, aut sapientiore esse aut maiorem. l sed iuxta scripturam: Nemo hominum, consilia per se nouit spiritus dei: Ne-

que prior est quisquam sapiētia, qui possit eum instruere. a Nos verò consilia Christi & eius mentem optimè nouimus, ab ipsius nimirum spiritu edocti, instructi, & illuminati.

ELUCIDATIO CAP. III.

Ea T ego fratres mei, propter vestram imbecilitatem, non potui vobis sublimia dei quasi prorsus spiritualibus, ipso primo accessu, proponere, sed quasi carnalibus magna ex parte, mihi necesse fuit vestræ fragilitati accommodare sermonem. b Dedi enim vobis facilioris & simplicioris doctrinæ lac in potum non escam solidiorem sublimioris sapientiæ.

c Nondum enim per infirmitatem valentes eratis. Imò ne nunc quidem (cùm adhuc magna ex parte ducamini) sufficitis altioribus capiendis mysteriis. d Ipse enim amulationes, & quæ sunt ex eis contentiones testantur vos carne adhuc duci, & aliqua ex parte secundum humanam infirmitatem, etiam nunc viuere. e Unde enim nisi à carnis concupiscentia inanique gloria, vt contendat alius aduersus alium pro homine, aut Paulo, aut Cepha, aut Apollo: dicente alio, Ego sum Pauli in baptismo filius, & huic ego adhæreo: alio dicēte, Ego sum Apollo, & ita de reliquis. Sed respondete mihi:

f Quid Paulus? & quid Apollo? homines per se viles & miserabiles, vt in eis sic gloriemini? Nihil sumus nisi ministri eius Christi in quem vnum nostra prædicatione vnanimiter omnes credidistis. g Atque hoc ipsum quod ministri dei sumus, nihil est aliud nisi dei donum, & vnicuique competit ministrorum, sicut à domino accepit. h Nam ego prima iaciens in vobis fidei semina, plantaui vos in Christo. i Apollo fratrem reliqui vobis, vt vos rigaret verbo prædicationis quæ ego seminaui ad fructum perdacens. k Deus autem est qui interius possit vitam & vigorem dare, vt quæ nostro ministerio sunt plātata, atque irrigata, eius virtute cre-

a Nos autē sensum Christi habemus.

TEXT. CAP. III.

a Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.

b Tanquam paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam.

c Nondum enim poteratis, sed nec nūc quidē potestis: adhuc enim carnales estis.

d Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis, & secundū hominem ambulatis?

e Cùm enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nōne carnales estis?

f Quid igitur est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis:

g & vnicuique sicut dedit dominus.

h Ego plantaui,

i Apollo rigauit,

k Deus autem incrementum dedit.

a Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

b Qui autem plantat & qui rigat, vnum sunt.

c Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

d Dei enim sumus adiutores

e dei agricultura estis, dei edificatio estis.

f Secundum gratiam dei quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superædificat.

g Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.

h Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

i Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ignium, scannum stipulam:

k Vnusquisque opus manifestum erit.

scerent atque adolescerent. a Ipse autem neque plantans neque rigans, per se est aliquid, sed vegetator & viuificator deus, totum est, quicquid est: b in quo insuper, & plantans & rigans vnum sunt, & à quo simul vtrique sui habent operationem ministerij. c Vnusquisque autem ministrorum, propriam accipiet remunerationem, iuxta suam industriam, laborem, atque diligentiam, iuxta quod fideliter creditum sibi ministerium adimpleuerit. d Nos enim deus sua dignatione velut cooperatores & adiutores assumpsit, in promouenda & procuranda, per nos cõuersione infidelium. e Vos estis ager, quem nos deo colimus, vos estis structura, quã nos ministri, deo ædificamus. f Ego quidem iuxta gratiam desuper acceptam, ut architectus præcipuus secundum sapiẽtiam dei, ieci in hoc ædificio bonum fundamentum veræ sinceræque & immaculatæ fidei. g Cæterum vnusquisque attēdat, quid malit superstruere h Nã de fundamēto nemo debet esse sollicitus, quoniam fidem nemo potest asserere, aut constituere, aliam à fide Iesu Christi supra quam ego vos ædificaui. De fundamēto ergo nolite dubitare, sed tantum de structura estote solliciti. i Quidam enim supra fundamentum ædificat aurum, argentum, & pretiosos lapides: qui videlicet opera bona, fidei suę adiciunt, nonnulli summa & perfectissima, alij mediocria, alij infima, bona tamen: quemadmodum sunt castitas virginalis, castitas vidualis, & debitus usus matrimonij. Alij verò superædificant lignum, scannum, & stipulam, quæ combustioni sunt apta: ij nimirum, qui fidei suæ qua in Christo fundati sunt, etiam si in charitate, tamē superaddunt peccata nonnulla venialia, quæ ignis esca (nisi hic purgentur) erunt in igne purgatorio: ea quæ vel maiori cõbustioni, & longiori destinata, vel breuiori: secundum quod grauiora illa sunt, vel leuiora, vel leuissima. k Quid au-

tem horū vnusquisque iā operetur, etiāsi nunc lateat suo tamē tēpore fiet manifestū. a Dies enim illa extrema, in qua dominus ad iudicium adueniet, manifestabit, & declarabit, quale fuerit vnus cuiusq; ædificiū: quia per ignē vnus cuiusq; opus reuelabitur, quale sit. Aurū enim, argētum, & lapides pretiosos, dū cōflagrare non poterit, declarabit ea bona esse: lignū autē, cōcōnū & stipulā, declarabit mala fuisse: quādo ea cōflagrabit & ardore suo puniet: b Cuius nūc opus ab igne pugnūtū non fuerit, nec per ignē purgatione dignū probatū sic erit hoc opus, & æternæ vitæ mercedē bonā recipiet. c Cuius verò opus inuentū fuerit, tanquā aliquid habēs admixtū malitiæ, ignis cōflagratione & purgatione opus habere: patietur ille quidē pœnam, donec in purgatorio quæ secum detulit cōflagrāda, purgata fuerint. d Ipse tamē, quia fundamentū non perdidit, in quo manet per charitatem fundatus, finaliter post purgationē salutem cōsequetur. e Sic tamen, quasi per ignem purgatoriū, ab iis quæ secū detulerat leuioribus peccatis expurgatus. Huiusmodi autem vltio si prior de leuioribus etiam peccatis exigeretur, de fornicatione quid æstimabimus? f Non ignoratis credo, quia spiritus dei quē accepistis credentes vos cōsecrauit in tēplum sanctū domino, & ipse inhabitat in vobis. g Qui autē ausus fuerit tēplum dei (id est, seipsum factū dei templū) fornicationis turpitudine vitare, quid existimatis consequi, nisi vt illum quoque abiciat & perdat deus? Sanctū enim & omni dignum reuerentia, existimari debet templū dei. h Atqui templum deo sanctificatum vos estis, quicūque spiritum sanctū credentes accepistis. i Nemo igitur se seducat vanis persuasionebus excusans excusationes in peccatis. Multo magis qui inter vos sapiēs habetur, humilitatis stultitiā induat, quo verē fiat sapiēs. k Quoniā quā mūdus reputat sapiētiā, deus stultitiā æstimat.

G iiii

a Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. & vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit.

b Si cuius opus manserit, quod super ædificauit, mercedem accipiet.

c Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.

d Ipse autem saluus erit:

e sic tamen quasi per ignem.

f Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis?

g Si quis autem tēplum dei violauerit, disperdet illum deus.

h Tēplum enim dei sanctum est, quod estis vos.

i Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiēs.

k Sapiētia enim huius mundi, stultitia est apud deum.

a Scriptū est enim: Comprehēdam sapientes in astut: i eorum.

b Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientiū, quoniam uana sunt.

c Nemo itaque glorietur in hominibus.

d Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue presentia, siue futura.

e Omnia enim uestra sunt,

f vos autem Christi,

g Christus autem Dei.

TEXT. CAP. IIII.

a sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei.

b Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.

a Scriptum est enim de hac sapientia: Cōdemnabo sapientes in stultitia sua & stultitiam eorum meo iudicio ego faciam manifestam.

b Rursum: dominus nouit uanas esse sapientium cogitationes.

c Itaque (ut continuando sermonem ingrediamur vnde digressimus) nemo glorietur in hominib⁹, imo nec in vlla creatura.

d Omnia enim, uobis à deo in ministerium salutis uestræ data sunt, & electis subseruiunt omnia, siue nos prædicatores & apostoli, Paulus, Cephas, Apollo, & cæteri, siue quæ in mundo sunt omnia, quæ homini constat seruire, quasi illi propter quem facta sunt, siue uita ista, in qua per opera uirtutum tēpus habemus promerendi, siue mors corporalis, quæ patienter tolerata perducit ad salutem, siue præsentia, quæ nobis à deo donantur, siue deo permitte obueniūt, siue futura: e omnia, inquam, uestro sunt ministerio deputata. & propter uos sunt omnia, atque ad uestram salutem sunt ordinata. Propter quod in nulla creatura uobis est gloriandum, cum in infirmioribus & subiectis uanū sit gloriari.

f Vos autem estis Christi, & ad illum quasi membra ad caput referimini: & ob hoc in ipso solo ut superiori & meliori, est uobis gloriandum, non in hominibus, quod uanum est: *g* quemadmodū Christus dei filius secundum humanitatem, non in seipso, sed in patre solo gloriabatur.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

Quemadmodum autem gloriari uobis non expedit in nobis, sic neque conuenit ut odiosè iudicetis nos qui sumus

ministri dei & uestri. *a* Sic nos habetote, o homines, quia intima iudicare non potestis ut ministros Christi, & mysteriorum eius distributores.

b Cæterum, quantum ad reliquum, inter dispensatores uidendum est, ipsique hoc uiderint, ut fideles inueniantur in credito sibi ministerio: uestrum tamen non est, illos stultè iu-

dicare. a Ego verò pro nihilo reputo, si aut à vobis aut ab vlllo humano iudicio iudicer: quoniam scio iudicium hoc humanum non esse certum, nec solidum. b Imò nec me ipsum sufficio iudicare, certo iudicio. Nam tametsi probabili persuasione, nullius mihi conscius sceleris, existimo, me iustum, tamen non hæc res me certo iustificat. c Dominus est solus, qui verum & infallibile de me iudicium iudicat. d Vos itaque nolite anteuertere tempus iudicij sed expectate diem illum, quo per aduentum domini illuminabuntur quæ erant in tenebris abscondita, & occulta cordium fient manifestata. e quando pro bono opere erit cuiusque laus à deo vera & solida, quâdo neminem coronabit laus falsa, nemo priuabitur laude debita. f *Que* autem in prioribus dixi de vana gloriatione in hominibus, idcirco sub nomine meo & fratris ac cooperatores mei Apollolo dixi, neminem ex pseudo apostolis designando, g vt sub nostris nominibus doceremus vos, in nullo hominum gloriandum, ne in ipsis quidem veris apostolis: multominus in falsis, qui secundum seculi tantum sapientiam prædicant, quibus tamen adherere vitæque, & in eis gloriari incipitis: vt discatis, in quâ, sub nostris nominibus quæ expressimus. h ne supra id quod scriptum est (id est, ne aliter quàm in domino) contentiosè & superbè agatis contra inuicem: alius pro suo præceptore cui adheret, alius pro alio. i Quis enim te, miser homo, discernit, ac iudicat? Nec tuum ergo est alios iudicare, vt hunc præferas, illum postponas, hunc laudes, illū vituperes. Quod si dicas, propter gratiam aliquam: vel donum quod in vno est, & non in alio, te hunc illi præferre: k Quid habet homo à seipso, quod à deo non acceperit? ac proinde, etiam si gratis aliqui emineant, non tamen in eis est gloriandum, nec ipsi debent in se gloriari, quasi ea quæ habent à nullo accepif-

a *Mihi autem pro minimo, est vt à vobis iudicer, aut ab humano dico:*

b *sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi concoscus sum: sed non in hoc iustificatus sum.*

c *Qui autem iudicat me dominus est.*

d *Itaque nolite ante tempus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium:*

e *& tunc laus erit vnicuique à deo.*

f *Hæc autem fratres, transfiguravi in me, & Apollolo propter vos, g vt in nobis discatis:*

h *ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio.*

i *Quis enim te discernit?*

k *Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

a *Iam saturati estis iam diuites facti estis, sine nobis regnatis,*

b *Et vti nam regnetis, vt et nos vobiscum regnemus.*

c *Puto enim, q. deus nos apostolos nouissimos ostendit, tãquam morti destinatos:*

d *quia spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus.*

e *Nos stulti, ppter Christum: vos autẽ prudentes in Christo. Nos infirmi, vos autẽ fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.*

f *Vsq; in hanc horã et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cedimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris.*

g *Maledicimur, et benedicimus: persecutionẽ patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus:*

h *Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema, vsque adhuc.*

sent, sed potius in domino, à quo primitus procedūt. a *Esto, iam vos saturati estis, ditati estis in omnibus, etiam in spiritualibus. Sine nobis iam perfecti estis, nihil vltra nobis opus habentes. Sic vos vobis persuadeatis. Ego autem non ad inuidiam hoc dico. b Imò vti nam regnetis in omni perfectione, quo vos mecū & ego vobiscum pariter regnemus. Ego quidem fateor, & libenter agnosco meam infirmitatem & vilitatem, quæ tam est aperta vt negare non possim. c Videre enim videor mihi, quòd deus nos apostolos abiectissimos dedit mundo, & velut morti destinauit: d quoniam eiusmodi facti sumus, in conuersatione ac passionibus Christi vt sint in nos intenti omnium oculi, & mundus vniuersus, & angeli, & homines, quasi spectaculum omnibus facti. Mundus enim, spectare gestit quasi stultos, magos, aut nouitatum annuntiatores. Angelis spectaculum facti sumus, dignæ admirationis & venerationis: hominibus bonis, in exemplum fidei & sanctæ conuersationis. e Cùm nos stulti reputemur, infirmi & ignobiles, propter Christum quem prædicamus crucifixum, vos interim gloriamini tanquam sapientes, tanquam fortes, tãquam nobiles. f Nos, ex quo Christum prædicare cœpimus, frequentissimè esurie affligimur, & siti, & nuditate, colaphis cædimur, habitationis nullum certum locum habentes, causa prædicandi euangelij circueimus vagabundi, & manibus nostris operamur. g Cùm malè nobis loquuntur homines, nos illis econtrario bona precamur. Cùm persecutionem patimur, nos sustinemus. Cùm conuicia nobis inferunt, nos molli obsecratione supplicamus, vt iram frangamus (si possimus) mansuetudine. Quid multa? h Tanquam id quod purgando abiici solet, velut nihilum facti sumus sicut quod abstergi solet ad emundandum quippiam, vsque in hanc horam etiam si nunc forsitan videam-*

mur facti gloriosiores, postquam ecclesiarum
 facti sumus apostoli. a Hanc autem passio-
 nem meam, non ad vestram confusionem scri-
 bo, quasi vobis exprobandis, quod tantum pro
 vestra salute perpetuar, b sed tanquam filios
 mihi charissimos commonefacio: vt discatis
 quanto vos affectu diligam, & ne vlla ratione
 a nostra eruditione vnquam recedatis, ad Pseu-
 do apostolos declinantes, qui pro vestra salute
 nec minimum quid vellent sustinere. c Nam
 & si decem millia instructorum post me vene-
 rint qui vos ad suum libitum instituant: solus
 tamen ego, patris nomen iure mihi seruo in
 vobis, d quoniam ego per semen incorrupti-
 bile sancti euangelij vos genui primus, cum
 nondum quicquam essetis in Christo. e Ro-
 go ergo vos o filij, estote imitatores patris ve-
 stri: vt qualis ego sum in omnibus prædictis,
 tales efficiamini & vos. Sicut & ego sum imi-
 tator Christi, qui fuit opprobrium & abiectio
 omnium. Vt autem cognoscatis exemplum con-
 uersationis meæ. f ecce mitto ad vos Timo-
 theum charissimum filium meum & fidelem
 in negotio dei adiutorem: ipse vobis edisseret
 conuersationem nostram, qua cõuersamur se-
 cundum exemplum Christi Iesu, iuxta for-
 mam secundum quam vbique in omni ecclesia
 doceo conuersandum. g Et quanquam hunc
 præmitto, veniam tamen breui (si dominus vo-
 luerit) & ego: & tunc experimētum sumam de
 quibusdam qui nunc me absente inflantur, do-
 centes & agentes non bona. h Examinabo
 autem, non illorum sermonem disertum, sed
 conuersationis virtutem. i Perfectio siqui-
 dem Christianæ vitæ non est in sermone, sed
 in bonæ conuersationis virtute. k Ecce eli-
 gite, in manu vestra est, vt veniam ad vos, vel
 in seueritate correptionis, vel in mansuetudi-
 ne lenitatis.

a Non vt confundā vos
hac scribo:

b sed vt filios meos cha-
rissimos moneo.

c Nam si decē millia pæ-
dagogorum habeatis in
Christo: sed nō multos pæ-
tres.

d Nam in Christo Iesu,
per euangeliū ego vos ge-
nui.

e Rogo autem vos, imita-
tores mei estote, sicut &
ego Christi.

f Ideo misi ad vos Timo-
theū, qui est fili⁹ meus cha-
rissimus, & fidelis in domi-
no: qui vos cõmonefaciat
vias meas, q̄ sunt in Chri-
sto Iesu, sicut vbique in
omni ecclesia doceo.

g Tanq̄ nō vêturus sim
ad vos, sic inflati sunt qui
dam. Veniā autē ad vos
citō, si dominus voluerit,
h & cognoscā, non ser-
monem eorum qui inflati
sunt, sed virtutem.

i Nō enim in sermone est
regnū dei, sed in virtute.

k Quid vultis? in virgā
veniā ad vos? an in chari-
tate & spiritu mansuetudi-
nis?

TEXT. CAP. V.

ELUCIDATIO CAP. V.

a Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.
b Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.

c Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatus vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu Christi,

d tradere huiusmodi hominem Satanæ, in interitum carni:

e ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

f Non est bona gloria vestra.

g Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

h Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi.

P^a Vblica fama & certa relatione audiui, talem inter vos commissam esse ac sustineri fornicationem, qualem vix gentes ferant, quæ deum ignorant. Nempè ut uxori quis iungatur patris sui, illique tanquam legitime commisceatur uxori. **b** Et vos interim in contentionibus vestris superbè agentes occupamini, & negligitis ad huius peccati expiationem intendere: ut pro peccato tanto tamque horribili scelere luctum vel publicum institueretis, illum verò facinoris authorem, à communis ecclesiæ consortio separaretis atque excluderetis. Et vos quidem illum inter vos sustinetis. **c** Ego verò quanquam corpore absens à vobis spiritu tamen mentis vobis inuigilans atque superintendens, & ita me adiungens, iam tuli, quàm & executioni quantotius dari volo, sententiam, debere vos cum meo spiritu in nomine domini nostri Iesu Christi congregatos, in virtute dei (quam constat ad esse ecclesiæ ritè in nomine domini congregatæ) **d** hunc hominè tradere Satanæ in carnis afflictionem, à vestra eum communionem secludendo, **e** quo spiritus saluus fiat in die iudicij extremi: quia sperandum est, hac pœna conuertendum illum ad pœnitentiam. **f** Non est bonum, quod vobis ista complacent: quod sanè videtur cum ante oculos vestros sine punitione sustinetis. **g** Constat enim modicam corruptionem facile totam massam, cui est commixta corruptio simul inficere. Et periculum est, ne super vniuersam vestram congregationem ira dei defœuiat, propter vnius hoc tam enorme facinus quod consentiendo sustinetur ab omnibus. **h** vos igitur vestram ecclesiam atque vos ipsos purgantes, eicite corruptionem peccati: ut sit vestra ecclesia vniuersa, velut noua & incorrupta, & immaculata massa, quemadmodum & esse debetis sine corruptionis fermento.

a Nam & Christus oblatuſ eſt nobis in agnum Paſchalem: b Qui cūm ſit ſine macula, noſ itaque conuenit gloriari & gaudere in eo, eūmque manducare & incorporare nobis, non per malitiam aut nequitiam, quæ ſunt fermentum vetuſ, ſed per ſynceritatem à peccatis, & veritatem vitæ, quæ ſunt azyma, id eſt, ſine fermento corruptionis. c Scripſi vobis aliàs per epistolam ne commiſceamini fornicariis. d Hoc vtique non ſic intelligendum, neque ſic erat accipiendum quaſi voluerim vobis interdiceret conſuetudinem cum quibuſcuque fornicariis, auaris, idololatris aut rapacibus huius mundi, etiam qui ſunt ſine fide Chriſti: e ſic enim omnium hominum, penè conuerſationem deberetis fugere, & ſolum intra eccleſiam deliteſcere, quoniam munduſ hiſce plenuſ eſt. f Nunc autem declaro vobis, hanc fuiſſe meam ſententiam atque ordinationem: g vt ſi quis inter voſ, nomine ac profeſſionis titulo Chriſtianuſ: aut fornicator ſit, aut auaruſ, aut idolis ſeruiens, aut ad maledicta promptuſ, aut rapax, & talis comprobetur & habeatur, ſic eum à veſtro ſeparetis conſortio, communi iudicio, vt nec cibum vna cum eo ſimul velitis capere, quo ſic cōfuſuſ reſipiſcat. h De hiſ autem qui ſunt huius mundi & extra eccleſiam, qualeſcuque tandem fuerint, mea quid refert iudicare, vt eorū vobis interdiciam conſortium? i Certè de hiſ qui intra eccleſiam ſunt, voſ iudicare debetis, delinquētes puniendo. k Qui autem extra eccleſiam ſunt, licet noſtrum effugiant iudiciuſ, deuſ tamen illoſ iudicabit ſecunduſ opera ſua. l Voſ autem videritſ, vt malum illum qui in vobis eſt & malitiam illam iam exortam, quam totiuſ tollatiſ ex medio veſtrū: ipſam quidem malitiam rigidè puniendo, mali verò authorem à veſtro conſortio excluſendo.

a Etenim Paſcha noſtrū immolatuſ eſt Chriſtuſ.

b Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiaſ, ſed in azymuſ ſynceritatiſ, & veritatiſ.

c Scripſi vobis in epistolam ne commiſceamini fornicariis.

d Non vtique fornicariis huiuſ mundi, aut auariſ, aut rapacibuſ, aut idolis ſeruentibuſ.

e Alioquin debueratiſ de hoc mundo exiſſe.

f Nunc autem ſcripſi vobis non commiſcere.

g Si iſ qui frater nominatur inter voſ, eſt fornicator, aut auaruſ, aut idolis ſeruiens, aut maledicuſ, aut ebriofuſ, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibū ſumere.

h Quid enim mihi, de hiſ qui foriſ ſunt iudicare?

i Nonne de hiſ qui intuſ ſunt voſ iudicatiſ?

k Nam eoſ qui foriſ ſunt Deuſ iudicabit.

l Auſerte malum ex voſiſiſ.

TEXT. CAP. VI.

a *Audet aliquis vestrum habere negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?*
 b *An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt?*

e *Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis?*
 d *Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? quando magis secularia?*
 e *Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.*

f *Ad verecundiam vestram dico.*

g *Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum?*
 h *Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles.*

i *Iam quidem, omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.*

k *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?*

l *Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.*

ELUCIDATIO CAP. VI.

E^a *T* illud omni est reprehensione dignum quod iudicia secularia acceditis in vestris causis, quas adinuicem habetis, & iudicium petitis ab infidelibus: cum potius deberetis apud Christianos, vestras agere causas. **b** Scitote verò quoniam qui nunc sunt humiles Christiani, in nouissimo die de hoc mundo iudicabunt cum Christo, eius subscribentes sententia. **c** Quod si sufficientes erunt sancti ad iudicandum mundum, utique & digni sunt & sufficientes, iudicare hæc minima negotia vestra. **d** Imò & angelos malos, nos iudicabimus: quanto magis secularia negotia iudicare sufficimus quæ tantum circa pecuniam, aut possessiones, aut alia sunt huiusmodi? **e** Igitur si contingat vos seculares habere causas, iudicio terminandas, ego puto vel eos qui sunt in ecclesia contemptibiliores ac inferioris ordinis sufficere, ut ipsi vestras (si quæ occurrerint) actiones iudicio terminent. Nam non est æquum, maioris gradus Christianos pecuniariis litibus audiendis vacare. **f** Sic loquor contemptibiliter, ut confundamini propter hunc abusum. **g** Quasi verò non sit inter vos nec vnus sapiens, qui sufficiat causæ terminandæ, quæ occurrerit, inter fratrem & fratrem. **h** Christiani verò, qui ut fratres adinuicem debent in pace viuere, se inuicem ad iudicia prouocant & iudicio contendunt: Atque id quidem (quod grauius est) apud infideles iudices. **i** Sanè vel hoc solum culpa, non vacat, & ex vestra est imperfectione, atque à malo est: quòd litigiosas actiones, homines Christiani, habetis adinuicem, pro rebus perituris, cõsultente Christo, pallium debere dimitti, volenti tunicam auferre. **k** Prestaret enim iniuriam ferre sine defensione iuris, aut etiam fraudem perpeti sine defensione, tali potissimum ex qua scandalum oriri potest, apud iudices infideles. **l** Nunc autem, non

solùm non sustinetis fraudem & iniuriam: sed ipsi etiã iniuriã & fraudem facitis, quòdque est grauiissimũ, etiã fratribus, id est, Christianis pro quibus etiã animam ponere deberetis. a Non attéditis, quòd iniqui regnum dei non possidebũt hæreditate? Nolite errare stultis seducti persuasionibus. b Scimus enim: nullum fornicarium, idololatrã, adulterũ, mollem, masculorũ cõcubitorẽ, furẽ, auarũ, ebriosum maledictorẽ, aut violẽtum raptorem, regnũ cælestẽ possessurũ. c Huiusmodi autẽ, & si fuistis olim, nũc tamẽ illa vobis non sunt iterãda: quia baptismo abluti estis, sanctificati estis, per peccatorũ remissionẽ, & per fidei gratiã iustificationẽ cõsequuti, in nomine domini nostri Iesu Christi, in quo baptizati estis, & in quẽ credidistis, & per spiritũ sanctũ quẽ à deo credẽtes accepistis. Quod autẽ dixi (nõ esse in iudicio causas agẽdas, pro tẽporalibus rebus) licet forsan res per se omnino illicita non sit, tamẽ propter scãdalum vitãdum, & offensionem cauẽdam, nullo modo expedit. Nec enim quæcũque licẽt, semper expediũt. d Mihi sanẽ licẽt plurima, id est, omnia quæ iure aut lege prohibita non sunt. Aut verò non omnia item expediũt, vt licent, quemadmodum licitum est & mihi sumptus accipere, & quibuslibet vesci, & alia multa facere: quibus tamen licitis vti non expedit, propter scandalum vitandum aut fructum euangelij non impediendum, aut alia quauis de causã. e Omnia, inquam, eiusmodi mihi non sunt per se illicita: Ego verò magis puto expediens, à multis etiã licitis abstinere, vt me nulli subiiciam, in quẽ mea libertate permaneam. quæ non ita mihi esset integra, si stipendia à vobis acciperem, aut vestris sumptibus viuerem, quæ tamen per se mihi sunt licita. f Esca ventri est deputata, vt in eo custodiatur, ad decoctionem & corporis mutationẽ, & vëter sic escis deputatus est: deus verò &

a *An nescitis, quia iniqui regnum dei nõ possidebunt? Nolite errare.*
 b *Neq; fornicarij, neque idolis seruiẽtes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.*

c *Et hæc aliquando quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostris.*

d *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

e *Omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate.*

f *Esca ventri & venter escis: Deus autem & hũc & hanc destruet:*

escam destruet, & ventrem: quoniam & esca corrumpitur in substantia: & venter licet resurget, tamen deperibit à suo, quod nūc habet ad escas, officio, & neutrum horum deus ad immortalitatem seruare disponit. Propter quod parui pēdenda est cura ventris, & non tanti faciendus est, neque cibus neque venter quia quantum ad ventrem & escam, multa expediat omittere quæ alioqui sunt per se licita. Nemo verò existimet, quomodo venter escis deputatur, sic corpus fornicationi item esse destinatum.

a Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori:

b Deus verò & dominus suscitauit, & nos suscitabit per virtutē suam.

c Nescitis quia corpora vestra mēbra sunt Christi?

d Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit.

e An nescitis, quoniam qui adharet meretrici, vnum corpus efficitur?

f Erūt enim, inquit, duo in carne vna.

g Qui autem adharet domino vnus spiritus est.

h Fugite fornicationem.

i Omne enim peccatum, quodcūque fecerit homo extra corpus est, qui autē

destinatum, sed domino: & dominus corpori vult dominus esse, quod ad immortalitatem & gloriam resuscitare disponit, & in quo habitare vult: modò per gratiā & postmodum per gloriam. b Et sicut dominum Iesum deus tertia die suscitauit à mortuis, sic & nostra corpora per virtutem suam opportuno tempore resuscitabit. Quum igitur sic deus, immortalitatis & resurrectionis honore, nostra corpora dignetur, non debemus ea nos fornicatione inhonorare. c Mirū quod non attenditis corpora vestra adeò digna esse vt sint membra Christi.

d Vos ipsi iudicate si non res indignissima sit, membra Christi ab ipso auellere, & fœdissimæ meretrici inserere. e Sciendum verò, quod is qui meretrici copulatur, in vnum corpus cum ea quodammodo conglutinatur: quæ conglutinatio, per corporum sit commixtionem. f sicut in Genesi de legitima copulatione legitur, quòd vir & mulier (quantum ad actum commixtionis illius) sunt quasi duo in carne vna.

g Quo contra, qui deo se per amorem adiungit, vnum cum deo in spiritu efficitur, vt sint vnum spiritus diuinus & spiritus humanus.

h Fugite dico, modis omnibus fœdissimum illud fornicationis vitium vel ob solam ipsius fœdissimam fœditatem. i Cætera enim peccata, corpus non maculant, sed animam tatum etiam

etiã si per corpus fiant. Fornicatio verò, corpus ipsum fœdissima fœditate immūdans miserè atque sensibilibiter commaculat. a Attēdite quærso, & intelligite, quoniam corpora vestra spiritus sanctus sibi in templum, totique Trinitati consecrauit: quem spiritum pro magno munere habetis à deo & non estis vestri, vt vobis liceat vestris membris pro libito abuti. b Pretio enim magno valde (id est, sanguine Christi) redempti estis è manibus diaboli, ad seruitutem dei, c propter quod, necesse est vt deum, qui vos emit, portetis atque glorificetis, etiã in corpore vestro.

ELUCIDATIO CAP. VII.

P^a Ost hæc respondendum est, ad ea de quibus per literas me interrogastis. b Principio, quantum ad ea quæ de matrimonialibus requisistis, ita definitio, bonum esse viro, si possit omnino à muliere abstinere. c Ob euitandum tamen fornicationis periculum, non hoc præcipitur sed tanquam licitum, permittitur vnicuique viro sibi propriam habere mulierem iuctam matrimonio: d & cuilibet mulieri, permissum sit habere proprium maritum: vt per sacramentum matrimonij, sit remedium aduersus fornicationē. e Teneatur vxor debitum reddere viro, & nihilominus vir mulieri: si conuenienter & rationabiliter postuletur. f Mulier enim suum corpus tradidit in potestate viri, per matrimonialē cōsensum: g & vir corpus suum subiecit potestati mulieris (quantum ad actum hunc matrimonialē, in quo pares sunt ambo) sic vt altero alterum requirente rationabiliter, non liceat negare corporis vsum. h Nolite inuicē subtrahere fraudulenter debitum: nisi id ex communi fiat vtriusque cōsensu, ad tempus communiter constitutum, vt possitis diligentius orationi insistere. i Post quod tamen tempus transactum rursus erit in vnum conueniendū sicuti prius,

fornicatur, in corpore suū peccat.

a *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo, & nō estis vestri?*

b *Empti enim estis pretio magno.*

c *Glorificate & portate deū in corpore vestro.*

TEXT. CAP. VII.

a *De quibus autem scripsistis mihi:*

b *Bonum est homini mulierem non tangere.*

c *Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat:*

d *& vnaquæque suum virum habeat.*

e *Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro.*

f *Mulier sui corporis potestatem nō habet, sed vir:*

g *similiter autem & vir sui corporis potestatem nō habet, sed mulier.*

h *Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tēpus, vt vacetis orationi:*

i *& iterum reuertimini in idipsum, ne tenet vos satanas propter incontinentiam vestram.*

a Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

b Volo autem vos omnes esse sicut meipsum.

c Sed unusquisque proprium donum habet ex deo: alius quidem sic, alius verò sic.

d Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego.

e Quòd si se non continent, nubant.

f Melius est enim nubere, quàm vri.

g His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere.

h Quòd si discesserit, manere innupta, aut viro suo reconciliari.

i Et vir vxorem non dimittat.

k Nam cæteris dico ego, non dominus.

l Si quis frater vxorẽ habet infidelẽ, & hæc cõsentit habitare cum illo, non dimittat illam.

propter infirmæ carnis incontinentiam: ne forte in tentationem vos inducat Satanas. a Non hoc dico, quasi imperas vobis, sed quasi indulgens (nempe, vt reuertantur coniuges in idipsum, & vt quisque suam vxorem habeat, & vnaquæque virum suum.) b Optarem autem magis, omnes eiusmodi esse qualis sum ego, id est, sine coniugis consortio, c sed dei voluntas alij donat maius, alij minus donum: vt sit huius donum castitas virginalis, alterius vidualis, alterius matrimonialis. d Singulariter autem, iis qui nondum sunt matrimonio iuncti, & viduis, dico consultum esse si sic vt sunt permanserint sine coniuge: quemadmodum & ego, sine coniugis consortio permaneo. e At si timeant se non posse continenter viuere, licitè possunt inire matrimonium. f Præstat siquidem matrimonio iungi, quàm concupiscentiæ ardoribus libidinosè ad lapsum agitari: eisque superari. g Cæterum, illis qui iam matrimonio sunt iuncti præcipio non ex me, sed ex præcepto domini, ne vxor à viro discedat, excepta fornicationis causa. h Quòd si eam contigerit iusta causa discedere, non possit tamen priore viuente alteri nubere, sed maneat vt est: sèque contineat aut si continere non potest, potius reuertatur ad virum priorem. i Neque magis liceat viro, vxorẽ deserere. In his enim pares sunt ambo cõiuges. Atque hæc dicta sint eis, quorum vterque fidelis existit. Nunc autem de illis loquimur, qui pariter in infidelitate contraxerunt matrimonium, sed postea conuerso altero ad fidem Christi alter manet infidelis. k Ceteris ergo huiusmodi sic ordino, non quidem ex domini præcepto, sed ex meo consilio: vt si quis non ita faciat, non tamen ob hoc peccauerit. l Ego tamen vt vtilius cõsulo: si Christianus aliquis ad fidem Christi in matrimonio cõuersus, vxorẽ habeat permanetem infidelem quæ velit cum eo pacificè absque iniuria nomi-

nis Christi permanere, vt illam nõ deserat, pre-
 textu Christianissimi. a Similiter & mulier si
 conuertatur viro non cõuerso, & ille cõsentiat
 pacificè sine iniuria Christiani nominis, cum
 illa permanere vt ante, nec ipsa deserat virum
 suum, Christianitatis pre-textu. b Vincit enim
 sanctitas viri fidelis, immunditiam mulieris in-
 fidelis, vt huic nihil nocere valeat illius immu-
 ditia: & vincit similiter mulieris fidelis eiusque
 fidei sanctitas, viri sui infidelis inmunditiam:
 ita vt per suam fidem, ex illius copula nihil
 queat maculari. c Alioqui enim si sic passim
 inuicem deseritis, cõperitisque vrgētibus con-
 cupiscētiæ stimulis aliis commisceri, periculum
 est ne immūdos & spurios illegitimōsque pro-
 creetis filios, quos nunc in legitimo coniugio
 mundos & legitimos, recipitis. d Si verò con-
 iugum alter in fidelis, malitia sua ob fidem con-
 iugis fidelis scandalizatus, voluerit discedere:
 habeat sibi. Non enim sic subiectus est Chri-
 stianus seruituti, in eiusmodi rebus. e Cùm ad
 pacem deus suos Christianos vocauerit: ita vt
 nihil necesse habeat fidelis, seruiliter sectari
 malitiosè discendentem, & cum ea in perpetua
 dissentione viuere. Quanquam autem, quod
 supra dixi, non vt præceptum domini dedi: ta-
 men vt vehementer vtilē, consulo. f Nescit
 enim mulier, si fortè virum aliquādo deus ve-
 lit per eam saluare, & fortè deus per virum dis-
 sponit mulierem lucrari, eamque per illum ad
 suam fidem cõuertere, propter quod non con-
 sulo inuicem sine causā dimittere, prætextu
 Christianitatis: sed magis simul permanere, ad
 inuicem lucrandum. g Hoc tantū, vt vnus-
 quisque sic agat, sicut illi dominus dederit.
 h In quo statu deus vnumquenque vocauit, in
 eo ipse bene conuersetur: quod vbique ego
 prædico in omnibus ecclesiis. i Exempli gra-
 tia: in circuncisione eras cū te vocauit deus,
 non sit tibi curæ adducere ritus Gentiles:

H ù

a *Et si qua mulier fidelis
 habet virū infidelē, & hic
 consentit habitare cū illa,
 non dimittat virum.*

b *Sanctificatus est enim
 vir infidelis, per mulierē
 fidelē: & sanctificata est
 mulier infidelis per virū
 fidelem.*

c *Alioqui filij vestri im-
 mundi essent:*

nunc autem sancti sunt.
 d *Quod si infidelis disce-
 dit, discedat. Nō enim ser-
 uituti subiectus est frater,
 vel soror in huiusmodi.*

e *In pace autem vocauit
 nos deus.*

f *Vnde enim scis mulier
 si virum saluum facies?
 aut vnde scis vir si mulie-
 rem saluam facies?*

g *Nisi vnicuique sicut dī
 uisit dominus.*

h *Vnumquēq; sicut vo-
 cavit deus, ita ambulet:
 & sicut in omnibus eccle-
 sis doceo.*

a In præputio autem aliquis vocatus est, non circumcidatur.

b Circūcisio nihil est, & præputiū nihil est: sed obseruatio mādatorum dei.

c Vnusquisq; in qua uocatione vocatus est, in ea permaneat.

d Seruus vocatus es: non sit tibi cura: sed & si potes fieri liber, magis utere.

e qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini.

f Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.

g Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.

h Vnusquisq; ergo in quo vocatus est frater in hoc permaneat apud deum.

i De virginibus autem, præceptum domini nō habeo:

k Consilium autem do, tanquam misericordiam consequutus à domino, ut sim fidelis.

a in Gētilitate vocatus es non sit tibi cura: superinducere obseruantias legales. b Ad salutem enim, nihil valet circumcisum esse, aut esse incircuncisum, secundum carnem: sed obseruare mandata dei, id solum est quod saluare homines potest.

c Quicumque in bono aliquo statu & licito, ad fidem Christi vocatus es, non sis anxius pro status commutatione, quasi in illo salutem consequi non possis. In omni enim statu honesto & bono, deo placere non possumus. d Exempli gratia: si seruus es qui vocaris ad fidem, non sis pro seruitute anxius. Veruntamen si potes & offeratur occasio, tum magis uti libertate fuerit consulendum. Non debet, inquam, seruus esse anxius ob suam conditionem, quoniam in deo æquales sunt seruus & dominus.

e Nam seruus conditione, factus fidelis: licet hominis seruus, tamen domini libertus est, coram deo à peccatis, & per deum è manu diaboli, liberatus.

f Similiter & ille qui liber erat antequam vocaretur ad fidem, factus fidelis, quanquam nulli sit hominum seruus, tamen Christi se debet seruum agnoscere: ita ut omnibus ex æquo Christianis: hoc sit commune, quod serui sunt dei & Christi.

g Pretio siquidem empti sanguinis filij dei, non debetis vltra seruire hominibus, nisi in domino: sic ut illum semper, qui vos sanguine suo emitt, tanquam præcipuum & primum dominum habeatis, cui seruiatis propter seipsum.

h Iterum ergo dico: vnusquisque Christianus, in aliqua vocatus conditione licita atque honesta, in qua deo seruire possit, sine anxietate in ea permaneat, confidenter coram deo conuersando, qui nullum statum despicit.

i Caterum de virginitatis obseruantia, præceptum à domino nullum habeo.

k Quid tamen mihi super hac re videatur, postulatus consilium dabo, secundum veritatem: tanquam iis qui à domino sum misericordiam consequutus, ut in meo ministerio

tantò essem fidelior, quātò fueram ex me tanta vocatione indignus. a Tanquam fidelis ergo apostolus, iudico bonam esse virginitatis obseruatiam, propter multimodam quæ in matrimoniali statu occurrit, necessitatē: per quam à diuinis rebus, impediuntur, qui viuunt in matrimonio: propter quod ego iudico bonum esse homini, sic permanere in virginitate. b Si per matrimonij vinculum vxori es alligatus, bonum statum tenes, noli frustra laborare, vt ab illo vinculo absoluaris. c Si verò ab vxoris vinculo liber existis, consulo vt ab vxore abstineas. d Qui autem vxorem acceperit, peccatum nullū facit: & quæ viro nupserit, non peccat. e Sciant tamen, secundum carnis necessitatem multas sibi instare afflictiones & labores quibus à diuina & perfecta seruitute impediantur. f Quibus autem placet, tanquam rem licitā (quā minus bonam) permitto matrimonium, secundum indulgentiam, eo quòd minus bonum est, cōtentus, non summum exigens. g Hoc tantū omnes admoneo: quum tempus huius vitæ momētaneum sit, illud nobis est videndum: vt qui vxores habent, sint quasi non habentes, domino magis quā illis per amorem adherentes, h & qui ob necessitates varias lugent, sint quasi non lugentes, æquo animo ferentes quæ vel matrimonij casibus, vel aliis vñdecunque obtingunt. i & qui vel ex coniugij fœlicitate, aut alia quauis prosperitate gaudent tanquam non gaudētes sint: k & qui thesaurizant filiis suis, sint quasi non possidentes: & qui cogunt vt hoc mundo causa victus conquirendi, tanquam non vtentes. In omnibus, inquam, his non apponant cor rebus momentaneis, neque nimio affectu inhaereant vlli creaturæ. l Est enim caduca & transitoria huius seculi figura, id est, status omnis & dispositio. m Ego autem quod consulendo virginitatem præfero ob hoc facio, quia cupio

a *Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem:*

quonia bonum est sic esse.

b *Alligatus es vxori, noli querere solutionem.*

c *Solutus es ab vxore, noli querere vxorem.*

d *Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, nō peccauit.*

e *Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.*

f *Ego autē vobis parco:*

g *Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint.*

h *& qui sent tanquam non sentes:*

i *& qui gaudent tanquam non gaudentes:*

k *& qui emunt, tãquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.*

l *Præterit enim figura huius mundi.*

m *Volo autem vos sine fœlicitudine esse.*

a Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat deo.

b Qui autē cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori:

c & diuisus est.

d Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu.

e Quæ autē nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

f Porro hoc ad vtilitatē vestram dico, non vt laqueum vobis iniciam:

g sed ad id quod honestū est, & quod facultatē præbeat sine impedimēto dominum obsecrandi.

h Si quis autem turpe se videri existimat super virgine sua, quod sit super adulta, & ita oportet fieri, quod vult, faciat: non peccat, si nubat.

vos esse sine anxia sollicitudine pro rebus istis mox perituris & momentaneis, quæ à dei seruitute miris modis hominē detrahunt. *a* Qui sine vxore est, vnā habet curā, vt placeat deo, neque est ei amplius considerandum nisi quomodo in omnibus suis quæ agit operibus, placitam deo seruitutem exhibere possit. *b* Qui autem vxorem habet, aliquam necesse est sollicitudinem temporalibus rebus impertiat: vt ea conquirit quibus vxorem alat cum liberis: partim etiam considerare debet, quomodo vxori placeat & satisfaciat. *c* Atque hoc pacto dum variis intendere cogitur, in diuersā distrahitur, ne vni possit vacare domino. *d* Itidem mulier innupta, atque virgo hoc solum curare potest, quomodo placeat domino vt sit tam corpore quam spiritu immaculata, atque perfecta in operibus bonis: *e* Cū nupta, interim necesse habeat cogitare, de temporalibus rebus, quomodo videlicet familiam gubernet, & quæ illi sunt à viro commissio custodiat, & deinde etiam quomodo viro suo placeat, ne vllum vel odium vel irā incauta incurrat. *f* Porro quod vobis suadeo virginitatem præferens, propter vestram vtilitatē facio, vt expeditius atque liberius deo seruire valeatis. Non vt vos in dānationis periculum coniciam: quod facerem si etiam non valentibus continere præceptum virginitatis imponerē, *g* sed velut inuitando eos qui continere se valent, & volunt, ad honestiorem viuendi conditionem: in qua etiam sit maior opportunitas, sine impedimento aliquo domino iugiter vacandi, & ipsū obsecrādi. *h* Si quis autem pater, sibi reputat turpe illud de virgine sua, quod eam iam diu adultam nōdum nuptui tradiderit, & annos iam nubile penē egressam virginē teneat, & sibi videatur ita oportere fieri vt nuptui detur, licitum est illi quod velit facere, non peccat, si eam cum suo consensu nuptui tradat. Melius tamē faceret, si eam in vir-

ginitate seruaret. a Nam qui habet in sua potestate vel tradere vel non tradere, nulla compulfus neceffitate, b & hoc decreuit firmo proposito cordis fui feruare fuã virginem, propter eas quas fupra diximus rationes, indubiẽ melius facit, non folũ non peccat, femper tamen virginis confenfũ præfupposito. c Igitur & qui per matrimonium virginẽ, propter fuam viro iungit, rem facit licitam: & qui non iungit propter virginitatis amorẽ melius facit. Quem admodũ autem de virginitate diximus, iplã præferẽdo, fic tamen vt matrimonium tãquam licitum permitteremus. d Sic & de fecundis nuptiis fimiliter dicimus, quod mulier alligata eft legi viri, quandiu viuit ipfe: ita vt eo viuẽte, alij nubere non poffit. Ipfo autem moriente, fit libera ab obligatione illa, vt poffit fine peccato alij nubere, & ideo licitum eft illi nubere cui volet. Tãtũ hoc curet, vt ad gloriam domini nubat. e Ego autem perfectiorem hac in parte, & melius agere reputauero, fi in fua viduitate abfque nuptiarum iteratione permanferit, fecundum meũ confilium. f Ne quis verò meum confilium paruipendat, aut pro nihilo eſtinet: etiam ego ſpiritum domini habere me puto, qui eſt ſpiritus confilij: fecundum quem, iſta me fideliter puto confulere.

ELVCIDATIO CAP. VIII.

Quãtũ verò ad ea quæ idolis imolantur, iam ſcimus omnes, quomodo licitum fit ea (quantum eſt ex ciborum natura) manducare: quoniam omnes iam per fidem edocti, huius rei habemus cognitionem atque ſciẽtiã. Verũ funt nõnulli, quibus ſola ipſa ſine charitate ſciẽtia, occaſionem præbet ſuperbiendi, vt intumeſcant & inflentur in ſemetiſſis, deſpicientes in firmorum ſcãdala, & ſua ſciẽtia, abutentes, in ſcandalum infirmorũ. b Sciẽtia enim ſola ſi in ſtationis eſt occaſio: c charitas verò ipſa eſt, quæ & ſibi ꝑficat in

H iij

a Nam qui ſtatuit in cor de ſuo firmus, non habens neceſſitate, poteſtate autẽ habens ſuæ voluntatis:

b & hoc iudicauit in corde ſuo feruare virginem ſuam, bene facit.

c Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit.

d Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt a lege. Cui autẽ vult, nubat, tantum in domino.

e Beatior autẽ erit, ſi ſic permãſerit, ſecundũ meũ confilium.

f Puto autem quod & ego ſpiritũ dei habeam.

TEXT. CAP. VIII.

a De his autẽ quæ idolis ſacrificantur, ſcimus quod omnes ſciẽtiã habemus.

b Scientia inflat, charitas verò adificat.

a Si quis autem se existimat scire aliquid, nōdum cognouit, quemadmodū oporteat eū scire.

b Si quis autē diligit deū, hic cognitus est ab eo.

c De scis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo & quod nullus est deus nisi vnus.

d Nam & si sunt qui dicuntur dij, siue in caelo, siue in terra: siquidem sunt dij multi, & domini multi.

e Nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo:

f & vnus dominus Iesus Christus per quē omnia, & nos per ipsum:

g Sed non in omnibus est scientia:

h Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothyrum manducant,

i & conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur.

salutem, & aliis in ædificationē, & huic si coniuncta fuerit sciētia, erit non inutilis. *a* Si quis autem nimium sibi tribuens, sibi sapiēs videatur, sic vt ex hac arrogantia ad infirmiores nolit attendere: nondum ille verum tenet sciendi modum qui est in hoc, vt per scientiam prōsis quibus poteris, nemini autem nocumētum inferas. *b* Qui verō charitatem & dilectionem dei habet (propter quod sibi cauet, vt nemini oblit per sciētia, & prosit proximis) hic à deo approbatus est, & in huius sciētia complacitum est illi. *c* Quantum igitur ad ea spectat, quae sunt immolata idolis, primum illud certum habemus, in mundo idolum nullum esse tale cuiusmodi existimatur, diuinitatem habens & vnicum esse verum deum. *d* Quanquam enim secūdum nominationem atque appellationem, plures dij nominantur, siue in caelo sursum, siue in terra deorsum. Siquidem sic secundum nominationem atque existimationem, sunt dij multi, & domini multi, vnaquaque gente pro suo ritu, suos deos & deas designante & nominante. *e* Nos tamen credimus vnum esse verum deum, secundum naturam atque substantiam, qui est pater, ex quo originaliter procedunt omnia creata, in quo & nos subsistimus: *f* & in vnum dominum Iesum Christum, per quem fecit pater omnia, & per ipsum nos quoque fideles, regenerati sum⁹, cuius est vna cum patre diuinitas. *g* Sed nō omnes, nec nisi perfectiores, hanc apprehendunt perfectam sapientiam: *h* Imo quidam adhuc retinentes pristinae conscientiae, aliquid erga idolum, existimantes aliquid numinis inesse idolo, etiam post conuersionem ad fidem Christi, manducant (erronea suadente cōscientia) idolothyta, in idolorum venerationem aliquam, *i* & conscientia ipsorum contaminatur: non quidem ex ipso cibo, sed propter suae infidelitatis (quam aliqua ex parte adhuc retinent) infirmitatem:

quoniam ad venerationem, vel propter timorem idoli manducant, tãquam si aliquid ineffe credant diuinitatis aut numinis, idolis: In quo errore confirmantur amplius, cum eos vident qui scientiam habent, idolothyta manducare, putantes eos ad idolorum venerationem id agere. a *Esca autem nos deo acceptiores non facit, atque ita spiritualiter homini esca manducata per se non proficit.* b *Neque si manducaueris, ob hoc abundantior eris, aut efficiaris ditior. Neque si non manducaueris eiusmodi idolothyta: ob hoc vel deficies, vel pauperior fies, atque ita, nec corporaliter eiusmodi idolothytorum manducatio, quicquam proficit.*

c *Vos autem videritis qui cum scandalo infirmorum manducatis, si non forte licentia ista vestra, & ea qua abutimini potestas, infirmis fiat in offensionem, atque ita proximo nocumẽtũ inferat, cum vobis nil proficiat.* d *Nam si infirmior, quispiam viderit scientia pollentem, in templis idolorum mensis accumbere, & de idolothytis cum infidelibus manducare: indubie conscientia eius incitabitur amplius, huius exemplo ad manducandum idolothyta, cum sit homo ille in fide adhuc imperfectus: & confirmabitur ipse in sua erronea conscientia existimans illum ad idolorum culturam hoc agere: e atque hoc pacto, per tuæ conscientia libertatem non bonã, peribit infirmior Christianus, propter quem Christus etiam mori dignatus est. f *Neque dubium est, dum sic peccatis in fratres, lædendo conscientiam eorum infirmam, in Christum redũdare peccatum vestrum, qui sibi factum reputat, quicquid eius membris, licet infirmioribus factum fuerit.**

g *Quapropter si esca scãdalizat fratrem, quam mãduco: malo in æternum nõ gustare carnem, vel aliam quamlibet gratisimam escam prorsus abũcere, potius quam fratri meo vllam præbere scandali occasionem.*

a *Esca autem nos non cõmendat deo.*

b *Neque enim si manducauerimus abundabimus. Neque si non manducauerimus, deficiemus.*

c *Videte autem, ne forte hæc licentia vestra, offendiculi si fiat infirmis.*

d *Si enim quis viderit eũ qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nõne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolothyta.*

e *Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est?*

f *Sic autem peccantes in fratres: Et percutiẽtes cõscientiam eorum infirmã in Christo peccatis.*

g *Quapropter si esca scãdalizat fratrem meũ, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.*

Ecce ego ipse à multis abstinco propter scandalum euitandum infirmorum, quorum tamen habeo potestatem: vt merito debeatis meo exemplo, hac in parte edoceri.

a Non sum liber? Non sum Apostolus?

a Sum enim verè Christi apostolus, & liber, vt cæteri potestatem habens tanquã Christi apostolus accipere stipèdia à discipulis, nec minus subiectus ad ministrandum sine sumptibus, quàm cæteri. Ita vt mihi liceat, quicquid illis licet: **b** Et (si quis requirit) vidi etiam ego Christum dominum, vt cæteri: **c** Ipsi quoque vos, opus meum estis in domino: quoniam ego vos per euangelium in Christo, mea prædicatione genui. **d** Vnde & si aliorum (nempe Iudæorum) non debeam dici apostolus, quibus me deus apostolum & prædicatorem non destinauit: vos tamen negare non potestis, quin vester sim (hoc est Gentium) apostolus. **e** Nam vos estis velut signaculũ confirmatiuum mei apostolatus, in domino. Vestra enim ad deum conuersione (quæ per mei apostolatus ministerium effecta est) nostri apostolatus confirmatur officium, & veritas certificatur. **f** Et si me quis interroget, addubitans de meo apostolatu, num verè apostolus sim hesitans: per vos ego coram sic dubitatibus me defendo: vobisque demonstratis sic interrogantibus satisfacio. **g** Cùm igitur veri simus Christi apostoli, per omnia liberi, vt sunt cæteri: cur non habeamus, etiam nos potestatem māducandi & bibēdi, de sumptibus vestris? **h** Cur non liceat nobis Christianam aliquam matronam in nostro comitatu circūducere: ad subministrādum nobis necessaria, quemadmodũ cæteri faciunt apostoli? Ipsi etiam qui sunt inter illos primi fratres domini Iacobus, & Ioānes: imò & Petrus, apostolorum caput ac princeps. **i** Quæ ratione nobis solis, id est, mihi & Barnabæ locio peregrinationis meæ non licebit hoc agere, quod omni-

b Nōne Christum Iesum dominũ nostrũ ego vidi?

c Nōne opus meũ vos estis in domino?

d Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum.

e Nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino.

f Mea defensio apud eos quæ me interrogat, hæc est:

g Nunquid nō habemus potestatem manducandi & bibēdi?

h Nunquid nō habemus potestatem sororẽ mulierculam circūducēdi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cēphas?

i Aut solus ego & Barnabas nō habemus potestatem hoc operandi?

bus permittitur, & licet omnibus: Quod autem ex aliorum apostolorum exemplis modò ostendimus, naturalis etiã ratio docet, & ciuili consuetudo confirmat. a Omnis enim qui militat iustum accipit militiæ stipendium ab eo cui militat. Et omnis qui in vineæ cultura laborem & operam impendit, condignum accipit sui laboris atque operis præmium, ab eo cui laborat.

b Et qui gregē pascit, pro labore & cura ac diligentia, quam in pascendo impedit, debet inde sustentari, & quæ sunt necessaria sumere. c Et ne humanis rationibus solis me agere existimetis, ecce diuinæ scripturæ habemus testimoniũ. d In lege enim Moyſi præceptũ est, Boui laboranti in tritura ad vsum humanũ, non denegari victus necessaria, sed illa in laboris præmiũ reddi. e An verò hoc in præcepto, putamus de bobus, animalibus brutis, principalem curam & primariã deum habuisse? f Ego verò multo magis puto, de prædicatoribus præceptũ istud debere intelligi. Sunt enim hæc propter nos scripta: & sub bouum nomine, de nobis pro Christo laborantibus præceptum est datum, vt intelligatur vnumquẽque operarium mercede sustentationis dignũ esse.

g Quoniã qui arat ex labore fructũ sperare mercedis, iure optimo potest: & qui in tritura laborat, mercedẽ debitam iustè expectat. h Nos igitur qui vobis seminauimus multa prædicationis diligẽtia spiritualia, si vestris tẽporalibus bonis vtamur ad necessitatem, nõ magnũ vobis videri debet: i & si alij qui minus in vobis laborauerunt, aut etiã falso prædicauerũt Pseudoapostoli, vfi sunt hac potestate in vobis, nobis id potiore iure, vtique licebit. k Sed tamẽ nolimus hac potestate nostra vti. l **Quin** potius in omnibus patientes sumus, ita vt etiam penuriam pati magis velimus ne fortè vllũ possit ex hoc præstari aut accipi impedimentũ, quo impediatur profectus euangelij. Denique & ex consuetudine, tam

a *Quis militat suis stipendiis vnq̃? Quis plãtat vineã, & de fructu eius nõ edit?*

b *Quis pascit gregẽ, & de lacte gregis non manducat?*

c *Nunquid secũdum hominem hæc dico? An lex hæc non dicit?*

d *Scriptum est enim in lege Moyſi: Non alligabos boui trituranti.*

e *Nunquid de bobus cura est deo?*

f *An ppter nos hæc vtique dicit?*

Nam propter nos vtique scripta sunt.

g *Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

h *Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnũ est, si nos carnalia vestra metamus?*

i *Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare nõ potius nos?*

k *Sed non vfi sumus hac potestate:*

l *sed omnia sustinemus, ne quod offendiculũ deus euangelio Christi.*

a Nescitis quoniã qui in sacrario operantur. quã de sacrario sunt, edunt.

b Et qui altario deseruiunt, cum altario participant?

c Ita & dominus ordinavit his qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere.

d Ego autem nullo horũ usus sum. Non autẽ scripsi hæc, vt ita fiant in me.

e Bonũ est enim mihi magis mori quã vt gloria useam quis enacuet.

f Nam & si Euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit.

g Vã enim mihi est, si non Euangelizauero.

h Si enim volens hoc ago, mercedem habeo.

i Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est.

k Quã est ergo merces mea?

l Vt Euangelium prædicãs sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio.

Gentilium quã Iudæorum vetustissima cognoscere poteris, licitum nobis esse, à vobis stipendia accipere, quanquam id minus facimus.

a Nam qui in templo operibus insistent, ea quã illic agenda veniunt peragentes, de templi prouentibus iure sustentantur. b Et qui in altaris occupantur ministerio, de iis quã in eo offerantur ius est eos partem sumere ad sui vitus necessitatem, & vitæ sustentationem.

c Conformis est domini ordinatio, qua ordinavit iis qui euangelicæ prædicationi inseruiunt, vt vitæ necessaria ex sua illa administratione licitè suscipiant. d Attamen nullo horum vti volui, cum tot modis iure optimo potuissem. Neque ad hoc ista nunc disserui, quod suadere velim vobis, vt ea vel nunc in me compleatis, e Malim enim quid vis perpeti, etiam mortis discrimina, potius quã hanc gloriam euangelizandi vobis sine sumptibus deperire, mihi aut auferri sinam, sed eam mihi integram atque solidam seruare volo.

f Cum ego enim plus omnibus peccauerim & proinde plus omnibus debeam laborare: non reputo magnum & gloriosum, si euangelizauero tantum. Nam hoc mihi necessario & ex debito faciendum incumbit, g ait vt certa me maneat damnatio, si commissum mihi euangelij munus, penitus recusauero, aut omisero. h Si enim libenter & ex animo præceptum mihi ministerium, prædicationis administrauero, mercedem quidem suscipiam, & erit in hoc mihi gloria. i Si autem velut coactus, & non ex animo credita quidem est, & manet mihi administratio, & aliis quidem fructum non mihi faciam.

k In quo ergo ego mihi mercedem reputo, & in quo est hæc gloria quam quero? l In hoc vtique, vt Euangelium sine stipendio prædicans, ipsum stabiliam, confirmem, atque comendatum reddam, in hoc inquam, vt non vtar potestate mea, ad id quod est minus bonũ, quod ego ab usum

mihī reputarem: præsertim cum ex vsu potestatis meæ, occasionem possent sumere pseudo apostoli. Iam enim semel meipsum totum dedi euangelio, vt illud quanto possum maiore fructu annunciem. a Cum enim essem sic ab omnibus liber, vt nulli prorsus essem subiectus: propria voluntate meipsum feci omnium seruum, propter amorem euangelij, vt plurimos lucrarer domino. b Et accommodaui me Iudæis vt eos ad Christum adducerem, quasi & ipse Iudæus essem legem obseruātibus accommodaui me & cōdescendi, quasi & ipse sub lege essem (cum tamen ipse sub lege Mosaiica nō amplius stringerer, factus Christianus) quo paulatim eos, vel tādē ad Christi legem perducerem. c Gentibus quoque sine scripta lege viuētibz me accommodaui, quasi & ipse essem sine lege (cum tamen semper legi dei permanerem alstrictus) vt eos ad veram Christi legem adducerem. d Infirmis cōdescendi, ne eos perderem nimia seueritate, & meipsum eis tanquam infirmum exhibui, ne eos scandalizarem: semper tamen, quantum cum deo fieri potuit, neque palpano, neque in malum consentiendo, sed in hīrmitates tantum sustinendo. e Quid multa? Omnium me accommodaui affectibus atque conditionibus, cupiens (quantum in me esset) atque adnitens, vt salui fierēt omnes: cuiuscunq; tandem aut status fuerint aut conditionis. f Omnia autē hæc ago propter euangelium Christi, vt fructum Euangelij prædicati percipere valeam, in tempore suo. Parum autem est, si ista pro euangelij fructu agamus, quandoquidem pro terrenis præmiis homines mundi huius, mira videmus agere. g Sint nobis in exemplum, qui currunt in stadio. Vidimus enim omnes, æquali in currēdo labore fatigari: cæterum, non omnes item præmium accipere: sed illum tantum accipere victoriæ præmium propositum, qui cæteros in

a Nam cum liber essem, ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrificerem.

b Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus vt Iudæos lucrarer. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem, sub lege) vt eos qui sub lege erāt lucrificerē.

c iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi) vt lucrificerē eos qui sine lege erant.

d factus sum infirmus infirmis, vt infirmos lucrificerem,

e Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.

f Omnia autē facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.

g Nescitis, quōd hi qui in stadio currunt omnes qui idem currunt, sed vnus accipit brauium?

EPIST. I. AD COR.

a Sic currite, vt comprehendatis.

b Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

c Ego igitur sic curro, nō quasi in incertū, sic pugno nō quasi aërem verberās, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo,

d ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

curfu anteuertit. *a* Ad eundem modum, & vobis est currendum, & gnauiter agendum: vt quod queritis, assequamini. *b* Nam qui in certamine contēdunt pro victoria, prouidè abstinent ab omnibus quæ impedimento possint esse à consequenda victoria, & illi quidem hæc faciunt, propter adipiscēdum propositum temporale præmium. Nos autem propter consequendam incorruptibilem & immarcescibilem æternæ gloriæ propositam coronam. *c* Ego igitur sic curro ad propositum brauium, vt non in incertum: sic ego pugno & velut pugnis verbero, non quasi frustra aërem cædens: sed aduersus hostem, nempe carnem propriam, pugillor & luctor, illūque liuore maceratum, in spiritus subigo seruitutem. *d* Ne fortè postquam aliis prædicauerim, ipse efficiar reprobus, & mala conuersatione, aliorum scandalizator peruersus: si aliis prædicans, propriæ carnis concupiscentias refrenare, ac mortificare neglexero.

TEXT. CAP. X.

ELUCIDATIO CAP. X.

NE verò sibi quis securitatem putet, quod Christi sit mysteriis initiatus, exemplis priorum patrum ostēdendum est nobis, nō omnes qui diuinis beneficiis digni sunt habiti, salutem fuisse consequutos. *a* Hoc itaque volo attendatis quod sine delectu patres illi omnes qui de Aegypto exierūt, & boni & mali, sub nubis ducatu & protectione fuerunt, & omnes per mare siccis vestigijs trāsierūt. Omnes item in Moyfi ducatu, & nubis claritate atque protectione, in mare inmersi sunt, in signū futuri baptismatis, per quod ab Aegyptiaca conuersatione ad vitæ nouitatem transire oportet. *b* Omnes item boni & mali, similem omnino, miraculo datā escam, manducauerūt, & omnes similem, miraculo datum potum, biberunt, quæ erāt signa spiritualis cibi ac potus futuri. *c* Biberāt verò de largitate petra: illius spiritualis,

a Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri oēs sub nube fuerūt, & omnes mare trāsierūt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & mari.

b Et omnes eādē escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundē potum spirituale biberunt.

c Bibeant autem de spirituali, consequēte eos petra:

quæ eis vbiq̄ue aderat & velut comitabatur in auxilium. a Hanc autem petram dico Christum, non saxum illud durissimum; quod de se aquas dare non poterat. b Et quâquam aquæ omnes diuina percepissent beneficia, non tamen in eorum multitudine cōplacuit domino, quum sint ob scelera sua in deserto plurimi eorum occisi. c Hæc autem deo disponente, in exēplum nobis præcesserunt: vt illorum exemplis pœnisque terribi caueamus cōcupiscentes esse malorum, quales illos fuisse legimus: quos etiam satis imitari videntur, qui se per voracitatem idolothytis cum scandalo ingurgitant. d Neque efficiamur idololatræ: sicut quidam ipsorum: de quibus scriptū est, quod post abundantes epulas & comotationes, surrexerūt ad honorem vituli ludere. Cui vitio estis proximi, si sic pergatis idolorum mensas frequentare. e Neq; fornicemur, vt illi cum filiabus Moab: quorum vna die perierunt gladio vltionis viginti tria millia. Solet enim hoc vitium esse consequens ad crapulam. f Neque tētemus Christum, sicut quidam ex illis, tentauerunt deum qui immisit in eos serpentes ignitos. At Christum tentat, qui infirmorum conscientiam ob suam ingluuiem nihil facit, simul & seipsum peccatorum diuersorum periculis exponit. g Neq; murmuraueritis, sicut ex illis quidam propter tædium & laborem itineris, ad terram promissionis: quos diuina potentia penitus deleuit in deserto. Hoc autem in proximo est si nostris monitis velitis resistere. h Hæc autem omnia illis quidem contingebant in effectu, sed nobis ad exemplum, atque ita descripta sunt, ad acriter seuerèque ac directè commonefaciendos nos, qui (disponente deo) in hæc nouissima tempora deuenimus. Horum ergo exemplis admoniti discamus esse solliciti: non segnes, aut ociosi. i Qui itaque modò se stare in dei gratia confidit, sollicitè prospiciat ne

a *petra autem erat Christus.*

b *Sed nō in pluribus eorum beneplacitū est deo: Nam prostrati sunt in deserto.*

c *Hæc autē in figura facta sunt nostri, vt non simus cōcupiscentes malorū, sicut & illi concupierūt.*

d *Neque idololatra efficiamini, sicut quidā ex ipsis, quemadmodum scriptū est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

e *Neque fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die, viginti tria millia.*

f *Neque tentemus Christum sicut quidam eorū tentauerunt, & a serpentibus perierunt.*

g *Neq; murmuraueritis, sicut quidā eorū murmurauerunt, & perierūt ab exterminatore.*

h *Hæc autē omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionē nostrā in quos fines seculorum deueniūt.*

i *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.*

a Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.

b Fidelis autem deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis:

c sed faciet etiam cum temptatione prouentum, ut possitis sustinere.

d Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura,

e ut prudentibus loquor, uos ipsi iudicate quod dico.

f Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communis est sanguinis Christi est?

g Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est?

h Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus: omnes qui de vno pane & de vno calice participamus.

i Videte Israel secundum carnem.

quomodocunque, ab illa in qua stat gratia, excidat. *a* Cauete verò ne vllam permittatis in animo temptationem dominari, vt fiat in superabilis, per vestram incuriam, aut negligentem desidiam. Nam temptationes humanae & leues prorsus excludere est impossibile. *b* Quod quidem ad deum pertinet, ipse fidelis est, & verax, nec patitur vos supra vires tentari. *c* Quin etiam temptationi vtilem dabit exitum & cum temptatione virtutis augmentum: vt tam propter diuinæ virtutis auxilium, quam propter utilitatem exitus, & possitis facile & velle debeatis sustinere, sic vt non fracti succumbatis. *d* Propter quod charissimi, ne in vllum peccatum cadatis, neque vobis ipsis causa sitis lapsus vestri, fugite ab idolorum cultura. *e* Et quoniam hac in re vos satis prudentes intelligentesque iudico, ecce vestrum requiro iudicium, vos ipsi iudicate, si non rationabile sit, quod dico. *f* Calix ille qui per sacerdotis visibile benedictionem consecratur, & pro quo deo laudem damus & gratias agimus: nonne est participatio sanguinis domini, sic vt qui illum bibat, particeps fiat sanguinis domini, quem percipit & bibit? *g* Et panis ille, per sacerdotis benedictionem in verum corpus Christi consecratus: nonne participatio corporis Christi est sic vt qui de illo manducauerit, particeps efficiatur corporis domini, quem percipit & manducat? *h* Nihil dubium, quin hoc ita sit: quando quidem nos omnes qui de vno isto pane, & de vno isto calice percipimus & participamus, propter vnitatem corporis & sanguinis domini, quod communiter sumimus, & cui communiter incorporamur tanquam vnus panis efficiamur, & vnum corpus cuius ipse est caput. In quo hac utilitatem consequimur, vt quasi multa grana in vno panem conflamur, & quasi multa membra in vnum corpus, per spiritum eius copaginemur. *i* Rursum Israelitas attendite, qui secundum carnalem suam

lem suam obseruantiam adhuc vmbri inhærent: a Nōne qui hostias in altari oblatas edunt, participes esse dicuntur altaris? Ad eundem modum ergo, etiam qui manducant panem, aut bibunt calicem benedictionis, corporis & sanguinis Christi participes esse dicuntur.

b Nunc ergo dicat mihi aliquis: Tu cum tam districtè nobis, quæ sunt idolis immolata, prohibes: an dicis, idolis aliquid esse immolatum, sic vt existimatur: ita vt aliquid ex idolo, vel ex illa oblatione contrahat, propter quod ex se sit immundum? Aut idolum tale aliquid esse putas, quale homines infideles existimant, numinis aliquid habens: vt sic nos ab illis deterreas, quæ sunt idolis immolata?

c Non vtique hoc dico, neque existimo. Dico tamen, quòd Gentes ea quæ immolant quantum ex sua intentione peruersa dæmoniis immolant, quæ venerantur in idolo, & non deo: atque ita participat quodammodo cum dæmoniis, qui de iis manducat, quæ illis sunt oblata & cōsecrata. d Ego autem nolo vos participationē vllam aut communionem habere cum dæmoniis, quos ad Christum ab eiusmodi vanitatibus, magno labore, assisistēte gratia dei conuerti.

e Quia fieri nequit, vt simul & calicem domini bibatis, & calicem dæmoniis oblatum. f Neque potestis sumere de mensa domino consecrata, & simul de ea quæ est apparatus dæmoniis. Non potest enim esse vnum particeps, vel cōmunicans cum domino, qui velit participare cum dæmoniis.

g An fratres irritare quærimus dominum? An speramus nos illo fortiores, vt nihil formidamus eum, manducantes idolothyta cum scandalo infirmorum?

h Iam supra dixi mihi licere omnia, quæcunque non sunt iure prohibita, sed concessa: quemadmodum & sumptus accipere, & cibos quoslibet māducare sine delectu: sed non omnia indifferenter expediunt. i Omnia quidem eiusmodi, licita sunt per sese, sed

a Nōne qui edūt hostias, participes sunt altaris?

b Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid?

c Sed quæ immolat gentes, dæmonis immolant, & non deo.

d Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum.

e Non potestis calicē domini bibere, & calicē dæmoniorum.

f Non potestis mensē domini participes esse, & mensē dæmoniorum.

g An emulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus?

h Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

i Omnia mihi licent, sed non omnia adificiant.

a Nemo quod suum est, quærat, sed quod alteri?

b Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

c Domini est terra & plenitudo eius.

d Si quis vocat vos infidelium ad cœnâ, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes, propter conscientiam.

e Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare: propter illi qui indicavit, & propter conscientiam.

f Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.

g Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia.

h Si ego cum gratia particeps, quid blasphemor pro eo quod gratias ago?

i Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.

k Sine offensione estote Iudæis, & Gentibus, & ecclesiæ dei:

non omnia proximos ædificant: quæ propter scandalum vitandum omittenda sunt, quantum per se sint licita. a Nemo sui tantum habeat rationem, sed in super & proximorum attendat fragilitatem, & quid de illis expediat consideret propter charitatem. b Ecce autem totius quæstionis summaria hæc est resolutio. Omne quod in foro publico veniatur, libere audete manducare, nihil prorsus interrogantes, propter conscientia securitatē. c Nam & terra & omnia quæ in eis sunt, domini sunt, bona sunt, munda sunt, eo quod creaturæ eius sunt. d Si vocati ab infidelibus familiaribus aut cognatis ad priuatum conuiuium icritis, propter conscientia securitatem, de omni quod apponitur, manducate audacter: nihil interrogantes an sint cibi idolis immolati, aut impuri, aut simile quippiam. e At verò si quis dixerit hoc est idolis immolatum, illud ne attigeritis: propter hoc, ut non scandalizetur is qui indicauit, si te videat scientem, manducare idolothytum: atque ut conscientia fratris, sine offensa aut scandalo teneatur. f Conscientiam dico non tuam, sed alterius, vel indicantis, vel infirmi assidentis. g Cauendum enim est mihi modis omnibus, ne mea libertas, meo abusu, ab aliis blasphemetur, aut cõdemnetur. h Si enim mihi licet ex gratia Euangelice libertatis, cum gratiarum actione quamlibet creaturam bonam percipere: quorū sum tamē attinet, aut quid opus est, ut cum scādalo id faciens, aliorum me blasphemis, aut malis iudiciis exponam, eo quod gratias agendo liberè possem manducare, si absque scandalo id facerem? i Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quodcunque facitis, curate semper ut in omnibus glori-ficetur deus. k Nolite offendiculum præbere Iudæis, aut Gentibus, aut Christi fidelibus. Atqui dum vestra libertate abutentes, quaritis mensas dæmoniorum, offenduntur Iudæi,

putantes vos idolorum cultores. Gentiles firmantur in errore: & infirmi fideles, scandalum patiuntur in vobis. *a* Sim vobis ego in exemplum, qui omnibus cum deo placere studeo: quantum ad omnia (quantum secundum deum, & testem licet conscientiam) non querens meum ipsius tantum commodum, sed plurimorum, vt quantos vtique possim, saluem plurimos.

ELUCIDATIO CAP. XI.

H^a Orator autem vos fratres, vt tam in hoc quam in ceteris, nostrum exemplum insequi non dedignemini: quomodo nos Christi domini vestigia, studiosè sectamur. *b* Laudo autem vos fratres, quatenus mei per omnia memores estis, & traditiones meas, sicut præcepi vobis obseruatis. *c* Volo autem vos scire Christum esse caput (id est dominum superiorem & rectorem) omnis viri, & virum esse caput mulieris, deus verò caput est Christi, hominis quatenus homo est. Diuinitas enim est humanitate superior. *d* Omnis vir orans orationem publicam, aut prophetiam proloquens, opero capite, ignominia afficit caput suum. *e* Contra, mulier orans aut prophetans aperto capite, ignominia afficit caput suum, quoniam sicut illud viro, ita hoc mulieri vitio datur. In oratione enim publica, quasi deo nos representamus: & decorum est, vt cum se ministri principii representant, suam conditionem habitu profiteantur. Mulieri autem competit velare caput suum, ad subiectionis virilis protestationem: quemadmodum vir (propter libertatem & dominium, vt significet inter se & deum nihil esse medium, seque deo immediatè subiectum) aperto & nudato debet esse capite quò se deo representat. *f* Tantum est enim mulierem aperto esse capite, ac si sit decaluata. Nam si non sit velari mulier, cogatur tonderi. *g* Quod si turpe ducit, velet caput suum, quoniam similis est in utroque turpitudò. *h* Vir quidè nõ debet

TEXT. CAP. XI.

a Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.
b Laudo autem vos fratres quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis.
c Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, deus.
d Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.
e Omnis autem mulier orans aut prophetans, nõ velato capite, deturpat caput suum.
f Vnum est enim ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur.
g Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum.
h Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est.

a *Mulier autem gloria viri est.*

b *Nō enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.*

c *Etenim nō est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.*

d *Idco debet mulier velamine habere supra caput suum,*

e *et propter angelos.*

f *Verūtamēn neq; vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino.*

g *Nam sicut mulier de viro, ita et vir p̄ mulierē:*

h *omnia autem ex deo.*

i *Vosipsi iudicate: decet mulierem nō velatam orare deum? nec ipsa natura docet vos.*

k *Quōd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi.*

l *Mulier verō si comā nutriat, gloria est illi: quoniā capilli p̄ velamine ei dati sunt.*

m *Si quis autē videtur cōtentiosus esse: nos talē consuetudinem non habemus neque ecclesia dei.*

coram deo velare caput suum, quoniā ad imaginem dei principaliter & primario factus legitur, & similiter gloria dei est, cui sine medio subiicitur. a Mulier autē, gloria viri est: quia facta est propter virum, tanquam adiutorium illi simile. b Non enim primum ex muliere factus est vir à domino, sed ex viri costa mulier. c Et quidem non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter viri adiutorium. d Ob has subiectionis causas, debet mulier velamine operire caput suum: quo potestatem & dominium viri super se agnoscat & protestetur. e Quod etiam debet propter angelorum reuerentiam: quibus gratum est, in suo quoque debito ornatu conspiceri. f Ne verò horum quæ diximus occasione, despiciant viri vxores suas: illud scitote quoniam (quātum ad salutem æternam omnibus propositam) pares sunt vir & fœmina, & apud dominum vnū esse virum atque mulierem, sine sexus respectu atque differētia, neutrumque sexum excludi. g Sicut enim mulier primum de viro formata est, ita nunc vir per mulierem progignitur. h Omnia autem simul ex deo & in deo vnū sunt omnia. i Vosipsos requiro iudices: Nunquid decens est, vt nō reuelata mulier oret deum? Ipsa profectō natura contrarium docet. k Propterea quod viro ad ignominiam reputatur, si comam prolixam mulierum more studeat nutrire. l Mulieri verò ad gloriam reputatur, si curet comam enutrire: quoniam capillos ei dedit natura, pro velamine. m Siquis autem velit contentiose oblistere cum iactantia nostris traditionibus, nouo more hæc volens confundere sexuum insignia, sciat ille, quoniam nos consuetudinem non habemus, siue cōtentionibus agendi, siue in viris caput operiendi: neque ecclesia vlla, aliis in locis constituta. Quò fit, vt cōtra communem obseruationem omnium hi soli contendant neque nostræ solū, sed eccle-

ſaſticaꝝ obſeruacioni ſe opponat: **a** Hoc ergo
 dum præcipio, dumque ſic ordino, illud non
 laudo, imò vituperandum duco, quod cum me-
 rito indies proficere deberetis, vos tamen in
 deterius congregationes veſtras facitis & con-
 uentiones habetis ſolito deteriores. Soletis enim
 ad pauperum refocillationem ſimul conueni-
 re qui nunc ad diſidia & cõtentiones celebra-
 tis conuenticula. **b** Nam primum quidem ſa-
 ma narrante audiui, quum in vnum conuenitis
 ex more in eccleſia, ſciſſuras & diuiſiones eſſe
 in vobis & adducor ſatis, vt credam rem ita ha-
 bere. **c** Nam neceſſariò ſemper futura ſunt
 hæreſes atque ſchiſmata, & deo diſponente, eas
 eſſe eſt vtile: vt manifeſti fiant, qui ſynceri ſunt
 inter fideles. Frequenter enim, qui ante late-
 bant ſecundum ſpeciem Chriſtianitatis, exor-
 tis ſchiſmatibus, atque hæreſibus, quales ante
 fuerint declarant. **d** Hinc ergo vobis pariter
 ex more cõuenientibus in vnã collectionem
 non contingit vltra domini cœnam manduca-
 re: **e** quia vnusquisque diuitiũ, priuatim ſuam
 ſibi cœnam præſumit manducare, pauperibus
 nihil impartiens. **f** Atque ita fit, vt paupere
 eſuriente, diues ad ebrietatem vſque ad crapu-
 lam ſatietur: qui de ſua debuit abundantia, ex
 veteri conſuetudine, pauperum ſupplere ino-
 piam, vt eſſet cœna domini per charitatem &
 non magis diaboli, per abuſum & pauperum
 contemptum. **g** Ecce habebetis domos ad ce-
 lebranda priuatim conuiuia, & comotationes,
 ſi hæc vobis libent. **h** Quare hæc in eccleſia
 communi agentes, veſtraque priuata conuiuia
 in ea celebrantes, veſtro iſto fœdo abuſu ec-
 cleſiam dei inhonoratis? Inſuper erubeſcere
 facitis pauperes, qui non habent eſcas: dum vo-
 bis epulantibus, ipſi eſurire coguntur? Quid di-
 cam vobis? **i** Tametsi laudabã vos, & in non-
 nullis forſan laude fitis nõ indigni: hac tamen
 in re laudare non poſſum. Omni enim reue-

*a Hoc autẽ præcipio, non
 laudã, quod nõ in meliõ,
 ſed in deterius conuenitũ.*

*b Primum quidẽ, cõuenien-
 tibus vobis in eccleſiã, au-
 dio ſciſſuras eſſe inter vos,
 & ex parte credo.*

*c Nam oportet & hære-
 ſes eſſe, vt qui p̄bati ſunt,
 manifeſti fiant in vobis.*

*d Conuenientibus vobis in
 vnũ, iam non eſt domini-
 cam cœnam manducare.*

*e Vnusquisq; enim ſuam
 cœnam præſumit ad man-
 ducandum:*

*f & alius quidem eſurit,
 alius autem ebrius eſt.*

*g Nunquid domos nõ ha-
 betis ad manducandum,
 & bibendum?*

*h Aut eccleſiam dei con-
 temnitis?*

*i & cõfunditis eos qui nõ
 habent?*

*i Quid dicam vobis? lau-
 do vos: in hoc non laudo.*

a Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

b Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine:

c hoc facite quotiescunq; bibetis, in meam commemorationem.

d Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat.

e Itaq; quicumq; manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini.

f Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat.

g Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

h Ideo inter vos, multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

rentia & charitatis communione, oportuit huiusmodi conuentus, ad Christi memoriam institutos, celebrari propter tanti sacramenti reuerentiam. *a* Ego enim à domino didici, quod & vos edocui fideliter: quoniam dominus Iesus, ea nocte qua tradebatur, sumpsit in manibus panem: & gratias agens, benedicensque patri fregit, & dixit: Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis in passionem & mortem tradetur, tanquam hostia pro peccatis mundi. Hoc quoties agetis, in meam passionis ac mortis agite memoriam. *b* Sic & calicem post cœnam sumpsit, dicens: Hic calix est, in quo nouum testamentum dispono vobis, in meo sanguine, qui in eo inest, & quo confirmabitur. *c* Hoc facite in meam commemorationem quotiescunq; bibetis. *d* Nam quotiescunq; panem hunc sanctum manducaueritis, vel calicem biberitis, mortem debetis annuntiare, & commemorare quam sustinuit dominus, donec ipse veniat. Memoriale enim est sacramentum hoc passionis ac mortis domini.

e Itaque, quicumque manducauerit non dignè panem hunc, aut calicem biberit non dignè, eius talis erit condemnatio, vt qui verè corpus & sanguinem domini sui in honorauerit, indignè sumendo. *f* Quapropter quisquis volet hæc sacrosancta sumere mysteria: primum examinet semetipsum, num aliquid in eo inest, quod ipsum communionem reddat indignum: & si se dignum aptumque post examinationem diligentem compererit, accedat deinde confidenter, vt de pane illo edat, & de calice bibat.

g Qui enim indignè manducauerit, aut biberit indignè (in se inueniens propter quod merito à comunione sancta abstinere deberet) sic sumendo, æternæ damnationis iudicium sibi conciliat, non discernens reuerentia debita corpus domini à cæteris cibis. *h* In huius autem peccati pœnam, quoniam videlicet corpus & san-

guinē domini indignē sumitis, deus multos in vobis punit in presenti tēpore vt ostēdat quā grauitē vlturus sit in futuro examine: multos infirmitatibus variis & prolixis langoribus affligēdo, nonnullos etiā corporali morte, in peccati vltionem, puniendo. **a** Quōd si nos ipsos diligētī probatione atque examinatione iudicaremur, nequaquā à domino sic iudicaremur. Sed neque hoc domini iudicium tēporale, nobis est inutile. **b** Dum enim sic arguimur, tēporali correctione, à benigno domino corripimur, & ad bonum erudimur, vt non cum huius seculi hominibus dānemur: qui sine omni diuersitate, frequēter permittuntur à deo vitam suam in finem vsque ducere postmodum paratam inuenientes, quæ eos expectat, æternam damnationem. **c** Itaque fratres mei charissimi, cum ex more conuenitis, ad manducandum communiter post sumptam eucharistiam, inuicem expectate, non contentiosi alius aliū præuenire: vt communis sit cœna, quæ ad similitudinem dominicę mēse instituitur, non priuata. **d** Si quis autem famis impatientem se conqueratur, & ideo non posse commune conuiuium expectare, domi terreno pane pascatur, & famem pellat, vt non ad dānationem vobis, vestræ contentiones fiant. **e** Cætera (si quæ supersunt ordinanda) cum venero ad vos, præsens ipse disponam.

ELUCIDATIO CAP. XII.

S^a Vper omnia autem fratres, spiritualium rerum vos conuenit habere cognitionem. **b** Illud autem experti scitis quomodo olim cum Gentes essetis, ad simulachra muta, & omni prorsus sensu carentia, ibatis, prout consuetudine & institutione pessima patrum vestrorum, atque ipso etiam dæmonis impulsu, agebamini. **c** Ideirō vobis nunc ad deum viuum conuersis notum facio, quod nemo loquens secundum spiritum dei, intra se ha-

a Quōd si nosmetipsos di iudicaremur, non vtrique iudicaremur.

b Dum iudicamur autē, à domino corripimur, vt nō cum hoc mundo dam nemur.

c Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.

d Si quis esurit, domi mā dūcet, vt non in iudicium conueniat.

e Cætera autem cum venero, disponam.

TEXT. CAP. XII.

a De spiritualib⁹ autē nō lo vos ignorare fratres.

b Scitis autem, quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout dabamini euntes.

c Ideo natū vobis facio, quōd nemo in spiritu dei loquens, dicit anathema Iesu.

a Et nemo potest dicere:
Dominus Iesus, nisi in spi-
ritu sancto.

b Diuisiones verò gratia-
rū sunt, idē autē spiritus:

c & diuisiones ministra-
tionum sunt, idem autem
dominus:

d & diuisiones operatio-
num sunt, idē vero deus,
qui operatur omnia in o-
mnibus.

e Vnicuique autem da-
tur manifestatio spiritus
ad vtilitatem.

f Alij quidem per spiri-
tum, datur sermo sapien-
tia: alij autem sermo scien-
tia, secundum eundem spi-
ritum. Alij fides in eo-
dem spiritu: alij gratia san-
nitatum in vno spiritu: a-
lij operatio virtutum:

g alij prophetia: alij dis-
cretio spirituum: alij gene-
ra linguarum: alij inter-
pretatio sermonum.

h Hac autem omnia ope-
ratur vnus atque idem
spiritus, diuidens singulis
prout vult.

i Sicut enim corpus vnū
est, & mēbra habet mul-
ta, omnia autem mēbra
corporis, cum sint multa,
vnum tamen corpus sunt,
ita & Christus.

bitatem, dicit vllum maledictum domino Iesu,
vel asserens de eo quod esset blasphemia asse-
rere, vel negans, quod blasphemia esset nega-
re. a Et nemo potest ex animo profiteri Iesum
dominum, ipsum verè vt dominum agnoscens
corde, quem profitetur ore, nisi secundum in-
habitatem spiritum sanctum. Hoc autem præ-
stat gratia gratos nos deo faciens, vt & à malo
omni declinemus, & bonum faciamus: deum-
que vt nec ore nec opere blasphememus, sed
tam ore quàm opere profiteamur. b Cæte-
rum, quantum ad gratias gratis datas, varia do-
nantur à deo dona hominibus: vnus est autem
spiritus, à quo omnium quantumlibet diuer-
sarum gratiarum dona procedunt. c Et varia
sunt spiritualium ministracionum officia, di-
uersis cōmissa & credita. Idem verò est domi-
nus, cui omnes in sua quisque administracione
seruiunt. d Diuersa item exteriorum operatio-
num ministeria: idem verò est deus, cuius
virtus operatur in omnib⁹ omnia, id est, omnes
omnium operationes. e Vnicuique verò da-
tur aliqua gratia spiritus manifestatiua, ad suā,
atque communem vtilitatem. f Alij quidem
donat spiritus, sapienter de cælestibus arcanis
eloqui. Alij idem dat spiritus, scienter loqui de
iis quæ ad agenda morèsq̄e pertinet. Alij dat
fidei sublimitatem, feruorem, atque constan-
tiam. Alij donum curandi languores. Alij mi-
raculorum quorumlibet, quæ supra naturam
sunt, operationem. g Alij vt futura prædicat,
siue occulta. Alij vt spirituum valeat discernere
suggestiones, sermones, aut consilia. Alij vt
varijs possit loqui linguis. Alij vt sermones ob-
scuros queat patefacere. h Atque hæc omnia
vnus idēque spiritus, variè operatur in diuer-
sis distribuēs singulis pro suo placito. i Sicut
enim hominis alicuius corpus, vnū cū sit, pro-
pter membrorū in vnum cōpagnationem, ex
multis tamen mēbris constat: omnia verò cor-

poris membra, cum sint multa & diuersa, vnum tamen corpus componunt: ita est de Christo & ecclesia. a Sunt enim omnes fideles vnum corpus, per spiritum sanctum compaginati, cuius caput est Christus. Nam vnus ille, idemque spiritus, per quem omnes in baptismo sumus viuificati, nos in vnum corpus componit: Omnes inquam, si ne delectu, tam Iudæos quàm Gentiles, tam seruos quàm liberos, absque personæ respectu: b & eundem omnino spiritum, omnes qui credidimus, accepimus: per quem adinuicem conglutinamur, & in vnum corpus componimur. c Nam & corpus non vno constat membro, sed multis. d Si dixerit pes, idè se non esse de corpore, quia manus non est: vel auris, quia oculus non est, num idè verum erit, eà non esse de corpore? e Si enim singula membra corporis essent oculus, non esset locus auditui, qui debet in aure consistere & non in oculis. Et si singula esset auris, non esset locus odoratui, qui in aure non potest, sed in naribus debet, habere locum. f Nunc verò deus collocavit singula membra in corpore, pro suo placito: & quemadmodum vnicuique nouit pro sua conditione expedire ac conuenire, sic vnicuique locum dedit. g Si autem essent omnia membra vnum membrum, non esset corpus, quod esse debet ex variis membris diuersa habentibus officia, compaginatum. h Secundum veritatem autem, membra quidem sunt multa & varia in corpore, ex ipsis autem vnum conflatur corpus. i Non possunt autem membra seinuicem aspernari, vt dicat oculus manui, opera tua non indigeo: aut caput pedibus, non estis mihi necessarij. k Imò verò membra quæ videntur esse infirmiora, sunt amplius necessaria iis, quæ videntur esse robustiora magisque valida: quemadmodum de oculis est, qui & teneri sunt, & maximè homini deseruiūt. l Illa etiam quæ ignobiliora reputantur, solemus te-

a Etenim in vno spiritu omnes nos, in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi:

b & omnes, in vno spiritu potati sumus.

c Nam & corpus non est vni membrum, sed multa.

d Si dixerit pes: quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore?

e Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus?

f Nunc autem posuit deus membra, vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit.

g Quod si omnia essent vnum membrum, ubi corpus?

h Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.

i Non potest autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij:

k sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.

l Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorum circudamus.

*a Et quæ inhonesta sunt
nostra, abundantiorē hono-
restatem habent.*

*b Honestiora autem nostra,
nullius egent.*

*c Sed deus temperavit cor-
pus e: cui deest, abundan-
tiorē tribuendo honorem,
d vt nō sit schisma in cor-
pore, sed in. idipsum pro
inuiçē sollicita sunt mēbra.
e Et si quid patitur vnū
membrum, compatiuntur
omnia membra:*

*f siue gloriatur vnū mē-
brū, cōgaudet oīa mēbra.*

*g Vos autem estis corpus
Christi, & membra de
membro.*

*h Et quosdam quidē po-
suit deus in ecclesia, pri-
mū Apostolos:*

i secundō Prophetas:

k tertio doctores:

l deinde virtutes:

gumentis honestis abscondere, atque ita hono-
norare. a Mēbra verò quæ in nobis sunt fœ-
diora siue pudenda, his secundum consuetudi-
nem, abundantiorē cultum atque ornatum
solēt homines superaddere. Id quod tā in viris
quàm fœminis, promptum est cōspicere. Cū
hæ quidem, cingulis aureis ventrem soleant
ornare: Illi. suos lumbos baltheis aureis aut si-
milibus. b Honestiora autem membra nostra,
nullo egent superaddito cultu exornari: quem
admodum frontem, in qua decore hominis re-
lucet, & faciem, nemo tegit. c Deus enim ad
æqualitatem quandam ita ordinauit de corpo-
re, volens cui ex natura deest honestas, tribui
abundantiorē arte honorem: d vt non sit
inequalitas in corpore, aut discordia (more hu-
mano loquendo) quæ solet inter homines ex
inequalitate procedere, sed vt cōmuniter sint
pro inuicem membra sollicita. e Et si quid pa-
titur aliquod membrorum, condolent cætera,
sibi que mutuo succurrere student. f Siue e-
tiam reficitur aut gaudet aliquod mēbrorum,
cōgaudent illi cætera. g vt autē hanc mem-
brorum & corporis comparisonem proposito
aptemus, dico quòd vos (quatenus per vnita-
tem fidei & spiritus, simul cum Christo capite
& nobis inuicem vniti) estis corpus Christi, cu-
ius ipse est caput: & singuli membra estis, per
charitatis vinculum proximis membris cohæ-
rētia, & abinuicem membrum à membro pen-
dētia, sic vt adinuicem vniamini, inuicēque
deseruiatis. h Et quosdam quidem constituit
deus in corpore ecclesiæ, Apostolos, qui sunt
primi ordinis, quibus ecclesiæ regimen, à deo
est commissum. i Secundo loco Prophetas,
cælestium reuelationum immediate capaces.
k Tertio doctores populorū: qui instituti sunt,
vt suos sermones auditoribus aptantes, doceāt
pascāntque populum, tam verbo quàm exem-
plo. l Deinde, signorum ac prodigiorum mi-

rabilium operadores. Deinde, habētes gratiam curationum. Quosdam item dedit, qui possint opem ferre aliorum miseriis, quosdam potētes rectē gubernādo, sanctorum prodesse necessitatibus: quosdam variis linguis valentes loqui: quosdam potētes abditos sermones explicare. Non donat autem deus simul omnibus omnia. a Non enim omnes sunt apostoli, neque omnes prophetae, neque omnes doctores, neque omnes operadores virtutum sunt, neque omnes curare valent, neque omnes linguis loqui, neque omnes interpretari. b Et quia non potestis singuli habere omnia, scētamini atque desiderate habere quae sunt ex his donis potiora. c Super hāc autem omnia adhuc excellentiorem vobis vitā viam (nempe charitatem) demonstrare propono, de cuius virtute latiorē aliquanto & altiorē, nunc ordimur sermonem.

ELUCIDATIO CAP. XIII.

S^a I secundum angelorum intelligentiam, pariter atque hominum linguas diuersas, magnificos sermones nouerim loqui, ex dono dei gratuito, & ipse non habeam charitatē, factus sum velut aes sonitū emittēs, aut cymbalū tinniēs: quod aliis quidē proficit suo sono, sibi nihil. b Et si per prophetiae donum, abditā omnia nouerim mysteria, & omnem agendarum rerum habeam sciētiam, fidēque tam validam, vt maxima valeam eius virtute miracula aedere, cuiusmodi est (exempli gratia) montes de loco in locum transferre, hāc autem habens, solam non habeam charitatem, nihil mihi prodesse possunt hāc omnia. c Et si per misericordiam viscerosam, opitulando pauperibus, erogauero omnes facultates meas in vsus pauperum necessarios. d Si denique corpus meum tradidero, vel ad ignem, pro fideli gubernatione creditorum, vel alia quauis de causa: nisi in his omnibus adsit charitas, nihil mihi prodesse valebunt ista, quantumuis, magna &

exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

a Nunquid omnes Apostoli? nūquid oēs Prophetae? nūquid oēs doctores? nūquid omnes virtutes? nūquid oēs gratiam habent curationum? nūquid oēs linguis loquuntur? nūquid oēs interpretantur?
b Semulamini autem charismata meliora.
c Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

TEXT. CAP. XIII.

a Si linguis hominum loquar & angelorū, charitatem autē non habē, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens.

b Et si habuero prophetiā & nouerim mysteria omnia, & omnē sciētiam, & si habuero omnē fidē, ita vt mōtes transferam, charitatem autem nō habuero, nihil sum.

c Etsi distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,

d & si tradidero corpus meum, ita vt ardeā, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest.

a Charitas patiens est, benigna est: charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa,

b nō querit quæ sua sunt.

c non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:

d omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

e Charitas nunquam excedit,

f siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientiæ destruantur.

g Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

h Cū autē venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est.

i Cū essem paruulus, loquebar vt paruul^o, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus:

k quādo autē factus sum vir, euacuauī quæ erant paruuli.

mirandæ virtutis opera, videantur. a Hæc ipsa charitas, patientes reddit atque benignos, nec inuidere sinit, neque procaciter aut peruerse agere nec intumescere intra se, neque ambire honores. b Non patitur eum in quo est, sui tantum rationem habere: sed etiam quæ vtilitatis sunt aliorum, nempe proximorum, facit attendere. c Neque permittit ad iram concitari, neque malū suspicari, aut meditari dolos. Neque potest lætari de peccato: sed in veritate vitæ exultat, cūm proximis videt in veritate ambulantes. d Omnia sufferenda faciliè perpeti facit, & cūcta credere credenda, & speranda sperare, atque per patientiam expectare. e Charitas, vt hic incipitur sic nec in futuro nos deseret, sed nobiscū permanebit in patria. f Veniet enim quando nec prophetiæ donum erit, vtpote in patria, vbi omnia clarè videbimus: quando & linguarum donum cessabit, & scientia ista quæ nūc est per speculum, de creaturis & corporeis actionibus, nullum habebit vsum. Charitas autem de se nunquam nos deseret, nunquam deficiet, sed in futuro eadem ipsa, etiam perfectior, in nobis erit, & validior ad actus sui executionē. g Pro hoc siquidem rerum statu, cognoscimus tantum imperfectè, per scientiam istam quem modò habemus: & imperfecta est, etiā prophetica cognitio, quam per ænigmata habemus. h Necessè est autem vt adueniente eo quod perfectum est, id quod imperfectum est cedat, detque locū perfectiori. Vnde patet, & scientiam istam, & prophetiam quæ modò est, propter suam imperfectionem, in futuro cedere debere illi clarissimæ visioni, & agnitioni perfectæ, quæ subsequetur. Ecce analogiā vobis propono: i Quum essem paruulus, vt paruulus loquebar, vt paruulus iudicabam, quæ puerorum erant, & quæ illi solent, cogitabam. k Factus autem vir, reliqui quæ puerorum erant: ita vt nec illorum more iudi-

earem, nec loquerer. a Ad eundem modum videmus nunc diuina, imperfecta cognitione, velut per speculum, per creaturas in ænigmate, in speciebus, quas sibi intellectus format: tunc autem videbimus deum apertè, velut facie ad faciem, sine vllò ænigmate aut medio. b Nūc imperfectè cognoscimus: tunc autem manifestè ac sine ænigmate deum cognoscemus, sicut ipse nos apertè nunc, sine intermedio, cōspicit. c Pro hoc autem statu, manent hæc tria: fides, spes, charitas. Inter quæ tria charitas est maior, & præcellentissima omnium virtutum.

ELUCIDATIO CAP. XIII.

O a Mni ergo studio quarite charitatem. Nihilominus & spirituales gratias reliquas desiderate, & habere conemini. Præ cæteris verò, prophetiæ donū: quod multo est potius, dono linguarum. b Nam qui lingua loquitur auditoribus peregrina, nō ad hominum proficit ædificationem, sed ad dei tantum gloriam, cuius laudes prædicat. c Nam auditorum nemo intelligit quid ille peregrina lingua dicat: & tamen spiritali dono coram deo, loqui contingit magna mysteria. d Item qui per prophetiam occulta explicat mysteria loquitur hominibus, siue ædificando & instruendo indoctos, siue excitando torpentes, siue consolando deiectos. e Qui autem lingua peregrina loquitur non intellecta auditoribus, sibi soli prodest, seipsum solum excitans in dei laudibus. Qui verò per prophetiam occulta fidei mysteria exponit hominibus, populum dei (vt iam monstratum est) multis modis ædificat. f Ne autem me existimetis hæc dicere in derogationem ac vilipensionem linguarum, optarem sanè, singulos vestrum donum suscepisse linguarum. Non enim mihi hoc donum displicet: sed quod melius est præfero, nempe prophetiæ donum, & tanquam vtilius, suadeo magis desiderandum. g Præcellit enim lin-

a Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

b Nūc cognosco ex parte, tūc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.

c Nunc autē manēt fides, spes, charitas, tria hæc: maior autē horū est charitas.

TEXT. CAP. XIII.
a Sestamini charitatem, amulamini spiritalia, magis autē vt prophetetis.

b Qui enim loquitur lingua, nō hominibus loquitur, sed deo.

c Nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria.

d Nā qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.
e Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, ecclesiā dei ædificat.

f Volo autē omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.

g Nā maior est qui prophetat, q̄ qui loquitur linguis,

nisi fortè interpretetur, vt ecclesia adificationem accipiat.

a Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

b Tamen quæ sine anima sunt vocem dātia, siue tibia, siue cythara, nisi distinctionem sonitū dederit, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

c Etenim si incertam vocem de tuba, quis parabit se ad bellum?

d Ita & vos per linguā, nisi manifestum sermonē dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in æra loquētes.

e Tam multa vti puta genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est.

f Si ergo nesciero virtutē vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi, barbarus.

g Sic & vos, quoniā emulatores estis spirituum, ad adificationem ecclesia qua-

quis loquētem, qui prophetiam habet, nisi cum dono linguarum, iunctum sit interpretationis donum. Magni enim æstimandum foret linguarum donum, si coniunctam haberet interpretandi gratiam. a Et nunc fratres mei, ego ipse si ad vos veniens cæpero linguis peregrinis inter vos eloqui magna, in nulla re ero vobis utilis. Secus, si reuelationes diuinorum mysteriorum aut angelorum cognitionem, aut futurorum euentum, aut doctrinam quamlibet aliam, quæ vel ad morum vel ad fidei rectitudinem faciat, loquar. b Imo verò vel in rebus inanimatis, perquam facile est videre, quod diximus. Huiusmodi enim sonum dantia, veluti tibia ac cithara, quum per flatum canentis, aut pulsū ferientis sonum emittunt, nunquam intelligentes audientes quid tibia canatur, aut quid cithara pulsetur, nisi distinctio adfit sonorum & vocis: secundum quam, quod canitur aut pulsat, possit intelligi & discerni. c Item tuba, si non sonitu indistincto clangatur, absque certa clangoris modificatione, nemo se armabit ad prælium: propterea quod non intelligant milites quid velit illa sonitus confusio. d Ad eundem modum vos quoque nisi per linguam sermonem loquamini auditoribus notum, qui mentis conceptum possit apud audientes facere manifestum, quis intelliget? Sic enim loquentes sine fructu, in vanum aërem tantum ferietis. e Sanè, plurima sunt idiomata in mundo: nullum verò sine vocum distinctione, articulationeque certa sermonis, fieri constat. f Ergo si virtutem significationis vocabulorum nesciero aptare auditoribus, ero auditori, cui loquor lingua peregrina, velut barbarus: & qui mihi loquitur eo pacto mihi erit quantum ad sermonem peregrinus, atque extraneus, & prorsus incognitus. g Vos itaque qui omnino auidè quæritis spiritus dona, videte vt ea potissimum sectemini, quæ abundantiorē

ecclēsiæ afferunt fructum & ædificationem, vt fructum abundantiorē facere valeatis.

a Ideoque qui iam linguarum donum habet, postulet vt simul & interpretationis donum acquirat. Loqui enim lingua sine intelligentiæ atque interpretationis gratia non multum est ad ædificationem ecclēsiæ. b Nam si per linguarum donum eloquar orationem, spiritus quidem donum (quod in orante est) facit me orare: c sed manet sine fructu mens quæ ea non intelligit, quæ spiritus dono lingua orat. Nam qui linguis tantum loquendi donum acceperunt, sine prophetia atque interpretatione: subinde, quum vel orationē, vel psalmum, vel alia dei magnalia proferunt, nihil eorum ipsi intelligunt mente. Spiritus enim dono, ad hæc eloquenda aspirantur atque impelluntur.

d Quid ergo est his in rebus desiderandum & præferendum? Nimirum, vt & ore per linguæ donum, pariter & mente per prophetiam, oremus: Item, vt ore psallamus, pariter & mente. e Cæterum si spiritus tantum aspiratus dono, lingua peregrina gratias agas ac benedicas, quis erit tibi idiota respondens? Aut quis ad benedictionem tuam respondere poterit, Amen?

f Quum non intelligant auditores, quicquam eorum quæ tu dicis? g Non quod tu male benedicas, sed quia non ædificantur astantes, eorum quæ tu profers prorsus nihil intelligentes. h Ego quoque pro magno reputo, & gratias ago deo, quod omnium vestrum linguis loqui possum, i Sed in congregatione fidelium, malo paucula aliquot verba, cum mentis intelligentia proloqui, vt & ipse ea intelligam, & similiter cæteri quos adesse contigerit, quàm per linguam solam absque intellectu. plurima verborum millia. k Fratres mei nolite pueros vos exhibere iudicio & discretione: vt ea magis miremini quæ magis noua sunt cuiusmodi est donum linguarum: ea verò minus,

rite, vt abundetis.

a Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.

b Nam si ore lingua, spiritus meus orat:

c mens autē mea sine fructu est.

d Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente, psallā spiritu, psallam et mente.

e Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locū idiotæ: quomodo dicit amen, super tuam benedictionem?

f Quoniam quid dicas nescit.

g Nam tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur.

h Gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor.

i Sed in ecclēsia volo, quinque verba sensu meo loqui, vt et alios instruā, quàm decem millia verborum in lingua.

k Fratres, nolite pueri effici sensibus.

a Sed malitia paruuli e-
stote,

b sensibus autem perfecti
estote.

c In lege enim scriptum
est. Quoniam in aliis lin-
guis, & in labiis aliis lo-
quar populo huic, & nec
sic exaudient me dicit do-
minus.

d Itaque lingua in signū
sunt non fidelibus, sed in-
fidelibus, prophetiæ autē
non infidelibus, sed fide-
libus.

e Si ergo conueniat vni-
uersa ecclesia in vnum, &
omnes linguis loquan-
tur, intrēt autem idiotæ,
aut infideles,
nonne dicent, quōd insani
tis?

f Si autem omnes pro-
phetēt intrēt autem quis
infidelis vel idiotæ, cōuin-
citur ab omnibus, diiudi-
catur ab omnibus,

g Occulta enim cordis e-
ius manifesta sunt, & i-
ta cadens in faciem ado-
rabit deū, pronūtiās quōd
vere deus in vobis sit.

h Quid ergo est fratres?

i Cū conuenitis vnus-

quæ licet vtiliora, tamen minus noua sunt mi-
nusque spectabilia, cuiusmodi est donum pro-
phetiæ. Nam puerorum est hoc iudicium, vt
non quæ vtiliora sunt, sed quæ magis noua aut
magis delectabilia, præligant: a Sed in malo
simplices, & innocentes, atque ita pueros, vos
esse desidero: b Iudicio tamen & discretionē
electionis, viros: vt quæ magis sunt vtilia, ma-
gis miseremini, & desideretis magis. c De lin-
guarum autem dono, apud prophetam legimus
ex ore domini ita dictum: Quoniam in variis
linguis, & in variis loquendi modis, loquar ob-
stinato isti Iudaico populo: & ne sic quidem, ad
me conuertentur. d Vnde claret, linguas non
esse datas, ad eorum qui iam crediderunt ædi-
ficationem, sed magis tanquam prodigia dari,
ad infidelium cōuersionem. Contra verò, pro-
phetiæ donum, potius ad fidelium ædificatio-
nem, quàm infidelium cōuersionem, datur.
e Ecce enim vniuersa ecclesia conueniente in
vnum, si cœperint congregati omnes fideles
linguis variis loqui, & introire contingat infi-
deles aut idiomata illa peregrina ignorantes,
qui nihil eorum quæ illi dicūt intelligunt, non
modò nihil ædificabuntur, verùm etiā tur-
babuntur, magis existimantes illos quasi insa-
nos & arreptitios loqui, & mētis non esse com-
potes. f Si verò omnibus vicissim & bono or-
dine prophetantibus, & occulta idiomate noto
reuelantibus, ingredi contingat infidelem aut
idiotam quempiam, conuincitur ab omnibus,
g & de occultissimis quoque cordis sui dii-
dicabitur, & sient manifesta quæ nemini fue-
rant hominū cognita, nisi soli deo atque pro-
inde cum omni reuerētia, procidens in faciem
suam, deum adorabit proclamās deum in fide-
libus suis verè inhabitare. h Vultis ergo fra-
tres mei, cognoscere, quid his in rebus sit fa-
ciēdum? Audite me apostolum vestrū. i Quo-
ties in vnum cōuenitis, quisquis siue psalmum
à deo

à deo accepit, siue morum doctrinam, siue oc-
cultorum reuelationem, siue linguarum, siue
interpretationis gratiã, studeat ad id quod ac-
cepit, ad communem ecclesiæ vtilitatem ordi-
ne & modo congruis, proferre: vt modo & or-
dine seruato, fiat ædificatio, non cõfusio. a Ita
vt si lingua loqui contingat, permittantur duo,
aut vt multum tres linguis loqui, & alius post
alium. b Sit autem vnusquispiam, qui inter-
pretetur ea quæ lingua peregrina pronuntian-
tur. c Si autem fortè deesse cõtingat qui pos-
sit interpretari, in conuentu fidelium sileat qui
linguas tantùm habet, absque interpretatione.
Secretò autè sibi, & deo ad gloriam loqui pos-
sit. d Inter prophetas quoque sit hic ordo, vt
duobus aut tribus alio post alium loquentibus,
cæteri prophetæ diiudicèt eorum quæ prophe-
tantur veritatem. e Quum autem contingerit
alterius qui tacebat mentem, specialiter diuino
dono super positus illuminari qui prior lo-
quebatur, patienter cedat posteriori. f Nam
fieri potest, vt prophetarum singuli per partes
prophetent: vt vniuersi discant dum alios au-
diunt, atque item vniuersi suo ordine cohor-
tentur, dum ipsi prophetant. g Et omnino in
voluntate est prophetarum, vt liberè possint
quando opportunum est, suæ prophetiæ illumina-
tionem loqui, & quando opportunum tacere,
neque vt arreptitij omnino coguntur. h Alio-
qui deus sæpenumerò dissentionis foret au-
thor, qui tamen est deus pacis: quemadmodum
& in aliis omnibus sanctorum ecclesiis prædico.
i Quantum ad sexum muliebrem atinet in
conuentu fidelium solemnem, vbi adsunt viri fi-
deles, mulieres non loquantur: aliquo pacto.
k Non enim propter verecundiam subiectio-
nis, permittitur eis loqui in ecclesia: quemad-
modum in libris Moyse in ipso Genesis initio
de mulieris subiectione legimus quum sub vi-
ri potestate constituitur. l Neque interrogare

quisque vestrum psalmũ
habet, doctrinam habet,
apocalypsim habet, lin-
guam habet, interpreta-
tionem habet, omnia ad
ædificationem fiant.

a siue lingua qui loqui-
tur, secundum duos, aut
vt multum tres, & per
partes:

b & vnus interpretetur.
c Si autem non fuerit in-
terpres, taceat, in ecclesia
autem sibi loquatur, &
deo.

d Prophetæ autem duo
aut tres dicant, & cæte-
ri diiudicent:

e quòd si alij reuelatum
fuerit, sedenti, prior ta-
ceat.

f Potestis enim omnes
per singulos prophetare
vt omnes discant, & om-
nes exhortentur.

g Et spiritus prophetarum
prophetis subiectus est.

h Non enim dissentionis
est deus, sed pacis: sicut &
in omnibus ecclesiis san-
ctorum doceo.

i Mulieres in ecclesiis ta-
ceant.

k Non enim permittitur
eis loqui, sed subditus esse:
sicut & lex dicit:

l Si quid autem volunt

*discere, domi viros inter-
rogent:*

*a turpe est mulieri loqui
in ecclesia.*

*b An à vobis verbum
dei processit? aut in vos so-
los peruenit?*

*c Si quis videtur prophe-
ta esse, aut spiritualis, cog-
noscat quæ scribo vobis,
quia domini sunt man-
data.*

*d Si quis autem ignorat,
ignorabitur.*

*e Itaque fratres, emula-
mini prophetare:*

*f & loqui linguis, nolite
prohibere.*

*g Omnia autem honestè
& secundum ordinem
fiant in vobis.*

TEXT. CAP. XV.

*a Notum autem vobis
facio fratres euangelium
quod prædicaui vobis,
quod & accepistis, in
quo & statis, per quod &
saluamini:*

*b qua ratione prædicau-
erim vobis, si tenetis, nisi
frustrà credidistis.*

fas est eis publicè, in ecclesia: domi viros suos interrogent, si quid volunt discere. a Omni-
no enim turpe est mulieri (vt pote personæ sub-
iectæ) in ecclesia fidelium loqui: sed propter
verecundiam, in publicis conuentibus magis
conuenit filere. Quid verò audēt quidam ob-
sistere ordinationibus apostolicis, propter tu-
morem mundanæ scientiæ? b An à vobis pri-
mitus verbum dei cœpit, aut ad solos vos per-
uenit: vt velitis vos respuere, quæ ceteræ om-
nes fideles tenēt ecclesiæ? c Quòd si quis ha-
betur inter vos, aut propheta, aut spiritualis in
diuinis rebus edoctus: dispiciat & consideret,
quoniam secundum deum, & à deo sunt man-
data hæc, quæ trado vobis. d Si quis autem
per crassam suam negligentiam, aut contem-
ptum, ignorat quæ non sunt ignoranda, illum
quoque non agnoscet deus, vt admittat eum in
gloriâ suam. e Itaque (vt hanc materiam con-
cludendo, finiam) prophetiæ donum, tanquam
simpliciter melius & vtilius, suadeo magis de-
siderandum, magisque pro eo assequendo ela-
borandum. f Veruntamen neque prohiben-
dum est linguarum donum, quum & ipsum sit
bonum. g Tantùm, vt omnia decenter & bo-
no ordine absque confusione fiant inter vos.

ELUCIDATIO CAP. XV.

HIs itaque prioribus dissolutis quæstioni-
bus, & factis ordinationibus ad magnum
resurrectionis mysterium volumus acce-
dere. a Ac primū quidem, pro huius dogma-
tis constabitione, notum facio vobis de præ-
dicatione euāgelij quod prædicaui vobis, quod
per fidem acceptastis credentes, in qua etiam
nunc perseueratis, in suscepta semel fide bene
stabiles, & per cuius fidem spem habetis salutis
vestræ. b Notum, inquam, vobis facio, qua ra-
tione euangelium illud prædicauerim vobis,
quoniam non rationibus humanis, sed virtute
diuina, si modò ea ad huc tenetis, & in eis per-

seueratis, quæ per me ex deo vobis sunt annuntiata. Frustra enim fuerit, semel fidem Christi suscepisse, si semel credita iam respueritis. a Inter prima enim & præcipua edocui vos, quemadmodum & ego à deo fui edoctus, quoniam Christus iuxta scripturarum veterum testimonia, pro peccatis nostris mortuus est, ac deinde sepultus: post quæ, tertia die resurrexit à mortuis iuxta scripturarum sanctorum de eo prædicta testimonia. b Et in fidei confirmationem, apparuit Petro, & vndecim discipulis in vnum congregatis, propter metum Iudæorum. c Et deinceps simul congregatis fidelibus in Galilæa, plusquàm quingentis. Quorum multi, etiam nunc sunt superstites, multi verò obdormierunt in domino. d Visus est in super Iacobo, item discipulis atque apostolis omnibus, in ascensione sua. e Postremo & ego post ascensionem, velut in tempestiue, vidi dominum, quemadmodum solet abortiuus foetus tempore non congruo emitti. f Ego si quidem hac consideratione, infimus sum apostolorum, indignus apostoli nomine, quantum ex me quidem fuit: propterea quòd persecutus sim ecclesiam dei. g Attamen qui ex me nihil sum, per dei gratiam sum id quod sum, nempe Christo nunc credens, & apostolus, & gratia eius in me non fuit otiosa sine operibus, sed plus, cæteris omnibus, eam laboravi in opus expendere. h Non autem ego hos labores, quasi ex me peregi: sed per me dei gratia, cui ego per concessam mihi arbitrij liberi potestatem, viriliter cooperor. i At verò, his omisis, parum refert, siue nos, siue cæteri apostoli plus prædicauerimus: certum est, quod sic nos vt veri apostoli prædicauimus, vt supra notum fecimus vobis & vos illa rectè credidistis. k Si autem prædicamus Christum, nos apostoli à mortuis resurrexisse: quæ est hæc quorundam audacia, vt audeant inter vos fideles

K ij

a Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas:

b & quia visus est Cepha, & post hæc vndecim:

c Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt.

d Deinde visus est Iacobo, deinde apostolis omnibus.

e Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi.

f Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei.

g Gratia autè dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi.

h Non ego autem, sed gratia dei mecum.

i siue enim ego, siue illi, sic prædicauimus & sic credidistis.

k Si autè Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis,

quoniam resurrectio mortuorum non est.

a Si autē resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit.

b Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fidei nostra.

c Inuenimur autē & falsi testes dei, quoniā testimonii diximus aduersus deum, quod suscitauerit Christū, quē non suscitauit, si mortui nō resurgūt.

d Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

e Quid si Christus nō resurrexit, vana est fides vestra.

f Adhuc enim estis in peccatis vestris.

g Ergo & qui dormierūt in Christo, perierunt.

h Si in hac vita tantū in Christo sperātes sum⁹,

miserabiliores sumus omnibus hominibus.

i Nunc autē Christus resurrexit à mortuis,

k primitiæ dormientium:

l quoniam quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū.

asserere, non futuram resurrectionem mortuorum hominū ceterorum? a Ablata enim mortuorum resuscitatione aufertur & Christi resurrectio. Quoniam Christi resurrectio, efficiēs causa est resuscitationis mortuorum. b At si Christus concedatur non resurrexisse consequitur stultam & vanam fuisse prædicationem nostram, ac proinde & falsam fuisse fidem vestrā, vt pote qua falsæ nostræ prædicationi assenseritis. c Insuper & nos demōstramur falsum testimonium dixisse aduersus deum prædicantes de eo & attribuentes illi quod veritatis non esset. Prædicauimus enim Christum à patre suo suscitatum: quod falsum comprobatur, si mortuorū negetur resurrectio. d Nam consequitur optimē, si nec resurgant, nec sint resurrecturi aliquando mortui, neque ipse quidem Christus olim surrexit. e Hoc autem si admiseritis, colligitur, nullum vos è fide vestra fructum percepisse. f Nondum enim dimissa sunt vobis per fidem peccata vestra si fides vestra vera non sit. g Rursum consequitur, fideles qui in fide Christi dormierunt, prorsus perisse, sicut beluas, nullam vltra bonorum operum mercedem expectantes. Quæ omnia fideles vos, quomodo tam absurda feretis? h Profectō, si nos qui quotidie propter fidem Christi affligimur & mortificamur, sperantes essemus in Christo, solum in hac vita, in ea expectantes retributionem, ex iis quæ in hac vita existunt non expectando futura cælestia bona, essemus planè omnibus hominibus miserabiliores, & infeliciores: vt pote, qui & presentibus & futuris gaudiis priuaremur. i Nunc autem vera fides hæc est, quod Christus surrexit morte deuicta, k inter omnes mortuos primus ipse & præcipuus, tanquā primogenitus in multis fratribus. l Ita enim dicebat, per vnum hominem resurrectionē fieri mortuorum, quomodo per vnum hominem ceteri omnes facti sunt carnis

debitores. a Et sicut in Adam omnes mortui
 fumus: ita in Christo vitam resumemus eter-
 nam. b Vnusquisque tamen in suo resurget
 ordine, status conditionis, atque meriti. Primi-
 tius Christus, qui singulari gloria præ omni-
 bus, tãquam primogenitus, resurget gloriosus.
 Deinde fideles eius, qui eius aduentum creden-
 tes expectauerunt, cum spei desiderio, ac studio
 bonarum operationum. c Post resurrectionem
 autem completam mortuorum, erit munda-
 nã mutabilitatis, & seculi cõsummatio: quan-
 do penitus hoste subactõ, filius patri regnum
 beatorũ pacatum reddet, plenum, atque quie-
 tum, d euacuatis omnibus officiis, principa-
 tuum, potestatu, virtutum (tam quo ad bonos,
 quã quo ad malos angelos) quandoquidem
 nullius eiusmodi ministeriis vltra opus erit.
 e Oportebit autem illis regnum perdurare eo-
 usque vt tandem perfecta subiectione, omnes
 inimicos suã ditioni & potestati, siue volunta-
 rios, siue coactos perfectẽ subiiciat. f Omniũ
 verò postrema, destruetur terribilis mors, ita
 vt sanctorum nulli deinceps noceat. g Omnia
 enim pater (iuxta scripturam) subiecit ditione
 filij sui. h Constat verò, cùm omnia dicit, om-
 nia subiecta esse filio, excipi à subiectione,
 patrem, qui filio subiecit omnia. i Cùm au-
 tem cetera omnia fuerint filio à patre subiecta,
 erit tunc & ipse filius (quatenus secundum hu-
 manitatem minor est) subiectus patri suo, vt sit
 deus vnus omnia implẽs, & omnia in omnibus:
 quod non esset, si filij regnum diuisum à patris
 fingeremus imperio, & diuersos deos fingerem-
 us, patrem atque filium. k Rursum si resur-
 rectionem non creditis vel illorum vos fiducia
 confundat, qui tantum resurrectioni tribuunt:
 vt eius spe, etiam pro mortuis olim sine bap-
 tismo amicus, iudicauerint viuos baptizandos.

l Quorsum verò hoc facerẽt, si resurrectionis
 spem non haberent? Licet enim in parte aliqua

a Et sicut i Adã omnes
 mortui sunt, ita & in Chri-
 sto omnes viuificabuntur.

b Vnusquisque autem in
 suo ordine.

Primitiẽ Christõ, deinde
 hi qui sunt Christi, qui in
 aduentu eius crediderunt:

c Deinde finis,

cũ tradiderit regnum deo
 & patri:

d cùm euacuauerit om-
 nem principatum, & po-
 testatem & virtutem.

e Oportet autẽ illum re-
 gnare, donec ponat omnes
 inimicos sub pedibus eius.

f Nouissimẽ autẽ inimi-
 ca destruetur mors.

g Omnia enim subiecit
 sub pedibus eius.

h Cùm autem dicat: om-
 nia subiecta sunt ei, sine
 dubio, præter eũ qui sub-
 iecit ei omnia.

i Cùm autem subiecta
 fuerint illi omnia, tũc &
 ipse filius subiectus erit il-
 li, qui subiecit sibi omnia
 vt sit deus omnia in om-
 nibus,

k Alioquin quid faciẽt
 qui baptizãtur pro mor-
 tuis?

l Si omnino mortui non
 resurgunt, vt quid & ba

a Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes.

b Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginē caelestis.

c Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnū dei possidere nō possunt: neque corruptio incorruptelā possidebit.

d Ecce mysterium vobis dico.

e Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur.

f In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.

g Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti,

h & nos immutabimur,

i Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc, induere immortalitatem.

k Cū autē mortale hoc induerit immortalitatem, tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam.

l Vbi est mors, victoria tua?

vbi est mors, stimulu^s tuu^s?

m Stimulus autem mortis, peccatum est:

a Illi primo terreno cōformes sunt, omnes terreni: Caelesti huic, nēpe Christo, ad similibuntur omnes caelestes, qui sunt de caelo regenerati, spiritu eodem. b Quo vt pertingere valeamus, fratres mei, certemus nunc Christi imaginem & similitudinem bonis actibus exprimere, quemadmodum hactenus vita mala, veteris Adā imaginem: in nobis ipsi portauimus, illisque secundum animalem & carnalem vitam concupiscētiā nostrē assimilati sumus. c Hoc autem idcirco dixerim, quoniam qui secundum carnem, & desideria mala concupiscētiā viuunt, regnum dei non possidebunt: neque qui corruptē vixerit, poterit immortalitatem gloriosam adipisci. d Ecce altius vobis super modo & ordine resurrectionis, pando mysterium. e Omnes quidem omnino resuscitabimur, boni atque mali, & ad vitā vniuersi reuocabimur, sine exceptione: at non ita omnes per gloriam immutabimur. f Cōplebuntur omnia in momento, in oculi ictu, tubae nouissimae sonitus ministerio. g Facto nanque tubae signo, mortui resurgent integri, & in membris completi, nullam posthac mortem visuri. h Specialiter autem iusti ac boni (de quorū numero etiam me fore confido) ad gloriam immortalitatis atque impassibilitatis immutabuntur. i Oportet enim corpus hoc, quod nunc est corruptibile, ornari tunc incorruptibilitate, & quod nunc est mortale, vestiri immortalitate. k Cū verō mortalitate exuta, corpus hoc factū fuerit immortale, tūc impletus erit scripturae sermo, qui dicit mortem per Christi victoriam deuictam atque cōtritam. l Nunc igitur o mors tu, quae soles dominari omnibus, vbi nunc est tua illa victoria, qua soles super omnes triumphare? vbi est nunc o mors, gladius ille quo soles occidere animas? Certē Christus vtrumque destruxit, per mortē suam. m Gladius enim quo interficitur anima eique vita aufertur, peccatū est.

a Lex verò ad eò non abstulit, neque mortem, neque peccatum stimulum eius, vt ipsa etiam per occasionem increſcerit peccata. b Iuxta veritatè ergo, deo agamus gratias, qui per dominum nostrum Iesum Christum filium suum nobis perfectam fecit victoriam, à peccato & eius pœna, morte æterna, nos liberans. c Tandem igitur concludens, moneo vos fratres mei dilecti, vt stabiles in fide sancta permaneatis, neque vlllo pacto amoueamini ab eo in quo státis firmo fidei fundamèto proficientes semper in omni opere quod placitum est domino. d Iam enim cõprobatum est, & scitis ipsi: quia labor vester quem in bonis operibus impèditis, non erit sine mercede, in nouissimo die. Quod consequeretur indubiè, si resurrectionis fidem negaremus, quam nos confirmauimus.

ELUCIDATIO CAP. XVI.

Da E collectione autem pecuniarum, quæ fit pro sanctorum necessitatibus: sicut ordinauit in ecclesiis Galatiæ, sic etiam inter vos facite, prima die septimanæ, id est, dominica die, quæ est prima post sabbatum. b Et vt omnis tollatur suspitio malæ conseruationis, singuli apud se seponant, quod sibi iuxta deum fuerit visum distribuere in pauperes: ne tunc sit colligenda adhuc eleemosyna, quãdo præsens adero vobis: quæ res & in grauamen vestrũ cederet, & Pseudo apostolis calumniãdi occasionem maiorè daret. c Cum verò ad vos venero, epistolis datis ad apostolos in Hierusalem, mittam viros quos mihi probatos indicabitis: ad perferendam hanc eleemosynam. d Quòd si dignum visum fuerit atque cõsultum vt ego ipse deferam, ibunt mecum illi fide digni, vt pariter eleemosynam istam deferamus in Hierusalem. e Veniam autem ad vos, vbi Macedonia pertransiens visitauro. Nam statui Macedonia pertranſire. f Cùm autè ad vos venero, decreui apud vos aliquantum tẽpus com-

a virtus vero peccati lex.

b Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriã, per dominum nostrũ Iesum Christum.

c Itaq; fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semp:

d scientes, q labor vester non est inanis in domino.

TEXT. CAP. XVI.

a De collectis autè q̄ fuit in sanctos, sicut ordinari in ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite p̄ vnã sabbati.

b Vnusquisq; vestrum apud se seponat, recõdens quod ei bene placuerit: vt non cùm venero, tunc collecta fiant.

c Cũ autè præsens fuero, quos pbaueritis per epistolas, hos mittã p̄ferre gratiam vestrã in Hierusalẽ.

d Quòd si dignũ fuerit, vt ego eam, mecum ibunt.

e Veniã autè ad vos cùm Macedonia pertransiero: nam Macedonia pertransibo.

f Apud vos autem forsẽ tam manebo, vel etiã hyc manabo: vt vos me deducatis quocunq; iero.

a Nolo autem vos modò in transitu videre: spero enim me aliquantulū tēporis manere apud vos, si domino permiserit, permanebo autem Ephesi, vsque ad Pentecosten.

b Ostiū enim mihi apertū est magnū & euidentē & aduersarij multi.

c Si autē venerit Timotheus, videte, vt sine timore sit apud vos.

d Opus enim domini operatur sicut & ego, ne quis ergo illum spernat.

e Deducite autem illū in pace, vt veniat ad me.

f Expecto enim illū cum fratribus.

g De Apollo autem fratre, vobis notū facio, quoniam multū rogauī eū, vt veniret ad vos cū fratribus, & vtiq; nō fuit voluntas eius, vt nūc veniret: Veniet autē cū ei vacuum fuerit.

h Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini:

i omnia enim vestra in charitate fiant.

k Obsecro autē vos fratres, nostis domū Stephanæ & Fortunati, & Achaici, quoniam sunt primitia Achaia, & in ministeriū sanctorū ordinauerūt seipsos, vt & vos subditi sitis eiusmodi, & om-

morari, aut etiam profusus hyemare: vt vobis comitantibus, pergam, quocūque mihi fuerit eundem.

a Non enim volo vos hac vice, transiundo tantum videre: sed spero me aliquantulum temporis vobiscum commoraturum, si sic domini fuerit voluntas. Permanebo autem Ephesi, vsque ad Pentecosten.

b Multorum enim animos, hoc in loco, ad Euangelij susceptionem paratos inuenio: & clara videtur ac certa spes fructus, quē hic possum efficere: & aduersarij multi sunt, qui profectū nostrum & illorum impedire conātur, quibus omnino necesse erit resistere.

c Interim, si Timotheus ad vos venerit, videte, vt ab iniurijs seruetis eum securum.

d in dei enim opere sollicitò laborat, sicuti & ego. Propter quod ne quis eum parui aestimet, reiciat, aut contemnat: Magis autem honesto ac tuto comitatu, e propter honorem euangelij, quod prædicat, illum deducite, vt ad me veniat.

f Expecto enim aduentum eius, vnā cum fratribus.

g De Apollo autem fratre, scitote me plurimum rogasse eum, vt vnā cum alijs fratribus ad vos pergeret. Hac autem in parte, non acquieuit petitioni meæ, vt modò ad vos pergeret. Venturam autem se est pollicitus, cū sibi opportunum videbitur, & magis expediēs.

h Vos interim vigilantes & attentī estote, firmi state in fide recta, viriliter operemini quæ bona sunt, & in omni bono corroboremīni.

i Super omnia autem quæcunque facitis in dei amore, & pacifica adinuicem charitate, facite.

k Oro autem vos fratres, quoniam nostis familiam Stephanæ fidelissimæ matronæ, & Fortunati & Achaici: quod sint præcipui & primi inter Christianos vniuersæ Achaia: & vltro ne seipsos obtulerunt, ad ministrādum sanctorum necessitatibus: vt eiusmodi hominibus defertis, & eos reueramini. Neque his modò, verum etiam omnibus qui inter vos, zelo fidei, nobis cooperātur, & laborant in negotio euan-

gelij. a Gaudium verò magnum & consolati-
 onem, mihi adfert istorum præsentia, nempe
 Stephanæ, Fortunati, & Achaici: quoniam ve-
 strum omnium loco quod mihi deerat supple-
 uerunt. b Meum enim spiritum præsentia hu-
 manitatis suæ plurimum recrearunt: & (quia
 meum gaudium vestrum est) simul etiam re-
 focillarunt spiritum vestrum. c Eos ergo qui
 tales sunt, agnoscite: vt eos in omni reuerentia
 & honore habeatis. d Saluto vos ego Paulus,
 omnium ecclesiarum nomine, quæ sunt in A-
 sia. Salutant vos in domino multum Aquila &
 Priscilla, cum domestica eorum familia, apud
 quos hospitor. Salutant vos, omnes qui mecum
 sunt fratres. e Salutate vos inuicem, in spiritu
 veritatis & pacis, in osculo sancto & amore
 sincero, atque immaculato. Salutatio mea, ma-
 nu Pauli. f Si quis non amat dominum no-
 strum Iesum Christum, sit execratus in aduen-
 tu domini. g Gratia domini nostri Iesu Chri-
 sti vobiscum. h Charitas, qualem ego ad deum
 & erga vos habeo, sit cum omnibus vo-
 bis, vt inuicem diligatis, quomodo ego
 vos diligo, in veritate, in Christo
 Iesu, Amen.

*Finis Elucidationis in epistolam ad
 Corinthios priorem.*

ni cooperati & laborati.
 a Gaudeo autem in præsen-
 tia Stephanæ, & Fortu-
 nati, & Achaici, quoniam
 id quod vobis deerat, ipsi
 suppleuerunt.

b Refecerunt enim &
 meum spiritum & vestrum.
 c Cognoscite ergo qui e-
 iusmodi sunt.

d Salutant vos omnes ecclesie
 Asiæ. Salutant vos in do-
 mino multum Aquila &
 Priscilla cum domestica sua
 ecclesia apud quos hospo-
 spitor. Salutant vos om-
 nes fratres.

e Salutate inuicem in o-
 sculo sancto. Salutatio
 mea manu Pauli.

f Si quis non amat domi-
 num nostrum Iesum Christum,
 sit anathema, marâtha.
 g Gratia domini nostri
 Iesu Christi vobiscum.

h Charitas mea cum om-
 nibus vobis in Christo Ie-
 su, Amen.

✱ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM
in epistolam ad Corinthios posteriorem
beati Pauli Apostoli.

3
Crisperat Apostolus, suis quos ad Christum conuerterat Corinthiis, obiurgatoriã epistolam: in qua multa illorum vitia, seuera satis increpatione redarguerat. Corinthij verò quasi bonæ obedientiæ filij, accepta apostoli sui epistola, ad pœnitentiam compuncti quæcunque ille corripiisset, studiosè emendabant. Ita, vt(iuxta Apostoli præceptum) fornicarium illum ab ecclesia eiicerent, & cætera item de quibus instructi erant, iuxta quod oportebat, corrigerēt. Gaudens ergo de illorum pœnitentia Apostolus, cōsolatoriam eis scribit hanc secundam epistolam. Ac primùm quidem, suarum tribulationum magnitudine enarrata, & diuina protectione annexa, ad sui excusationē procedit, rationem reddens, cur sicuti pollicitus fuerat, ad eos nōdum venisset: neque leuitati hoc neque in stabilitati ascribendum declarans, sed ad parcendum imis, id est, ne seuerius in eos agere cogeret, si præsens illis nōdum emendatis aduenisset. Optabat autem magis, vt quum ad eos adueniret, in gaudio id fieret, non in tristitia, qua se tum afflictum fuisse plurimum narrat, cū post audita Corinthiorū peccata, priorem describeret epistolam. Quomodo autem seueritate iustitiæ, peccatorē illum fornicarium iusserat Satanæ tradi, in carnis interitū: Ita ex aduerso emēdatum & pœnitentē, modò recipi iubet, in gremiū & vnitatē ecclesiæ: ne fortē per astutias Satanæ, illius spiritum contingat per desperationē, in damnationē pertrahi. Deinde fructū adiungit multiplicem & copiosum, veræ sinceræque prædicationis suæ, per quã, Christiani nominis odorem deus faciebat in omni loco manifestum. Atque hæc quidem, prioribus duobus capitulis. Mox aduersum Pseudoapostolos suam gloriationem instituit gloriam noui testamenti & ministrorum eius, gloriæ veteris testamenti (quod erat tanquam imperfectum suo tēpore euacuandum) præponens. Cuius rei occasione, de Moyfi velamine & Iudæorum obtusitate atque cæcitate quædã interserit. Atque hæc capite tertio. Propter huius autem tam gloriose administrationis munus sibi creditū ex misericordia dei, omni se cura dicit etiã ex occultissimis cordis, scdã quæque abiicere: ita vt nec in corde quicquam sit astutiæ aut calliditatis, & in conuersatione omniū se cōscientis reddat cōmendatum. Neque quicquam se commoueri iis quas pro Christo patitur corporis miseris & afflictionibus (quas etiam cum gloria recitat) propter Christi adiutorium, & interioris hominis profectū: sciēs quonia, quantò exter-

nus homo, id est, caro passibilis, persecutionibus corrumpitur, tantò spiritus amplius virefcit interius, præterea quæ ex passionibus istis expectat, venturæ retributionis sempiterna præmia. Ad quæ suspiras quinto capite, spei suæ confessione proficitur gloriationis quoque beatorum, tam in anima quàm in corpore astruit mysterium. Cuius spe & expectatione, se dicit etiã dum in corpore peregrinatur, licet absens sit secundum corporis conuersatione à domino, semper tamen conari ad placendum illi, vt cum exhibitus fuerit ante tribunal Christi (ad quod omnes asserit manifestados) beatitudinis tunc gloria dignus inueniatur superuestiri. Ad quod etiã, quantum in se est, omnes cupit propter charitatẽ Christi, quæ illum urgebat adducere. Ob hoc quod sexto capite, quasi dei cooperatore, legatione fungens pro deo, omnes hortatur, vt tempus salutis modò propositum, fidei deuotione acceptare velint. Se verò, ne fortè prædicationi huic vllũ præbeat impedimentũ, ab omni eo cauere asserit, in quo vituperari possit prædicationis ministeriũ, imò propter eius fidelẽ adimplentione, omnia se sustinere corporis incõmoda, libetissimo animo, profiteretur: quæ & particulatim enumerat, veluti per catalogum recensens, & quanta patitur, & quibus modis quibusue armis aduersus ea se defendat. Atque hinc, in fine sexti capitis, ad effectuosam exhortationem se conuertens, eos vt sibi charissimos obtestatur, ne cum in fidelibus participet, in iis quæ sunt erroris, aut periculi: eo quòd populus dei sint, inter quos deus inhabitet, atque inambulet. Propter quòd etiã sexto capitulo sermonẽ exhortationis cõtinuans, omni cura eos iubet cordis munditiã quærere, quã Pseudoapostoli prorsus negligebant, exteriori simulatione sanctitatis contenti. Mox autè post septimi capitis principium, post breuiter expositã quã passus fuit in Macedonia tribulatione, consolatione aperit, qua se consolatum fuisse cõmemorat ex aduẽtu Titi, qui ab illis ad apostolum iam redierat, Qui apostolo narras illorum penitentiam, & promptissimũ ad obediendum in omnibus animũ, summũ quoque erga Paulũ præceptorẽ amoris affectũ, miro gaudio eum latificauerat. Atque etiã in eo, quod Titũ à se missum, multa humanitate & benignitate, in præceptoris reuerentiã & gloriã excepissent. Post hæc octauo capite, exẽplo Macedonũ (quorum in summa penuria & tribulatione maxima, mirã liberalitate cõmemorat) Achaicos ipsos prouocat, ad faciendum sanctis Hierosolymitanis elemosynã: cui rei gratia, se Titũ atq; alios duos probate fidei fratres, dicit misisse. Neq; verò id facit Paulus quasi per imperiũ quenuquã cogere volens, sed quasi cõsulẽs, quod illis est utile: vt exẽplo Christi, misericordiã præstet, iis qui misericordia opus habet. Atque hæc quidẽ cõsultat suadetque. 8 & 9 cap. Quoniã verò licet emendati essent in pluribus Corinthij, videbantur tamen doctores adhuc inter se, tolerare non synceros & Pseudoapostolos: qui quæstus gratia,

ARG. IN EPIST. II. AD CORINTH.

vel secundū seculi sapiētiā, vel secundū legis obseruantia docebāt, ex quib^o eis periculū erat corruptionis à sinceritate fidei, qui Paulo citiq; authoritati multis modis derogabāt, seipos verò mirè iactabāt: idcirco aduersum hos ad retūdendā illorū superbiā, in sequentibus fortiter agit. Ac primū quidē capite decimo per Christi modestiā eos obsecrat, in sancta fide & obediētia sic persistere, vt non cogatur suā vltionis seueritatem in eos exercere: quā vltionis potestate, nōnulli in eo falsō calumniabātur audaciā, dicētes illū vt carnalē hominē gloriā quærere, & nihil nisi audaciam prætere absente, quū præsens totus esset vilis & contēptibilis. Cōtra quos agēs protestatur se corā deo ambulātem, & præsentem & absente semper sui similem esse, spiritualē quoque se esse non carnalē & armis spiritualibus non carnalibus, omnia agere, quāquā & posset (si vellet) etiā secundū carnē gloriari, cum illis suis obreptatoribus Pseudoapostolis, quū & in illis gloriari nō erubescbāt, quæ extra ipsorū essent regulā, quod à se Paulus dicit alienū, qui in solo domino fatetur gloriari. Post hoc, cap. 11. cōpulsus necessitate, ppter Pseudoapostolos, aduersus illorū insipientiā suā, opponit gloriā. Primū quidē se excusans, de eo quod forsā illos potuisset offendere, quoniā videlicet ab Achaicis stipendia noluisse accipere, quod se dicit propter Pseudoapostolorū malitiā nō propter discipulorū odiū, omisisse: deinde necessitatē gloriationis suæ iterū protestatus: primū quidē in iis quæ carnis sunt gloriatur, de genere, de lege, ac similibus deinde in iis quas pro Christo pertulit, passionibus, quū illi nihil pro Christo, vel minimū aliquādo passi fuissent. 12. verò capite, etiā ad altiora priuilegia, per gloriā (sub aliena tamen persona) pergit recitāda, & stimulo carnis sibi ad humilitatis custodiā dei prouidētia dato, cōmemorat: rursūque in infirmitatibus sibi cōplacet. Post quæ omnia (ne fortē quis scandalizetur in eius gloriatione) eius necessitatē iterū replicat: eo quod suū præceptorē & apostolū illi non defenderēt, contra Pseudoapostolos, vt debebāt. Postremò, circa finē capitis duodecimi, & capite toto decimotertio, timens ne non omnes adhuc sint emēdati, seuerē edicit vt si qui adhuc emēdati non sunt, quātocius corrigere se studeāt, antequā ipse præsens adueniat, & suæ vltionis seueritatem in eos exercere cogatur: id quod se minimē petere declarat, modò ipsi corā deo probati appareāt. Aut enim se non tyranni more quærere vlciscēdi occasionē, sed patris affectū illorū bonā & probatā conuersationē, pro qua etiā sedulo orare deum se testatur: seq; ob hoc nūc absente scribere durius, vt non præsens seuerū se in vlciscēdo exhibere cogeretur. Post omnia, gaudere eos semper iubens, & pacem sectari, ita claudit Epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPI-
stolam ad Corinthios posteriorem.

ELVCIDATIO IN EPI-

TSOLAM AD CORINTHIOS

posteriorem beati Pauli
apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



D^a AVLVVS Apostolus Iesu Christi, secundum voluntatem dei, & Timotheus frater: salutem dicunt ecclesie dei quæ est Corinthi congregata, pariter & omnibus in vniuersa Achaia fidelibus. **b** Sit vobis gratia & comes illi pax, à deo patre omnium nostrum, & domino Iesu Christo. **c** Benedictus sit deus, & pater domini nostri Iesu Christi, pater ille à quo omnis misericordia, & deus à quo omnis vera consolatio: **d** qui consolatur nos in omni tribulatione nobis obuiente, in hoc, vt nos item consolari valeamus quoslibet in pressura constitutos per exhortationem consolationis eius, quam ipsi à deo accepimus. **e** Quoniam sicut ob amorem Christi, passionibus aggrauamur in corpore, sic & abundantius consolationem spiritus, per Christum accipimus. Quicquid autem de nobis agitur, deo dispensante, ad vestram agitur utilitatem. **f** Nempe si tribulamur, ad vestram id exhortationem atque salutem perimitit deus, vt nostro exemplo exhortemini & confirmemini ad patientiam. **g** Siue consolationem accipimus, & hoc ipsum ad vestram consolationem siue exhortationem à deo internam accipimus, & illud quoque ad vestram fit exhortatione & salutem. **h** Que quidem consolatio atque exhortatio, vos facit valentes, ad easdem passionēs tolerandas, quibus & nos præmimur: **i** vt hac de causa

TEXTVSEPISTOLAE POSTERIORIS ad Corinthios beati Pauli Apostoli.

TEXT. CAP. I.

P^a AVLVVS Apostolus Iesu Christi, per voluntatem dei, & Timotheus frater, ecclesie dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia, **b** gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. **c** Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, **d** qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo. **e** Quoniam sicut abundant passionēs Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra, **f** siue autē tribulamur pro vestra exhortatione & salute, **g** siue cōsolamur pro vestra consolatione, siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute: **h** que operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur, **i** vt spes nostra firma sit pro

vobis, scientes quòd sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.

a Nō enim volum⁹ ignorare vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniā supra modū grauati sumus supra virtutem, ita vt taderet etiā nos viuere:

b sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus,

c vt non simus fidentes in nobis, sed in deo, qui suscitatur mortuos:

d qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit, in quē speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione, pro nobis: e vt ex multarum personarum facierum eius quæ in nobis est donationis, per multos gratia agantur pro nobis.

f Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quòd in simplicitate cordis, & sinceritate dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. g Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & cognouistis.

h Spero autem q̄ vsq; in finem cognoscetis sicut & cognouistis nos ex parte:

meritò firmam spem de vobis cōcipiam quòd consolationis spiritualis aliquādo eritis participes, sicut nunc mihi estis in tribulationibus socij. Quibus enim communis est afflictio, eisdem esset communis post afflictionem consolatio. a Volo autem scire vos, quantam in Asia tribulationem sustinuerimus, vbi excessiuè admodum, onus graue tribulationis sustinuumus, supra humanas vires: adeò vt nec liberet nobis vltra viuere, atque (etiam si libuisset) spes nulla videretur reliqua. b Quin & ipsi intra nosmetipsos existimauimus, mortem nos humanitus non posse euadere, quasi mortem videntes in proximo. c Atque in illud tantum discrimen venire nos permisit deus, vt discamus nobismetipsis (id est nostris viribus & consiliis) nihil fidere: sed spem omnē in deo habeamus, qui & mortuos suscitare potens est, d qui ipse de tantis nos mortalibus periculis, & liberauit & liberat, & (quem admodum speramus) in posterum liberabit, adiutorio precum vestrarum quas pro nobis ad deū effunditis: e vt de dono gratiæ suæ quæ in nos confert, per multos, & multis personis diuersarum conditionum atque statuū, agantur gratiæ deo, pro nobis. Oratorum autem vestrarum suffragia fidenter deposcimus, & apud deum exaudiri confidimus, f quoniam gloriamur in testimonio bono quod nobis perhibet conscientia, in spiritu sancto, in eo quod simplici & integro corde, coram deo, & non per carnalē sapiētiam, sed iuxta gratiam dei, conuersati sumus erga omnes. Peculiariter dico ad vos, à quibus nec stipendium vnquam accepimus laborū, quod ab aliis ecclesiis accepimus. g Quæ autem scribimus vobis, & ex literis nostris olim acceptis, & ex cōuersatione præsentī cognouistis. h Spero autem, quòd & vsque in finem eosdem nos cognoscetis, quem admodum hætenus, ex parte
cœpi-

cepisti nostram conuersationem habere probatam. a Idque ita conuenit, quoniam nos sumus de quibus erit vobis gloriatio in nouissimo die domini nostri Iesu Christi, sicut & nos de vobis gloriabimur. Nos de vobis, quos in fide genuimus: vos in nobis, quos vestrae salutis primos post deum authores habuistis. b Et hac confidentia statueram mecum, priusquam intrarem in Macedoniam, venire ad inuisendum vos: vt secundum visitationis gratiam haberetis, & in aduentu nostro consolationem. c Et per vos transirem in Macedoniam: & sic reuertens, deliberaueram à vobis deduci velle in Iudæam. d Hoc ergo quum prius statuifsem, nunquid leuiter egi mutato consilio? Aut quæ ego statuo, secundum carnem me putatis definire, vt sit in me duplicitas aut instabilitas? e Fidelis autem est deus, nec duplex, nec instabilis, & ad eundem modum sermo noster, quo apud vos Christum prædicans vsus sum, nec duplicitatem, nec instabilitatem habet, sed stabilis est in eo simplicitas. f Nam prædicatio, quam ego & Siluanus & Thimotheus in vobis prædicauimus, de Iesu Christo filio dei, nullam in se habuit duplicitatem, siue instabilitatem: sed Est (hoc est simplex firmitas, & stabilitas) in illo fuit. g Imò quotquot promissiones à deo sunt nobis donatæ, & per nos prædicatæ, per Christum sunt firmæ & immutabiles. h Atque ideò, deo patri per Christum dicimus, Amen. veritati & firmitati omnium consentientes: vt credentes & acceptantes gloriam promissam consequamur. i Qui autem nos pariter & vos in Christo confirmat deus est qui & spiritu sancto suo nos signauit adoptando, tanquam filios dei discernens à filiis diaboli, & eundem nobis in pignus dedit æternæ hereditatis, in intimis nostris. k Ne verò me leuitatis arguatis ob prædicta, & propositi dilationem ascribatis instabilitati: ecce deum

L

a quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die domini nostri Iesu Christi.

b Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundà gratiã haberetis: c & per vos transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

d Cùm ergo hoc voluifsem, nūquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est, & non? e Fidelis autē deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, nō est in illo, est, & non, sed in illo, est.

f Dei enim fili⁹ Iesus Christus qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Siluanū & Timotheū, nō fuit in illo, est, & nō, sed est in illo, fuit.

g Quotquot enim promissiones dei, sunt in illo, est.

h Ideo & per ipsum dicimus amen deo, ad gloriam nostram.

i Qui autē confirmat nos vobiscum in Christo & qui vnxit nos deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.

k Ego autē testem deum

*inuoco in animam meam
quod parcens vobis non
veni vltra Corinthum.*

*a Non quia dominamur
fidei vestra,
sed adiutores sumus gau-
dij vestri.
b Nam fide statis.*

TEXT. CAP. II.

*a Statui autē hoc ipsum
apud me, ne iterum in tri-
stitia venirem ad vos,
b si enim ego contristo vos,
& quis est qui me latifi-
cet, nisi qui contristatur
ex me?
c Et hoc ipsum scripsi vo-
bis, vt non cum venero, tri-
stitiā super tristitiam ha-
beam, de quibus oportue-
rat me gaudere:
d confidens in omnibus
vobis, quia meū gaudiū
omnium vestrum est.
e Nam ex multa tribula-
tione & angustia cordis
scripsi vobis per multas la-
chrymas, non vt contriste-
mini:
f sed vt sciatis quam cha-
ritatem habeam abūdan-
tius in vobis.
g Si quis autem contri-
stauit me, non me contri-
stauit: sed ex parte,
vt nō onerem vos omnes.*

testor futurum iudicem, me hucusque (vt pro-
posueram) Corinthum non venisse, nulla alia
de causa, nisi ob hoc vt vobis parcerem: ne in
multos vestrum, durius necdum emendatos, a-
gere cogerer, si præfens ipse aduenissem.

a Hoc autem dixi, parcere me vobis, non quasi
ratione fidei super vos dominatum mihi ven-
dicans, sed quia minister sum vester, cupiens
vestrum magis adiuuare, quam turbare gau-
dium. b Nam (quod quidē ad fidem attinet)
satis rectē apud vos res habet neque in præsen-
tiam quicquam est, de quo quantum ad ve-
ritatem fidei veniatis arguendi.

ELUCIDATIO CAP. II.

S^a Tatui autem in animo meo hoc ipsum,
nempe in tristitia nolle me venire ad vos
cum iterum aduenero. b Si enim ego vos
contristo, & quis me poterit latificare? Oportet
ergo me vobiscum tristitiam habere, post-
quam ipsi tristes me consolari minimē valeatis.
Nisi qui ex mea correptione salubriter contri-
statur, is lætificare me sua tristitia potest. c Hoc
autem quod statui, etiam scripto indicare vo-
bis curauit, vt non mihi venienti ad vos, accu-
muletur tristitia ad tristitiam: Idque de iis, ex
quibus spiritus meus gaudere debuerat: d dū
confido in omnibus vobis quod meum gau-
dium, omnium vestrum cōmuniter est, quem-
admodum & vestrum, nostrum etiam est gau-
dium. e Nam epistolam illam priorem, ex
multa afflictione & dolore animi scripsi vobis
cum multis lachrymis: non intentione vos con-
tristandi, quasi in vestra tristitia ego gauderem
sed intentione vos perducendi ad emendatio-
nem vestrorum peccatorum. f Ex quo etiam
videre potestis charitatem nostram qua sumus
pro vestro profectu solliciti valdē. g Qui au-
tem me contristauit ex vobis non me in pro-
fundum dimerisit tristitiæ: sed ex parte aliqua,
secundum rationis modum aliis plurimis ex

altera parte me consolantibus ex sua conuer-
sationis bonitate: vt ne videar omnes vos quo-
dammodo accusare & omnibus mea tristitia
causam imponere. a Illi verò qui suo scelere
sic me contristauit, sufficiat obiurgatio com-
munis, quæ est à communitate ecclesiæ, ad cor-
rectionem. b Quæ tamè sic moderetur, vt ex
aduerso remittentes aliquid, etiam consolemi-
ni obiurgatum secundum spiritum: c ne fortè
obiurgatione lacepsitus, neque consolatione
lenitus, absorbeatur abundanti tristitia, in des-
perationis profundum. d Propter quod obse-
cro vos, vt cœptâ in illum charitatem, per cor-
reptionem acriorem, nunc pergatis perficere,
in consolando eundem. e Ideo enim & scripsi
vobis, vt experimentum sumam obedientiæ
vestræ, an in omnibus sitis perfectè obedientes,
nostra iussione parati corripere atque recipere.
f Illud autem scitote, quoniam cuiunque post
peractam pœnitentiam, congregati in nomine
domini donastis remisistisque, veniam dantes,
& ego illud præfens spiritu ratum habeo: &
nunc, istam absolutionem ego ratam habeo, si
eum receperitis. g Nam & si ego aliquid do-
naui, id quod donauit, vice Christi donauit: ne
per nimiam seueritatem sub iustitiæ prætextu,
nos Satanas circumueniat. h Cognouimus e-
nim astutię illius consilia, quibus solet nimiam
austeritatem nonnunquam suggerere prælatis
vt sic in desperationem abducatur, quos benigna
& mitis correptio à morte saluasset. i Quum
venissemus autem Troadem, prædicandi euan-
gelij gratia, & multos viderem ad audiendum
verbum dei paratos: k non potui tamen ha-
bere requiem, in spiritu meo eo quòd Titum
non inuenissem, cuius auxilium mihi erat
necessarium. l Propter quod fratres Chri-
stianos exhortans eisque valedicens, profectus
sum in Macedoniam. m Agimus autem
gratias deo, qui nos semper triumphatores &

a Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc qua fit à pluribus,

b ita vt econtrario magis cõdonetis & consolemini:

c ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est.

d Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.

e Ideo enim scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.

f Cui autem aliquid donastis, & ego.

g Nam & ego quod donauit, si quid donauit, ppter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à satana:

h non enim ignoramus cogitationes eius.

i Cùm venissem autem Troadè, propter euangelium Christi, & ostiũ mihi apertũ esset in domino, k nõ habui requiem spiritui meo, eo quòd non inuenim Titũ fratrem meum.

l Sed valedicens eis, profectus sum in Macedoniã.

m Deo autè gratias, qui

EPIST. II. AD COR.

semper triumphat per nos in Christo Iesu, a & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco:

b quia Christi bonus odor sumus deo, in iis qui salvi fiunt, & in iis qui percuti.

c Aliis quidem odor mortis in morte, aliis autem odor vitae in vitam.

d Et ad haec quis tam idoneus?

e Non enim sumus sicut plurimi,

f adulterantes verbum dei:

g sed in sinceritate, sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur.

TEXT. CAP. III.

a Incipimus iterum nosmet ipsos commendare? Aut nunc quid egemus, sicut quidam, commendatitius epistolis ad

victores efficit in Christo Iesu faciens nos in omnibus superuincere, dantesque nobis corda infidelium iugo fidei eius subicere: a & gratissimum odorem suae cognitionis, famamque sui nominis, per nostrae praedicationis ministerium, manifestat, atque dispergit in omni loco, Iudaeorum & Gentilium. b Nos enim Christi odor sumus, id est, Christi odoriferam famam deferentes, in sensus hominum ante deum utique bonus & suavis, & si mali homines corrupti iudicio, aliter iudicet. Bonum, inquam, fundimus nominis odorem communem omnibus, tam in electis & saluandis, quam in reprobis & perituris, neminem caelantes euangelium. c Veruntamen odor iste, aliis quidem ex ipsorum vitio in mortem cedit: Alij autem est odor bonus ad vitam, qui etiam mortuos, bene acceptatus corde fideli, sufficiat viuificare. d Ad hunc autem Christi odorem ferendum quis ex illis Pseudoapostolis (quos non deus mittit, sed quatenus praedicare facit) tam se idoneum iactet quam nos deus facit idoneos. e Absit autem a nobis, ut tales simus quales (proh dolor) videmus plurimos, sub specie doctorum ambulantes: qui verbum dei, non synceriter nec simpliciter praedicant, propter deum. f Sed cauponantium more commixtum cum humanae sapientiae aut eloquentiae impuritatibus, aut Iudaicarum obseruariarum vanitatibus, ad questum & lucrum praedicant, siue potius vendunt. g Nos vero syncerè, integrè & purè, quemadmodum a deo accepimus coram deo iudice, in Christo (id est, secundum Christi voluntatem, & propter eius amorem) praedicamus, quod nobis est commissum sanctum euangelij verbum.

ELUCIDATIO CAP. III.

S^a Ed nunc iam incipimus nos ipsos iterum commendare? An vero egemus (sicut quidam faciunt) commendatitius epistolis, ab alijs ad vos acceptis, quas nobiscum circumse-

ramus, aut à vobis acceptis, ad alios circūferre? Non vtique. a Epistola enim commendans & testificans apostolatus mei auctoritatem, ac veritatem, vos ipsi estis, quam ego in corde meo descriptam mecum deporto: b quæ epistola intelligitur, & legitur, seu consideratur, ab omnibus hominibus, vestram conuersationem & fidem cōtinentibus: c dum manifestamini, per exhibitionem virtuosæ conuersationis vestræ, quasi epistola sitis, in qua descriptus est Christus, d per nostrum ministerium: scripta, inquam, non atramento, sed spiritu dei viui. e Non in tabulis lapideis (quemadmodū scripta erat lex Moyfi) sed in tabulis, quæ sunt vestra corda, non iam lapidea (quemadmodum adhuc habent increduli) sed mollia & spiritus sancti in inscriptionis bene susceptibilia. f Fiduciam autem talem habemus, & sic confidenter loquimur, vt audeamus asserere quod nostro ministerio hæc sunt peracta, quæ diximus. non quasi per nos ipsos, vel minimum quidlibet cogitare sufficiamus, quasi à nobis ipsis & non à deo, quanto minus grande aliquid operari: sed quicquid possumus & valemus, ex deo habemus vt valeamus. g Qui etiam idoneos nos fecit, administrationi noui testamenti, quod non est in litera situm aut carne, sed in spiritu & veritate. h Nam legis litera, mortis occasionem præbet: spiritus autem nouæ legis, vitam confert credentibus. Hæc autem administratio noui testamenti, magna gloria est eius cui credita est. i Si enim ministratio legis, quæ mortem infert in lapidibus desculpta, literis visibilibus facta fuit cum magna administrantis gloria & claritate, adeo vt non possent filij Israel directo, aspectu intendere in facie Moyfi, præ nimia claritate & gloria, quæ tamen gloria nouæ legis aduentu euacuatur. k Multo igitur magis ministratio nouæ legis, erit cum administrantis spirituali & interna gloria.

L iij

vos, aut ex vobis?

a Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris,

b quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus,

c manifestati quoniã epistola estis Christi,

d ministrata à nobis, & scripta nõ atramento, sed spiritu dei viui:

e non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

f Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, nõ quod sufficere simus aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.

g Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nõ litera, sed spiritu.

h Litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

i Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt nõ possent intendere filij Israel in facie Moyfi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur:

k Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?

a Nā si ministratio dam-
nationis in gloria est,

b multò magis abundat
ministratiū iustitiæ in glo-
ria.

c Nam nec glorificatum
est, quod claruit in hac
parte, propter excellētem
gloriam.

d Si enim quod euacua-
tur per gloriam est, multò
magis quod manet, in glo-
ria est.

e Habentes igitur talem
spem, multa fiducia vti-
mur,

f & nō sicut Moyses po-
nebat velamen super faci-
em suam, vt non inten-
derent filij Israel in faciē
eius quod euacuatur, sed
obtusī sunt sensus eorum.

g Vsq; in hodiernū enim
diem idipsum velamen in
lectiōe veteris testamēti
manet non reuelatū, quod
in Christo euacuatur:

h sed vsq; in hodiernum
diem, cum legitur Moy-
ses, velamen positum est
super cor eorum,

i cum autem conuersi

a Nam si administratio legis, quæ occasionem
præbet cōdemnationis, iis qui ad eam alligan-
tur, non fuit sine gloria & magna claritate:

b multò magis ministratio nouæ legis, quæ per
se iustificat & saluat, erit per gloriam. *c* Imò
verò, ob præcellentem nouæ legis gloriam, ne-
que glorificatum dici debet veteris legis illius
ministerium, quod tamen aliqua in parte cla-
ruit, per exteriorem vultus gloriam. Non enim
est digna comparatio huius & illius internæ,
quam habent in spiritu, administratores nouæ

legis. *d* Nam si ea lex quæ suo tempore irrita
fieri debeat, per gloriā fuit administrata, taul-
tò amplius ipsā quæ manet semper per gloriam
administrari debet. *e* Hæc igitur credentes

sic habere, & sic sperantes, fiducialiter admo-
dum coram deo & hominibus agimus, nihil
dissimulantes, neque occultantes. *f* Et non sic
modò facimus, quomodo olim Moyses facie-
bat, ponens velamen super faciem suam, pro-
pter filios Israel, non potētes in claritatem vultus
eius intendere: vt per hoc significaretur fi-
lios Israel velamēto ac vmbri tantū intenden-
tes, non prospicere in faciem legis, quæ est eua-
cuanda, id est, in Christum, qui finis est legis, &
eadem ratione, eius quoque facies nominari
potest. Legis enim vmbra, velamen sunt, & po-
steriora legis dici possunt. Ipse autem finis le-
gis, Christus, & quæ de eo veritatis mysteria,
per figuras legis præsignata facies & anteriora
legis dici possunt. *g* Et in hodiernum vsque
diem, idem illud velamen, non remotum nec
discooperitum, manet (vt olim) in lectiōe ve-
teris testamenti, quod per Christum (qui om-
nes figuras in seipso compleuit & terminauit)

est euacuatum: *h* sed in hodiernū vsque diem,
apud Iudæos, cum leguntur libri Moyfi, vela-
men illud super cor eorum positum manet, &
deponi velamen non permittūt, vmbri adhuc
inhærentes. *i* Neque spes est, velamentū istud

carnalis legis intelligentiæ, aliquãdo auferendum de cordibus eorum: imò nec potest, nisi cum per fidem se ad deum conuerterint. Tunc enim auferetur velamen istud, & execratio, & obtusitas omnis de cordibus eorum. Conuerti autem oportet ad deum in spiritu per fidem.

a Dominus enim ipse spiritus est, non corpus. Quicumque verò spiritum domini in se habet in habitantem: verã ille est libertatem per hunc asssecutus. Per spiritum enim, & à peccatis effimur liberi, & à legis seruitute, in euangelij traducimur libertatem. b Nos autem omnes modò qui in Christum credimus, sine vmbri, velo depositi, & veritate manifestata, gloriam domini in nobis, velut in speculo recipientes, & velut in speculo conspicientes, c à claritate dei, in claritatem transformamur, ad imaginem dei, defluente in nostrum intellectum illius æternæ & immèfæ lucis, modò aliqua particula, secundum quam ei conformes & similes effimur, deiformesque dicimur. d Idque à domini spiritu, per quem nobis claritas & deiformitas ista confertur.

fuerint ad dominũ anferetur velamen.

a Dominus autẽ spiritus est, vbi autẽ spiritus domini, ibi liber: as.

b Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini specularantes,

c in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem,

d tanquam à domini spiritu.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

T^a Anta igitur administratione, secundum dei misericordiam, non pro nostris meritis nobis credita, nequaquam in bono torpemus: b sed omni cura ericimus è nobis etiam quæ occulta sunt peccata: Non cõuersantes in calliditate, neque verbũ dei aliter quàm proponi debet prædicantes, sed simpliciter manifestando solidam fidei veritatem, sicque apud omnes conuersando, vt commendabiles meritò omnium conscientis videri debeamus, secundum deum. c Quòd si euangelij nostra prædicatio, in aliquibus sepulta, nullum efficit fructum, in reprobis id contingit, cum in aliis plurimum proficiat. d Quorum, quum sint infideles, deus huius seculi (id est, diabolus, mundi princeps) mentes excæcauit, ita vt

TEXT. CAP. IIII.

a Ideo habẽtes hanc administrationẽ iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficiamus:

b sed abdicamus occulta dedecoris nõ ambulantes in astutiã, neq; adulterantes verbũ dei: sed in manifestatione veritatis, commendãtes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.

c Quòd si etiã opertũ est euãgelium nostrũ, in his qui pereunt, est opertum:

d in quibus deus huius

seculi excæcavit oculos infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij gloria Christi, qui est imago dei.

a Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrum.

b Nos autem seruos vestros per Iesum.

c Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere,

ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis dei, in facie Christi Iesu.

e Habemus autem thesaurum istum in vasculis fictilibus,

f ut sublimitas sit virtutis dei, et non ex nobis.

illuminatio euangelij, quod est de gloria Christi, in eis fulgorem suum immittere non valeat. Qui Christus dei patris inuisibilis est imago consubstantialis, & coæqualis per omnia.

a Idcirco autem euangelium istud gloriae Christi, synceriter (vt diximus) sine adulteratione prædicamus, quoniam non nos ipsos prædicamus, id est, nostram gloriam, aut nostra querentes commoda: sed Iesum Christum nostrum dominum (vt æquum est) prædicamus, illius gloriam & honorem & profectum quærentes.

b Nos verò non aliud nos exhibemus, quam seruos & ministros vestros, per dominum Iesum: qui nos sua benignitate dignatus est eligere in seruos suos, ad administrandam vobis prædicationem euangelij. Dignum autem & iustum est, vt serui, non suam, sed domini gloriam quærant. Nos, inquam, serui tantum sumus, deus autem principalis author & operator est, fidei vestræ. c Nā qui in principio creationis mundi, quum adhuc tenebræ essent super faciem abyssi solo verbo fecit post tenebras lumē splendescere quum diceret, fiat lux, & facta est lux: idem ipse nunc in hoc tempore gratiæ pulsus tenebris infidelitatis, lucis suæ radius illuminauit corda nostra, d ad accipiendum per fidem cognitionem claritatis & gloriae dei, quæ inhabitat in homine Christo, & in eo videtur: quoniam qui videt filium, videt & patrem. e Hūc verò thesaurum illuminationis & claritatis spiritalis magnum sanè & pretiosum, nos posidemus à deo, in vasculis fragilibus, corporibus scilicet humanis, quæ & supramodum fragilia sunt atque debilia, & tamen in eis noster spiritus, possessor cælestium gratiarum inhabitat. f Idque ob hoc deus ita disponit, vt tota quæ in nobis conspicitur claritas, gloria, atque perfectionis sublimitas, ex virtute dei, non ex nobis ipsiis esse cognoscatur, deoque, & non nobis ascribatur ad gloriam. Quomodo autem fra-

gilia & contemptibilia sumus vascula, ipse nostra quotidiana passiones patenter demonstrant, quemadmodum ipsa ad tolerandum virtus, in nobis caelestis gratiae thesaurum comprobant. a Per omnia enim quotidie variis tribulationibus obruimur, sed ex virtute caelestis gratiae, animus in Christo liber ac dilatatus, nequit angustiari. b Frequenter velut in rem desperatam adducimur, & ad extremam vsque peruenimus, vel rerum, vel consilij inopiam:

Nunquam tamen nos deus prorsus destituit suo, neque auxilio, neque consilio. c Persecutiones quidem varias sustinemus, semper autem adest nobis dominus pro eius nomine patientibus. d Habemur quidem contemptui, & illudimur: conscientiae tamen bonae testimonio innixi, non confundimur hominum opprobriis. e Et si ad mortis vsque pericula, velut in

terram, in infinitam fortunam prosternimur, perire nos non sinit diuina custodia. Quid multa? f Semper in corpore nostro quocumque per-

gimus, Christi mortificationem in animi patientia nobiscum deferimus, & in corpore exhibemus, atque exprimimus: g vt tandem aliquando, vita & gloria Iesu in nostris corporibus manifeste reluceat. h Continuis enim

mortibus in hac carne agentes, propter Christum afficimur, vt in carne eadem, quae nunc quidem est mortalis, vita Iesu in futuro palam fiat. i Ergo (vt concludam) in nobis quidem mors nunc viuunt & regnat, qui in poenaltibus & afflictionibus periculisque sumus assidui: k In vobis autem propter mortificationes nostras vita prouenit fidei, quoniam per nostras passiones, vobis fides annuntiatur, & in vobis confirmatur. l Nos vero eodem donati spiritu, quo & olim Dauid in scriptura loquebatur, dicens: Credidi, propter quod & loquutus sum, similiter credimus, propter quod etiam nos qui

credimus, ite & audacter loquimur: m Scien-

ti-

ti-

ti-

a In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur:

b aporiamur, sed non destituimur:

c persecutionem patimur, sed non derelinquimur:

d Humiliamur, sed non confundimur:

e deuicimur, sed non perimus.

f Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes,

g vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

h Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

i Ergo mors in nobis operatur,

k vita autem in vobis.

l Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod loquutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur,

m scientes quoniam qui sus-

citauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet uobiscum.

a Omnia enim propter vos; ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam dei.

b propter quod non desicimus:

c sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem.

d Id enim quod in presenti est, momentaneū & leue tribulationis nostræ:

e supra modū in sublimitate, æternū gloria pōdus operatur in nobis,

f Non contemptantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.

g Quæ enim videntur, temporaria sunt:

h quæ autem non videntur, æterna sunt.

TEXT. CAP. V.

a Scimus enim quoniā si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluetur, & adificationē ex deo

tes hoc quod is qui Iesum suscitauit, nēpe deus pater, & vos item suscitabit cum Iesu, & constituet in gloria sua, vnā cum vobis similiter resuscitatis. a Omnia enim propter vos, & patimur, & facimus libenter, ut abundanter dei gratia in multos propagata, per multos gratiæ agantur deo, ad gloriam suam. b Propter hęc autem dei gloriam sic promouendam, nequam segniter agimus: neque vllō labore possumus fatigari, aut ab opere nostro deterreri. Neque corporis istius iacturam, vel tanti facimus, modō dei gloriam promouere valeamus.

c Imō verō quo magis corpus istud quod apparet exterius, persequutionibus ac tribulationibus afflictum deficit, & ad corruptionē tendit, eo magis is qui in homine later humanus spiritus, sumpto quotidie virium spiritualium & virtutum incremento, renouatur in spiritu sancto, de die in diem. d Quoniam tribulationes illæ, quæ in hoc tempore obueniunt sustinendæ, momentaneæ ac citō pertranseunt, leuēsque & faciles toleratu: quanquam & breues & paræ, e procurabunt tamen eas pro Christo sustinentibus in vita futura, mirè magnum, & ampliorem quàm dici vel credi possit cumulum gloriæ æternæ. f Si modō per fidem, ad ea quæ in cælis sunt inuisibilia feramur, contemplatione & expectatione, non ad ea quæ sensibus subiacēt. g Quæ enim sensibus subiecta sunt, & sensu percipi valent, temporalia sunt minimèque perdurantia, in quibus perfecta nequit esse beatitudo. h Ea verō quæ omnem sensum excedunt, præparata in cælis ventura bona: ipsa æterna sunt, & ipsis satiari vult ac beatificari hominis spiritus.

ELUCIDATIO CAP. V.

I^a Lluo enim per fidem nos indubitatum tenemus, quod si caro ista quam nunc super terram inhabitat anima, per mortem resoluatur, in cinerem rediens, aliud simus conse-

quaturi edificium, ex dei dono ac virtute, nempe domum non temporalem artificis manu factam, sed æternam duraturam in cœlis ipsam dico sempiternam gloriam, & cœlestem in dei ciaritate mansionem. a Nam & pro hac expectatione gemitus emittimus, desiderantes illa quæ nos manet gloriam cœlestem indui, vt per eam omnis quæ nunc est, tegatur miseria: quod & continget suo tempore. b Si ita modo vixerimus, vt in nouissimo, vestimento operti charitatis, & nõ nudi bonis operibus, inueniamur. c Qui enim in hoc tabernaculo militiæ (corpore inquam) adhuc agimus, ex intimis gemitus damus, onerati carnis pondere: d Propterea quòd nolumus quidem prorsus corpore spoliari, quasi ipsum per se habeamus odio, ad hoc vt ipsum pereat omnino, sed magis desideramus, & corpus seruare, & gloria illa cœlesti superornari. e Ita vt omnis mortalitas & omnis crassities corporis à vita illa gloriæ, prorsus sic glorificato corpore absorbeatur. f Qui autem ad hoc nos modò aptos reddit, & in finem ad illud perducet, deus est, & præter eum nemo. g A quo nequicquam dubitemus interim spiritum sanctum in pignus promissionis, accepimus. h Nos igitur audaci & forti animo bene cõfidentes, & scientes quoniam dũ in corpore isto sumus præsentem in eo quasi in domo habitantes peregrinamur adhuc absentes à domini beata præsentia: i quoniam quidem per fidem nunc adhuc ambulamus & in itinere sumus, nondum per speciem præsentem facie ad faciem videmus, neque in patria adhuc æterna consistimus, ad quam pergamus. k Audentes, in quã, & hoc scientes audemus, hoc est bonam fiduciam & bonam voluntatem bonumque desiderium habemus, vt magis velimus à corpore esse absentes, & præsentem domino, quã ecõtrario. l Propter quod quantum in nobis est, conamur siue absentes siue

habemus, domum nõ manufactã, sed æternã in cœlis.

a Nam & in hoc gemitus habitationem nostram quæ de cœlo est, susperindui cupientes:

b Si tamen vestiti, non nudi inueniamur.

c Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, in gemitus grauati,

d eo quòd nolumus exspoliari,
sed superuefliri,

e vt absorbeatur quod mortale est, à vita.

f Qui autem effecit nos in hoc ipsum deus,
g qui dedit nobis pignus spiritus.

h Audentes igitur semper, & scientes quoniam dũ sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino,
i (per fidem enim ambulamus,
& non per speciem)

k audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad dominum.

l Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentem placere illi.

a Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.

b Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus,

c deo autem manifesti sumus.

d Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.

e Nō iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis,

f vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & nō in corde,

g Siue enim mente excidimus deo:

præsentes, illi placere. Iustum est enim, vt pro hoc statu (si corporali præsentia domino in caelis adesse non possumus) vel per bonam conuersationem, deo assistere curemus. *a* Omnes enim nos exhibēdi sumus ante iudicium Christi, vt in eo recipiat vnusquisque operum suorum (quæ ipse in corpore est operatus) mercedem, siue bonum operatus fuerit, siue malum. Erit enim vobis pro qualitate operis, merces retributionis. *b* Hunc ergo domini timorem (quo ab omnibus hominibus tanquam verus iudex venturus retributor, venit metuendus) cognoscentes cupimus nostra prædicatione, & laboramus cæteris quoque eundem timorem in animis imprimere, & ad illum omnes inducere: *c* Deus ipse testis est, cui nostrum desiderium animique intentio, & voluntatis propositum, optimè sunt cognita. Ipse nouit, quoniam ipse non est aliud quàm quod querimus, in omnibus laboribus nostris. *d* Spero autem & in conscientiis vestris esse manifestum cordis mei desiderium, neque aliter vos de me suspicari. *e* Neque verò accipiatis velim, quasi ad nostram vanam laudem & iactantiam dixerimus ista (quemadmodum faciunt cuncta pseudoapostoli, ad suam ostentationem) sed præstamus vobis gloriandi materiam pro nobis: *f* vt habeatis, quod illis respondere possitis, illorumq; vanis gloriationibus opponere, qui sic in exteriorum tantùm apparētia, secundum faciem gloriantur, non curantes veram gloriam, quæ in corde est coram domino: *g* Siue enim nos excessu quodam velut extra nos ipsos rapti, nostræque paruitatis obliti, maiora de nobis ipsis loquimur, hoc ad dei gloriam facimus: dum nobis exhibita eius beneficia commemoramus, ne me semper coram vobis tacente, & aliis contra gloriantibus, mea apud vos deperat autoritas, atque ita in contemptum veniat verbum dei, & fructum dignum

non faciat, quod per nos vobis est prædicatum.

a Siue e contrario, fragilitatis nostræ conscij humiliora loquimur, & hoc ipsum ad vestram loquimur ædificationem: ne fortè semper gloriantes & magna loquentes, à vobis iactabundi habeamur, aut formam demus in humilitatem deferendi: atque vt ex nostris humilitatibus, quas vestri causa suscepimus, in nostri amorem vehementius ardeatis, & in sancti euangelij fructu, proficiatis amplius.

b Charitas enim Christi nos compellit, vt pro vestrum omnium salute operanda & confirmanda tentemus omnia, & prorsus nihil omittamus eorum quæ ad vestram salutem promouenda possint adiuuare:

c dum illud perpendimus ac ponderamus apud nos ipsos de charitate Christi, quoniam si pro omnibus hominibus vnus ipse mortuus est, ergo mortui erant omnes, per vnum illum viuificandi.

d Simul & illud quoniam ad hoc vnus ipse pro omnibus mori voluit Christus dominus, vt qui per eum iam viuunt in fide non amplius iuxta sua viuant desideria,

e sed iuxta voluntatem eius qui pro peccatis nostris mortuus est, vt nos similiter peccato moreremur: & pro nobis resurrexit, vt nos eius exemplo, in vitæ nouitate simul cum eo resurgeremus.

Quæ quum perpendimus dominum Christum pro omnium salute peregrisse & nobis videtur pro omnium omnino salute quibus modis fieri potest grauius elaborandū.

f Nos itaque de cætero neminem secundum carnem, neque attendimus, neque approbamus: postquam per Christi mortem & resurrectionem ad spiritum trāsata sunt salutis nostræ omnia.

g Et si visus olim sit Christus ipse & cognitus à nostris apostolis secundum carnis fragilitatem, nunc tamen postquam à mortuis resurrexit in gloriam patris, non vltra secundum carnis fragilitatem illum attendimus, sed secundū virtutem dei qua resurrexit ad vitā, vt ipsi quo-

a siue sobrii sumus, vobis.

*b Charitas enim Christi
urget nos,*

*c assimantes hoc quoniā
si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:*

d Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt:

e sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

f Itaque, nos ex hoc neminem nouimus secundū carnem.

g Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nūc iā non nouimus.

EPIST. I. AD COR.

a Si qua ergo in Christo
noua creatura, vetera
transierunt,
ecce facta sunt omnia noua.

b Omnia autem ex deo,
c qui nos reconciliauit sibi
per Christum, & dedit
nobis ministerium reconcilia-
tionis.

d Quoniam quidem deus
erat in Christo mundum
reconcilians sibi,
e non reputans illis delicta
ipsorum:

f & posuit in nobis ver-
bum reconciliationis.

g Pro Christo ergo lega-
tione fungimur, & aquam
deo exhortante per nos.

h Obsecramus pro Chri-
sto, reconciliamini deo.

i Eum qui non nouerat
peccatum,
pro nobis peccatum fecit,

que ei assimilemur & configuremur, operantes
quæ sunt dei. a Quisquis igitur in Christo per
spiritum sanctum regeneratus, noua factus sit
creatura: necesse est vt in illo vetustas omnis
carnalium concupiscentiarum & obseruantia-
rum, abscedat abiiciaturque: nouitas autem
spiritualium gratiarum, pro vetustate abiecta
introducatur. b Quæ omnia licet nobis in
Christo præstentur, tamen ex deo patre om-
nis boni fontalis principio originaliter procedunt. c Qui deus, nos olim propter peccata à
se diuisos & sub ira sua constitutos, in tempo-
re gratiæ huius per Christum recepit in gra-
tiam, sibi que reconciliauit: nos verò apostolos,
posuit huius reconciliationis à se per filium factæ,
ministros ac prædicatores, vt eam videli-
cet perfectam annūtiemus hominibus d Quo-
niam quidem deus pater in Christo filio inha-
bitans, per ipsum mundum (qui vsque ad filij
aduentum sub ira dei detinebatur) accepit in
gratiam: e sic vt hominibus pœnitere volentibus
peccata dimitteret, nec post pœnitentiam
illis imputaret, damnationis pœnam pro eis re-
seruando. f Atque hoc verbum de humana
reconciliatione per filium facta, nobis prædi-
candum cōmisit, vt in gentibus faceremus ma-
nifestū. g Nos ergo nō aliud quàm legatione
fungimur, à deo ad hoc missi in mundum vice
Christi, atq; pro gloria eius, tanquā deo per nos
vt ministros exhortante populos ad huius recō-
ciliationis per fidem, acceptationem. h Et nos
(ne nostro desimus officio) obsecramus vniuersos
pro nomine Christi atque etiā vice Christi,
vt reconciliationem factam credendo accepte-
tis, & pœnitentiam agentes credentēque deo,
reconciliari studeatis. Verè enim non est ne-
gligenda hæc reconciliatio, quæ modo mira-
bili perfecta cognoscitur. i Christum enim
dominum qui peccatum nunquā fecit, imò
nec cogitauit vt faceret ipse pater pro nostris

peccatis expiandis in oblationem pro peccato dedit, atque etiam (propter pœnæ nouitatem) velut maximum peccatorem reputari fecit:

a vt sic per illius mortem à peccatis mundati efficeremur nos abundanter iustificati coram deo, per ipsum. *a vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.*

EUCIDATIO CAP. VI.

TEXT. CAP. VI.

Volentes ergo iuxta officium legationis nostræ, deo & vestram iustificationem tali in modo quærenti cooperari, atque etiam vobis, in consequendo propositam reconciliationem adiuuētum impendere, a exhortamur, ne gratiam dei tantam, finatis frustrari in vobis: quod fiet, si non curetis illius tantæ gratiæ per fidem participes fieri, & ea dignè viuere. b Dicit enim scriptura: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. *Quæ* scriptura hoc potissimum gratiæ tempus respicit. c Ecce enim nunc tempus habemus acceptabile, in quo accepta est deo hominum pœnitentia, pœna à Christo perlata, quæ erat peccatis debita. d Nunc dies est, in quo salutem quilibet per pœnitentiam valet facillè consequi vt meritò nemo debeat tantam nunc propositam salutem negligere. e Exhortamur, inquam, omni diligentia nemini vllam dantes offensionis causam: vt ne, vel in minimo possit quantum in nobis est, ab aliis nostra hæc administratio euangelij vituperari, aut vllam ex nostra conuersatione satis sustinere possit calūniam. f Sed per omnia exhibeamus nos, sicut veros dei veri ministros, per multā patientiam in aduersis sustinendis: nempe in tribulationibus quibus affigimur, in necessitatibus atque indigentis corporalibus, quas frequenter patimur, in angustiis cordis vel corporis, in verberibus, in carceribus, in seditionibus contra nos excitatis, in laboribus manū, in vigiliis, tum propter labores nocturnos, tū propter orationis studia, in ieiuniis voluntate ad casti-

a Adiuuantes autē, exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis.

b Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.

c Ecce nunc tempus acceptabile:

d ecce nunc dies salutis.

e Nemini dantes vllā offensionem, vt nō vituperetur, ministrū nostrum:

f sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis,

a in castitate, in scientia,

*b in longanimitate,
in suauitate,*

*c in spiritu sancto, in cha-
ritate non ficta.*

*d in verbo veritatis,
e in virtute dei,*

*f per arma iustitiæ, à dex-
tris & à sinistris,*

*g per gloriam & igno-
bilitatem, per infamiam &
bonam famam.*

*h vt seductores & vera-
ces: sicut qui ignoti & co-
gniti, quasi morientes, &
ecce viuimus:*

*i vt castigati, & nõ mor-
tificati: quasi tristes sem-
per autem gaudentes:*

*k sicut egentes, multos au-
tem locupletates, tanquã
nihil habentes & omnia
possidentes.*

*l Os nostrum patet ad
vos õ Corinthij, conuo-
strum dilatatum est:*

gationem carnis assumptis. a Non solum au-
tem in patientia, sed etiam in omnimoda casti-
tate mentis & corporis, scientes pariter & dis-
cretionem habentes, quomodo aut quid in oc-
currentibus omnibus sit agendum. b Longa-
nimitate ferentes illa aduersa, & expectantes
promissa caelestia animi mansuetudine & leni-
tate suauis, nullamque habentes amaritudi-
nem, etiam erga eos qui nos tribulant, c in
spiritu sancto qui nobis donat haec omnia: su-
per omnia autem in charitate vera, non ficta
nec simulata, quam ille diffundit in cordibus
nostris, d in verbo veritatis, vt illud nunquam
adulteremus aut falsificemus, e non tanquam
ex nostra virtute, sed tanquam ex virtute dei,
qui per nos vt ministros, operatur omnia.

f Exhibeamus (inquam) nos armati iustitia, &
operibus iustitiæ, quibus à dextris & sinistris
incedamus securi, vt nec prosperis efferamur,
neque aduersis deiciamur: g inter gloriam &
cõtemptum, inter infamiam & bonam famam,
inter quæ nos facit iustitia securus incedere.
h Aestimati seductores quum simus veraces.
Quasi ignobiles simus, quum simus deo & ve-
stris etiam cõscientiis bene cogniti. Quasi mo-
rientes reputati, cum viuamus apud deum.

i Tanquam afflictionibus castigati, quum ta-
men necdum simus castigatione mortui. Qua-
si tristes, quum tamen semper simus in domi-
no gaudentes. k Sicut egentes, quum tamen
plurimorum ipsi penuriam suppleamus, tam in
spiritu quam in corpore: Quali nihil habentes,
quum possideamus omnia, deum possidentes
intra nos qui est omnia: & de omnibus etiam
temporalibus, quantum domino placet, suffi-
cientiam habentes, ita vt plura nec velimus nec
optemus. Filioli mei, quid plura dicam vobis?

l Ecce os meum patet ad vos, quærens eloqui
vobis plurima. Neque os modo patet, sed &
cor nostrum in amore vestri dilatatum est valde.

Ex multo

- Ex multo enim amore, loquor hæc vobis. a In corde nostro angusto loco non estis, cum vos amplissimum amoris sinu contineam. Sed angustis estis, in vestris visceribus, angusto & modico amore nos diligentes. b Vos autem eandem erga nos remunerationem habentes, parèmq; amorem rependentes, qualem erga vos habeo, etiam vestri affectus latitudinem expandite, vt in eo nos recipiatis, ampliùsq; diligatis. Dico autem hoc vobis vt pater filius paterno iure hoc exigens. Non enim conuenit vt pater plus diligens minus diligatur à filiis: & meritò postulat à filio pater, æqualitatem sui amoris, ab illo rependi. c Ante omnia autem & super omnia tanquam filios charissimos vos rogo, ac moneo ne cum infidelibus habeatis commercia, aut familiaria consortia ad participandum infidelitatis eorum. d Quid enim commune habet iustitia (qua debent esse instructi Christiani) cum iniquitate, qua pleni sunt infideles? e Aut quæ potest esse societas inter lucem & tenebras? Vos autem filij lucis estis: ipsi verò tenebræ. e Quid conuenit Christo cum diabolo? Aut in quo participat fidelis cum infideli? Et quid consonat inter templum dei (quod vos estis) & idola quæ illi colunt? f Vos enim estis templum dei viuētis: iuxta quod in scriptura deus loquitur, tunc quidem ad carnaliter Iudæos: nunc autem ad omnes credentes, dicens: g Inhabitabo intra eos, & in medio eorum ambulabo, ad curam & custodiam eorum: præstabo me eis deum ac patrem, & ipsi erunt mihi cultu debito seruientes. h Et quoniam tam singulari vos electione præceteris elegit, idcirco exite de medio infidelium, execrantes atque auersantes omnem infidelitatem eorum, & elongamini ab eorum malitiis. i Et non communicaueritis, participaueritis, neque consenseritis immunditatis eorum. k Quòd si feceritis (dicit dominus) ego vos mihi adoptabo, meque exhibebo vobis pa-
- a Nō angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.
- b Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filius dico) dilatamini & vos.
- c Nolite iugum ducere cum infidelibus.
- d Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?
- e Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem cōuētio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem cōsensurus templo dei cum idolis.
- f Vos enim estis tēplum dei viuū, sicut deus dicit: g Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus.
- h Propter quod exite de medio eorū, & separamini, dicit dominus: i & immundum ne tetigeritū:
- k Ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, &

trem, & vos habebō vt filios & filias, quod maximi est proculdubio honoris & gloria.

ELUCIDATIO CAP. VII.

TEXT. CAP. VII.

a Has ergo habentes promissiones charissimi mun-
demus nos ab omni inqui-
namento carnis & spiri-
tus,
b perfectentes sanctificatio-
nem in timore dei.

c Capite nos. Neminem
lesimus, neminem corru-
pimus, neminem circumue-
nimus.

d Non ad condemnationem
vestram dico.

e Prædiximus enim, quod
in cordibus nostris estis,
ad cōmoriendum & con-
uiuendum.

f multa mihi fiducia est
apud vos, multa mihi glo-
riatio pro vobis.

g Repletus sum consolati-
one, superabundo gau-
dio, in omni tribulatione
nostra.

h Nam & cū venisse-
mus in Macedoniam, nul-
lam requiem habuit caro

T^a Ales ergo ac tantas promissiones nobis à deo tam dignanter faciās, cum acceperimus, & iam spe (certi de effectu) teneamus, fratres charissimi, curandum est nobis: vt ab omni eo quod vel corpus vel mentem commaculare potest, emundemus nos ipsos, *b* in puro ac sancto timore dei perfectam nobis spiritus nostri sanctitatem comparare nitentes, non contenti apud homines iusti tantum ac sancti videri: quemadmodum pseudoapostoli faciunt, quibus sufficit iuxta exterioris conuersationis apparentiam, qualemcunque sanctitatem secundum corpus prætere. *c* Suscipite intra animum vestrum, quæ dicturi sumus. Ecce nemini nocumētum intulimus, neminem peruertimus, aut seduximus, neminem etiam fraudauimus: quæ forsità ab aliis perpessi estis, qui vobis & nocumēti plurimum intulerunt, & adulterata doctrina vos ad nisi sunt corrumpere, & suis blandimentis, vestra vobis temporalia fraudulenter abstulerunt. *d* Non autem ista vobis dico ad vestram condemnationem, quasi de vobis desperas, ac volens vos tāquam desperatos abiicere à cura nostra. *e* Nam antè diximus, tāta vos charitatis latitudine à nobis diligi, tātamque & curam & sollicitudinem nos pro vobis gerere, vt vobiscum & pro vobis mori & viuere parati simus. *f* Neque fieri potest vt de vobis propter pseudoapostolorū fraudes desperem qui multam insuper habeo de vobis, & in vobis fiduciam, multum etiam ac sape apud alios de vobis glorior. *g* Ecce enim iam plenus sum consolatione, & amplius nunc abundo gaudio in omni tribulatione, quam ante affligebar. *h* Et primū quidem de pondere tribulationis nostræ, de qua loquimur illud scitote quod cum in Macedoniam venissemus, continuum ibi laborem, & tribulationes

passa est caro nostra, omni ex parte. a Nam *nostra, sed omnem tribu-*
 extrinsecus quidem, seditionibus & variis af- *lationem passi sumus.*
 flictionibus oppugnabamur. Intrinsecus autem *a Foris pugnae, intus ti-*
 timore periculorum, tam ex nostra quam di- *mores.*
 scipulorum parte vexabamur. b Sed qui in af- *b Sed qui consolatur hu-*
 flictionibus positos cōsolari semper solet, nem- *miles, consolatus est nos*
 pe deus: ipse nos est consolatus per aduentum *deum, in aduentu Titi.*
 Titi coadiutoris nostri. c Non solum autem *c Nō solum autem in ad-*
 per ipsius aduentum, sed etiam per consolatio- *uentu eius, sed etiam in cō-*
 nem illam, qua se narrauit à vobis consolatum: *solatione qua consolatus*
 dum mihi retulit vestrum desiderium emen- *est in vobis, referens nobis*
 dandi quæ argueram vestrum pro peccatis fle- *vestrū desiderium, vestrum*
 tum, & feruētē zelum vestrum, quo pro meo *fletū, vestrā emulationē*
 agebatis honore contra pseudoapostolorum *pro me, ita vt magis gau-*
 fautores, ita vt ex hac causa, magis etiam gau- *derem.*
 derem: d Quoniam & si vos contristauit in *d Quoniā & si contrista-*
 priore epistola non me pœnitet. e Et si pœ- *ui vos in epistola, non me*
 nitentia forsitan nonnihil potuisset incutere, *pœnite:*
 quod nimis duram increpationem scripsissem: *e & si pœniteret, videns*
 tamen nunc gaudeo de ea, nec me quicquam *quod epistola illa (etsi ad*
 pœnitet, videns quod epistola illa & si ad tem- *horam) vos contristauit,*
 pus vobis tristitiam incussit, profecistis tamen *nunc gaudeo:*
 ex ea. f Non quod gaudeam de vestra tristitia, *f non quia contristati es-*
 qui vobis optem sempiternū gaudium: sed *stis, sed quia contristati es-*
 quia per huius tristitiæ amaritudinem, deueni- *stis ad pœnitentiam.*
 stis ad salutarem delictorum vestrorum pœni- *g Cōtristati enim estis se-*
 tentiam. g Cōtristati enim estis, bona & san- *cūdū deū, vt in nullo detri-*
 cta tristitia, quæ secundum deum est: ita vt nul- *mētū patiamini ex nobis.*
 lum dānum ex vobis & nostra illa increpatione *h Quæ enim secundum*
 passi sitis, qui insuper & profecistis ex nobis. *deū tristitia est, pœniten-*
 h Nam talis illa quæ secundum deum est *tiam in salutem stabilem*
 sancta tristitia, operatur in homine pœnitentiā *operatur:*
 ad salutem firmā, solidam, atque sempiternam. *i seculi autē tristitia, mor-*
 i Cūm secularis tristitia ex aduerso morti red- *tem operatur.*
 dat obnoxios, quæ frequenter homines, in o- *k Ecce enim hoc ipsum*
 dium vel inuidiam, vel in desperationem solet *secundum deum cōtristati,*
 adducere. Vnde constat, vos ex nobis non so- *lūm nullum detrimētum accepisse, ex eo quod*
 vos contristauimus, sed insuper maximū etiam *fructum & commodum.*
 fructum & commodum. k Ecce enim hec ipsa

vos, quod in vobis operatur sollicitudinem, sed defensionem,
a sed indignationem,

b sed timorem, sed desiderium, sed emulationem,

c sed vindictam.

d In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.

e Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est:

f sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis coram deo:

g Ideo consolati sumus.

h In consolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia resecutus est spiritus eius, ab omnibus vobis.

i Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita & gloriatio nostra quam fuit a-

tristitia, qua secundum deum vos contristavi, magnam operata est in vobis sollicitudinem, ad emendandum errata: Imò etiam defensionem, pro nobis contra Pseudoapostolos. a Imò indignationem ardentem propter admissum peccatum, & aduersus seductores illos per quos fuistis in peccata adducti: b imò timorem ne rursum aliquando incideritis. imò desiderium melioris vitæ: imò studium emulandi bona & mala cautius declinandi. c Postremò, etiam ultionem & vindictam, tristitia illa est operata: quando vos ipsi peccatum quod in vobis erat, debita punitione vindicastis, fornicarium illum è vestro consortio segregantes, atque alia similiter de quibus argueram emendantes. d Quid multa? Testimonium vobis perhibeo, quòd quantum ad hanc rem pertinet, per omnia synceriter & integre egeritis, iuxta voluntatem & desiderium meum. e Igitur, & si scripsi acrius vobis per epistolam, non id modò feci propter illum qui fecerat fornicationem in uxorem patris, aut iniuriam proximo suo in iudicio, neque item solùm propter eum qui patitur iniuriam, oppressus ab alio. f Sed etiam ob hoc, vt manifestum fieret omnibus vobis, quantam pro vobis gero, etiam absens, sollicitudinem, coram deo in veritate. g Quia verò sic nos accepistis in charitate, quemadmodum & scripsimus: in hoc, ex vobis consolationem non paruam accepimus. h Còsolatio autem hæc nostra amplius nos lætificat propter Titi gaudium, quo illum affecistis: quoniam (vt eo narrante didici) ab omnibus vobis spiritus refectionem & consolationem accepit, propter humanitatem vestram, quam illi exhibuistis, amore nostri. i Et iam ipse experientia cognouit, non vanè me gloriari solitum, atque ita ego non sum confusus: sed quemadmodum ad vos semper fermo noster verus & firmus fuit, ita & gloriatio qua coram Tito sumus subinde gloriati, nunc vera

& non vana fuisse, comprobatur: a & idcirco nunc ex visceribus ardētius vos amat, cū expertam in se recordatur vestrum omnium obedientiam, quam illi meo nomine pręstitistis, & quemadmodum illum excepistis cum omnino timore & reuerentia, omnem illi humanitatem impendentes. b Gaudeo, quod per omnia sic libere possum in vobis confidere, tam præsens quā absens & meam erga vos confidentiam non finitis confundi.

ELUCIDATIO CAP. VIII.

N^a Otam autē facimus vobis fratres gratiam dei, quam tulit ecclesiis Macedonia: Hoc est patientiam magnam, & miram liberalitatem ac misericordiam, quam ipsi prę cæteris ecclesiis demonstrant. b Et quod cum grauibus tribulationibus probati fuissent, non modò patienter ac sine murmurationibus, verumetiam cum gaudio abundanti, illas sustinuerunt pro Christo. c Et summa eorum paupertas, in qua existit, propterea quod à suis cōtribulibus passi sint rapinam bonorum suorum, non eos minus fecit secundum deum liberales: imò quo amplius pauperes facti sunt, eo amplius diuites se reputant in simplicitate cordis sui, parati etiam aliis, quæ adhuc supersunt erogare. d Nam testimonium illis perhibeo, quod iuxta facultatem suam, imò supra vires tenuium facultatum suarum, voluntarios se exhibuerunt, ad præstandum eleemosynam pauperibus in Hierusalem: e multum nos exhortantes, imò rogantes, vt dignaremur eleemosynam ab eis vltro oblatam acceptare, liceretque eis, per administrationem suorum bonorum, communicare sanctorum necessitatibus: etiam si id minus exigeremus, propter nimiam ipsorum paupertatem. f Et non modò, sicut credebamus, paululum quid contulerunt, sed multò amplius obtulerunt seipfos, primùm domino, cū pro eo gaudenter tribulationes

pud Titum, veritas facta est:

a & viscera eius abundantius in vobis sunt, remissentis omnium vestrum obedientiam quomodo cum timore & tremore excepistis illum.

b Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

TEXT. CAP. VIII.

a Notam autem facimus vobis fratres, gratiā dei, quæ data est in ecclesiis Macedonia.

b & quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit:

c & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

d quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, e cum multa exhortatione obsecrantes nos, gratiam & communicationem ministerij quod fit in sanctos,

f Et nō sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primùm domino,

- a deinde nobis per voluntatem dei: passi sunt: a deinde etiam nobis iuxta voluntatem dei tam promptam nobis per omnia obedientiam ex animo præstātes, vt etiam amplius quā peteremus, aut speraremus, voluntarios inueniremus. Denique, tam ardentem istum in negotio hoc egerūt, vt horum exemplo & promptissima voluntate incitatus, non vltra continere me potuerim quin vobis multo ditioribus & potentioribus, eandem gratiam proponerem. b Atque ita factum est, vt Titum fratrem nostrum rogauerim, vt postquam Macedones vidit tam prompto animo se suāque omnia obtulisse, etiam apud vos hoc ageret sollicitē: c vt quemadmodum nuper ad promptitudinem animi & propositum voluntatis vos adduxit, ita nunc ipse ad vos pergens perficiat, & in operis effectum deducat, etiam gratiam & misericordiam istam. d Vos verò, sicut in omnibus spiritualibus bonis diuites estis & abundantis, nempe in fide, in spe, & verbo dei, in sollicitudine omnimoda, & charitate præcipua, qua estis vos erga nos affecti, vt sic etiam hac in gratia, & in hoc spirituali bono eleemosynæ abundetis, liberaliter ac diuiter, iuxta vestram facultatem, impartientes. e Non autem hæc per imperium dicimus, tanquam vobis præceptum dantes, aut quasi vos cogere volentes: f sed per aliorum egregia exempla, vestrum animū naturali quadam bonitate & ingenuitate præditum, sollicitē comprobādo atque excitulando, prouocamus. Ingenuus enim animus, solet melius aliorum exemplis propositis, quā imperio aut coactione suaderi. Alioqui ipsa Christi misericordia quam nobis prior impendit, ad liberalitatem & misericordiam merito vos prouocare debet. g Scitis enim per fidem edocti, misericordiam vobis à deo exhibitam, qui cum esset nullius indigens in semetipso perfectē beatus, propter nos tamen homogenus factus est, vt per suam inopiam assum-
- b ita vt rogaui Titum,
- c vt quemadmodū cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.
- d Sed sicut in omnibus abundatus fide & sermone & scientia & omni sollicitudine, in super & charitate vestra in nos, vt in hac gratia abundetis.
- e Non quasi imperans dico:
- f sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestra charitatis ingenium bonum comprobans.
- g Scitis enim gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites effectis.

ptam, vos ad aeternas diuitias transferret.

a Et omnino hac in re vobis cōsulo, non mihi. Nam hoc vobis vtile est, qui non solum facere cōcepistis ab anno priore (quando collectas cōcepistis) sed etiam ex animo velle, propter amorem dei: quod maius est quā simpliciter facere. b Nunc verò fratres consummate bonum vestrum, quod tunc cōcepistis, propositum, vt quemadmodum animus promptus est in vobis ad volendum, nunc item promptus sit ad perficiendum, secundum id quod quisque habet, & secundum rei familiaris proportionem.

c Voluntas enim prōpta, deo est grata, si iuxta suam facultatem perficiat. d Non autem exigitur, vt id quod non habes, vel supra quod habes, & supra tuam facultatem eroges aliis.

e Non id exigo à vobis neque deus ipse, vt tantum conferatis in alios, vt ipsi necessitatem patiamini, & alij ex vestris lautius viuant: f sed

cupimus quādam inter pauperes & diuites fieri aequalitatem, ita vt diuites de abundantia temporalium suorum subueniāt pauperibus egentibus, g vt & ipsi vicissim diuites, pauperum sint abundantiae participes, vt quod minus ipsi possunt, secularibus impliciti, id pauperum abundantia suppleat pro eis, ante deum. h Scriptum est autē tale quid de aequalitate, in Exodo: Qui multum collegisset caelestis mannae, nihil amplius habuisse eum vltra mensuram: & qui paululum collegisset videbatur, non minus habuisse, eo qui multum collegerat. In aequalem enim mensuram gomor, omnes conueniebant. i Gratias autem ago deo, qui Titum fecit animo promptum ad hanc iusionem nostram, qui & dedit eandem sollicitudinem in corde & proposito Titi pro vobis, etiam priusquam nos ei quicquā proponeremus. k Quoniam exhortationem quidem nostram omni alacritate suscepit, cum illi de hac colligenda in vobis eleemosyna primū proponeremus.

a Et consilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cōcepistis ab anno priore: b nunc verò & factō p̄fici: vt quemadmodum prōptus est animus voluntatis, ita sit & perficiēdū ex eo quod habetis. c Si enim voluntas prōpta est, secundum id quod habet, accepta est, d nō secundum id quod non habet. e Non enim vt alij sit remissio, vobis autem tributatio: f sed ex aequalitate. In p̄senti tēpore, vestra abūdātia illorū inopiā suppleat: g vt & illorū abūdātia vestra inopiā sit supplementum, h vt fiat aequalitas, sicut scriptū est: Qui multum, non abūdauit: & qui modicum, non minorauit. i Gratias autē ago deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, k quoniam exhortationē quidem suscepit:

a sed cum sollicitior esset sua voluntate profectus est ad vos.

b Misimus autem cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias.

c Non solum autem sed & ordinatus est ab ecclesus comes peregrinationis nostrae,

d in hac gratia qua ministratur a nobis ad domini gloriam, & destinata voluntatem nostram,

e deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, qua ministratur a nobis in domini gloria.

f Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus.

g Misimus autem eum illis & fratre nostrum, quem probauimus in multis saepe sollicitum esse, nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos,

h siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarum gloria Christi.

i Ostensione ergo qua est charitatis vestrae & nostrae gloriae pro vobis in illos ostendite in facie ecclesiarum.

a Sed cum sollicitior esset, etiam me non hortante, promptissima voluntate sua, nullo indigens stimulo, vltro ad vos profectus est. b Misimus autem cum illo fratrem nostrum, qui euangelio, siue praedicando, siue conscribendo, in omnibus ecclesiis, laudem sibi magnam comparauit. c Non solum autem, sed etiam comes noster est ipse dignus iudicatus ab ecclesiis, in peregrinatione nostra, d ad hanc gratiam largitionis & eleemosynae (cuius nos colligendo ministri sumus) & vestram voluntatem vltro neam, ac per se paratam, atque propensam opere implendam, per nostrum ministerium.

e Misimus, inquam, tales ad vos, & tantos legatos, ne quis possit ex hoc ministerio accipere occasionem vituperandi nos in hac administratione, quae de se plena est, perfecta atque irreprehensibilis. f Curamus enim, non solum ut bona sint apud deum opera nostra, sed etiam omnibus hominibus, (quantum fieri potest ex nobis) probata appareant: ut sicut verbo praedicamus, ita luceamus & exemplo. g Misimus insuper cum illis & Tertium fratrem alium, quem in multis saepe diligentem probauimus: nunc autem etiam amplius sollicitum comperimus, in hoc negotio obeundo. Misimus, inquam, ob multam confidentiam, quam in vobis habemus non dubitantes quin illos, ut dignum est, sitis excepturi: h Siue pro Tito, eo quod ipse sit socius meus, & in vobis coadiutor: siue pro ceteris duobus fratribus, qui sunt apostoli a nobis saepius missi tanquam legati, ad varias ecclesias, quae ad gloriam Christi sunt congregatae. i Ostendite ergo charitatem vestram erga nos, & quod recte gloriati fuerimus pro vobis, coram illis & erga illos tantos apostolos, in conspectu omnium ecclesiarum. Quod enim illis impeditis humanitatis, in conspectu omnium ecclesiarum ipsi proferent in exemplum, ad quas fuerint per nos tanquam legati in posterum mittendi.

ELUCIDATIO CAP. IX.

TEXT. CAP. IX.

D^a E his igitur sollicitius vobis perscribimus, quoniam de elemosyna quæ sanctis administratur certum habemus, & vos prompto esse animo: Ita vt superfluum iudicemus vobis hæc inculcare. **b** Quam animi vestri promptitudinem, apud Philippenses subinde cum gloria recito, atque ita, vestri exempli æmulatione, plurimi sunt apud eos ad similia prouocati. **c** Nunc autem volumus præmittere fratres istos, vt gloria nostra non comprobetur falsa, aut vana fuisse, quo ad hæc rem: vt (quemadmodum præmonui) sitis parati ante meum aduentum. **d** Ne si Macedones in meo comitatu, ad me deducendum, mecum venerint & vos inuenerint adhuc imparatos, confundamur coram eis, quasi qui vanè fuerimus apud eos de vobis gloriati: **e** vt non dicam vestram magis illam futuram confusionem in hac parte: quippe qui, vt proposuistis & cœpistis, non perfeceritis gratiam istam: **f** propter quod ego iudicauim necessarium, rogare fratres: vt ante me accedentes, repromissam elemosynam colligant, vt sit parata, sic vt videatur liberaliter donata elemosyna, non pecunia propter auaritiam extorta. **g** Hoc tamen vnum moneo: **Qui** cum auaritia tenuiter, nec satis abundanter iuxta suam facultatem erogando, seminauerit, mercedem operi proportionatam sumet ac metet. **h** **Qui** autem liberaliter in simplicitate cordis, erogauerit abundanter, abundantem metet ille mercedem. **i** Dabit autem vnusquisque, prout ex propria animi voluntate deliberauerit donandum, nulla omnino necessitate coactus & sine tristitia. **k** **Quoniam** deus diligit eum, qui læta liberalitate donat quæ donat. Nihil autem metuendum, ne postmodum ipsi egeatis, cum aliis erogaueritis, aut minus habeatis, ad faciendum de cætero misericordiam. **l** Potens est enim

a Nã de ministerio quod sit in sanctos ex abundantia est mihi scribere vobis.
b Scio enim promptum animũ vestrum, pro quo gloriator de vobis apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno prærito & vestra æmulatione, puocauit plurimos.
c Misimus autem fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte vt (quemadmodum dixi) parati sitis:
d Ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos.
e vt non dicamus vos, in hac substantia.
f Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hæc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tanquam auaritiam.
g Hoc autẽ dico, q parẽ seminãt, parẽ & metet:
h & qui seminãt in benedictionibus, de benedictionibus & metet.
i Vnusquisq; put destinauit in corde suo, nõ ex tristitia aut ex necessitate,
k Hilarem enim datotorem, diligit deus.
l Potẽs est autẽ deus om-

nem gratiam abūdere facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habētes, abūdetis in omne opus bonum,

a sicut scriptū est: Dispersit, dedit pauperibus:

b Iustitia eius manet in seculum seculi.

c Qui autē administrat semen seminanti, & panē ad manducandum præstabit:

d & multiplicabit semē vestrum,

e & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ: f vt in omnibus locupletati, abūdetis in omnem simplicitatē, quæ operatur p nos gratiarū actionē deo.

g Quoniā ministeriū huius officij, non solū supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiā abūdat p multas gratiarū actiones in domino,

deus facere, vt omnia bona corporis & animæ abundant in vobis: ita vt semper habentes omnibus bonis sufficientiam, multiplicemini in operibus bonis: ita vt præter erogationem vestrarum facultatum, non deficiant inquam vobis opera iustitiæ, sed quæ semel sunt seminata, permanebunt in æternum coram domino.

a Iuxta scripturam, quæ virum beatum & iustum describens, dicit illum variis distribuisse pauperibus facultates suas: quibus tamen dispersis, non dispergitur, neque perit ipsa eius iustitia. b Sed permanet in æternū ante dominum, qui iustitiæ illius nunquam obliuiscetur, & à quo pro illa temporali seminatione, accipiet messem sempiternæ retributionis. c Qui autem omne semen dat & suppeditat abundē seminantibus (ex quo omne nutrimentum hominibus procedit) nihil dubium quin suis feruis, etiam id quod minus est, dabit: nempe panem ad manducandum, id est, victus vitæque necessaria. d Atque etiā multiplicabit semē vestrum (animi videlicet promptitudinem, & quantum nouit expedire facultatem exteriorum, in quibus homo iustus benefaciendo proximis seminat) e & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ, faciens vos abundare in operibus bonis: f ita vt in omnibus copiosē ditati, spiritualibus ac temporalibus quantum dominus nouit expedire, abundare possitis in perfectam simplicis misericordiæ liberalitatem: quæ hoc efficit per nostrum ministerium, vt gratiæ agantur deo ab iis qui ex ea eleemosynam & sustentationem refocillationemque accipiunt. Propter quod multum est desideranda, & libenti animo facienda, hæc eleemosynæ gratia. g Quoniam hæc nostra administratio, non solum succurrit sanctorum necessitatibus (quantum & hoc solum, per se multum fit appetendum) sed quod maius est, etiam per multas gratiarum actiones abundat, in domini gloriam.

a dum & nos per operis effectū probat in hoc ministerio cognoscimur, & ipsi qui eleemosynam accipiunt de obedientia ista perfecta vestrae cōfessionis Christianae, qua Christi euangelium opere magis quā ore comprobatis, deum glorificant, b & in liberali illa communicatione vestra qua impartimini pauperibus sanctis, siue ipsis, siue aliis quibuscunque pauperibus. c Glorificatur autem deus in oratione, quam ipsi pro vobis faciūt, d dum vos desiderāt, seu videre, seu in deum trahere ac promouere, sociōsque habere, propter eminentem gratiam dei, quā sentiunt esse in vobis. e Gratias ago deo super inenarrabili dono eius, quod communioni dedit filium, in charitate ista: quae & vobis illam dat animi promptam liberalitatem, & ipsis talem erga vos charitatis affectionem, & fraternam in spiritu dilectionem.

ELUCIDATIO CAP. X.

I^a Pse autem ego Paulus, qui sum praeceptor pater & minister vester in euāgelio, oro vos per mansuetudinem & benignam modestiam Christi, qui sum quidem contemptibilis secundum exteriorem hominem, quando inter vos conuerfor, praesens, absens autem à vobis, confido nihilominus in vestra obedientia.

b Rogo (inquam) sic vos nunc agere me absente, vt non cogar quum aduenero, audaciam meam (quae est in potestate obiurgandi & puniendi) quae mihi ascribitur & imputatur à calumniatoribus, ostendere erga quosdam, qui nos tanquam carnales respuentes, obedientiam debitam negant. Nos autem, carnales non sumus. c Vitam enim istam quam viuimus in carnis fragilitate viuimus: attamen non vt carnales, secundum carnem couersamur neque in negotio euangelij carnalibus armis (hoc est carnali eloquentia vel sapientia) utimur: quomodo pseudoapostoli faciūt, quorū omnia arma carnalia sunt. d Arma verò militie

a per pbationē ministerij huius glorificantes deū in obedientia confessionis vestrae in euangelio Christi,

b & in simplicitate communicationis vestrae in illo, & in omnes:

c & in ipsorū obsecratione pro vobis,

d desideratium vos propter eminentem gratiam dei in vobis.

e Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

TEXT. CAP. X.

a Ipse autē ego Paulus obsecro vos p mansuetudinē & modestiā Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

b Rogo autē vos, ne praesens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos tāquam secundum carnem ambulamus.

c In carne enim ambulantes, non secundum carnē militamus,

d Nam arma militiae no

str.e non carnalia sunt,

*a sed potentia deo, ad destructionē munitio-
num.*

*b consilia destruentes, &
omnem altitudinem ex-
tollentem se aduersus sci-
entiam dei,*

*c & in captiuitatem re-
digentes omnem intelle-
ctū in obsequium Christi.*

*d & in promptu haben-
tes vlscisci omnem inobe-
dientiam,*

*e cū impleta fuerit ve-
stra obedientia.*

*f Quæ secundum faciem
sunt, videte.*

*g Si quis confidit Christi
se esse, hoc cogitet iterum
apud se: quia sicut ipse
Christi est, ita & nos.*

*h Nam & si amplius
aliquid gloriatus fuero,
de potestate nostra quam
dedit nobis dominus in
ædificationem: & non in
destructionē vestram non
erubescam.*

nostræ, quibus aduersus infidelitatē pro Chr-
sti euangelio depugnamus & decertamus, non
carnalia sunt, vt pote eloquentia aut sapientia
carnalis. a Sed spiritūalia valida admodum
ex virtute dei, & ad gloriam eius, quibus de-
struere possumus impedimenta omnia & ob-
stacula fidei: b Idque, dum dissipamus sapien-
tiam carnaliter sapientum & dæmonum, imò
& omnem in eminentia, siue eruditionis siue
potestatis humanæ constitutum, efferentem se
aduersus fidem dei, vt eam extirpet. Armis si
quidem nostris istis, & reges & tyrannos, & sa-
pientes seculi destruimus & vincimus: c dum
in super omnem intelligētiam sublimium, po-
tentum ac sapientium seculi, nostris his armis
subiugare seruitio Christi valeamus: vt qui prius
erant vanitatibus dediti, in Christum contu-
meliosi, cōuersi omnem vim mentis suæ in dei
obsequium impendant: d dum in super pote-
statem habemus, quantotius puniendi omnes
qui nobis sunt inobedientes. **Quemadmodum**
& Petrus & Saphyram & Ananiam, propter
inobedientiam vltus est, & à me olim Elymas
magus resistens fidei, percussus est cæcitate:
e Si modò communis vestra impleatur erga
nos obedientia, ne inueniamini participes eor-
um inobedientiæ: atque ita eadem vos pariter
pœna involuat cum inobedientibus, quos si
nondum correctos inuenero sum puniturus.
f Ecce quæ in apertò sunt & manifesta consi-
derate, & secundum veritatem iudicate. g Si
quis ex pseudoapostolis de hoc se iactitet quòd
Christi minister sit: nouerit ille, quòd sicut ipse
Christi est, ita & nos nihilominus sumus. h Imò
verò & si maius aliquid gloriando fuero
elocutus, de potestate illa vel apostolica autho-
ritate, quam dominus mihi dedit, vt vtar ea ad
vestrum profectum, non ad destructionem vel
scandalum cuiusquam, non erubescam, quasi
mendax, veritatem enim dicam. Taceo tamen

& superfedeo. a Ut autem non acquiescatis
 calumniantibus me, neque de me habeatis o-
 pinionē peruersam, quasi is sim, qui ad meam
 ostentationem vos velit per epistolas terrere. b Quoniam quidē episto-
 lae, inquit, graues sunt, & fortes, praesentia autē
 corpus infirma & sermo contemptibilis.
 Quoniam & (vt ipsi aiunt) epistolae quas ab-
 sens mitto, durae admodum & acres secundum
 correptionem existunt: Ipse autem praesens
 (vt aiunt) totus sum vilis, & sermo meus rudis
 & contemptibilis: c hoc scire volo quemlibet
 eorum, qui nos sic calumniantur, quod quales
 nos ostendimus in epistolis absentes, tales per
 omnia sumus in conuersatione nostra praesen-
 tes: si in literis graues, etiam in conuersatione
 & praesentia corporali: & si in praesentia humi-
 les, sic & in literis. d Non enim audemus nec
 volumus, nos in numerum reputare quorū-
 dam, aut etiam eis assimilari, qui se ipsos supra
 quod in se est, commendant & iactant: e sed
 mensuram ponimus nostrae gloriationi, secun-
 dum ea quae intra nosmetipsos sunt, sic nosi-
 psos nobis ipsi coaequant, vt non nobis plus
 videamur, quam simus in nobis ipsis. f Nos
 autem non gloriabimur sine termino, de iis
 quae extra mentem nostram sunt, quemadmo-
 dum pseudoapostoli faciunt, qui gloriantur in
 alienis laboribus: g sed secundum metam &
 regulam nostram, quam constituit nobis deus.
 Quae mensura nostra, etiam vos includit, quo-
 niam per euangelium ego vos genui. h Nam
 dum in vobis gloriatur, non extendimus nos
 vltra regulam nostram, quasi praedicatione no-
 stra non peruenerimus, in praedicatione euan-
 gelij: non gloriantes extra mensuram nostram
 in alienis, sed in nostris laboribus. i Imò verò
 spem sumus habentes, causa fidei vestrae, quae
 indies crescit & crescet, vt etiam amplius & co-
 piofius quam haecenus, in vestro profectu glo-
 rificemur abundanter, secundum mensuram
 nostram: quoniam gloria praecceptoris crescit,
 cum profectu discipulorum. k Ob hoc inquam,

a Ut autem non existimet
 tanquam terrere vos per
 epistolas.

b Quoniam quidē episto-
 lae, inquit, graues sunt,
 & fortes, praesentia autē
 corpus infirma & ser-
 mo contemptibilis.

c hoc cogitet qui eiusmo-
 di est, qui a quales sumus
 verbo per epistolas absen-
 tes tales & praesentes in
 facto.

d Non enim audemus in-
 ferere, aut comparare nos
 quibusdam, qui se ipsos
 commendant,

e sed ipsi in nobis nosmet-
 ipsos metientes, & cōpa-
 rantes nosmetipsos nobis.

f Nos autem, in non im-
 mensum gloriabimur,
 g secundū mensurā regu-
 le, qua mensus est nobis
 deus, mensuram pertin-
 gendi vsque ad vos.

h Non enim quasi non
 pertingētes ad vos super-
 extendimus nos. Vsque ad
 vos enim peruenimus, in
 Euangelio Christi, non in
 immensum gloriantes, in
 alienis laboribus.

i Spem autem habentes
 crescentis fidei vestrae in
 vobis magnificari secun-
 dum regulam nostram, in
 abundantia:

k etiam in illa quae vltra

vos sunt, euangelizare,

a non in aliena regula, in
iis quæ preparata sunt,
gloriarī.

b Qui autem gloriatur,
in domino gloriatur.

c Non enim qui seipsum
commendat, ille probatus
est: sed quem deus com-
mendat.

TEXT. CAP. XI.

a Utinam sustineretis mo-
dicū quid insipientiæ meæ:
sed & supportate me.

b Aemulor enim vos dei
emulatione.

c Despondi enim vos vni
viro virginē castam exhi-
bere Christo.

d Timeo autem ne sicut
serpens Euā seduxit astu-
tia sua, ita corrumpantur
sensus vestri, & excidant
à simplicitate quæ est in
Christo Iesu.

e Nam si is qui venit, ar-
lium Christum prædicat,

spem sumus habentes, quum vos in fide satis
roborati fueritis: etiam in vlterioribus regio-
nibus (vbi Christus nondum prædicatus est) eu-
angelium annuntiare. a Tantū ablit vt
otiosus, sicut quidam, velimus gloriari in iis quæ
sub alterius regula sunt, & quæ sunt ab aliis
preparata, vel quoquo modo elaborata. b Quo
modocunque autem quis gloriatur, etiam si de
propriis laboribus, semper est illud obseruan-
dum: vt qui gloriatur, secundum deum & non
secundum carnem gloriatur, neque ad vanita-
tem, sed in veritate coram deo. c Non enim
qui seipsum iactanter commendat, ob hoc exi-
stit verè commendatus & laude dignus: sed
quem deus commendatum facit, vel etiam si-
gnis demonstrat, is demum verè commenda-
tus, probatus, & laude dignus est.

ELUCIDATIO CAP. XI.

a Ptarem sanè à vobis, in insipientia
O gloriandi paululūm tolerari: imò verò
peto & iubeo, vt toleretis me paululūm
gloriantem. b Nam zelo qui secundum deum
est, vos ardēter amo, qui zelus nunc coram vo-
bis, contra pseudoapostolos me gloriari com-
pellit. c Nec mirum, quia ego addixi & copu-
lavi vos, & coaptaui, ac per spiritualement despon-
sationem adiunxi vos vni viro Christo: sic vt
vestram ecclesiam totam (quātū in me esset)
illi exhiberem sponso tanquam virginem in-
corruptam, & nullo errore vitiatā. Non mirum
ergo, si de vobis zelo magno sim sollicitus, vt
incorruptos à pseudoapostolorū corruptioni-
bus custodiam. d Timeo autem ne sicut ser-
pens Euam seduxit astutia sua, ita per astutos
pseudoapostolos corrūpantur intelligentiæ ve-
stræ, & simplicitatem illam perdāt Christianæ
puritatis, quæ est in Christo Iesu, quum in erro-
rum labyrinthos vos induxerint. e Quòd si
isti superuenientes apostoli, alium vobis præ-
dicarēt verum Christum, & saluatorem verio-

rem quàm nos prædicauimus, sic vt nos falsum
illi verum: Aut alium meliorem spiritum eorum
acceperitis ministerio quàm per nos: Aut si al-
liud ipsi euangelium verius prædicarent: sic vt
nos falsum prædicauerimus, illi verum: sine du-
bio non immerito istos potius quàm me, au-
dieritis. Nunc verò nihil ego omisi, quod ipsi
præstare potuissent. a Imò verò existimo me
nihil minus vobis in his omnibus præstitisse,
quàm magni & principales apostoli, suis disci-
pulis præfiterunt. b Fateor quidem me ser-
mone imperitum, vt forsitan maiori eloquen-
tia ipsi annuntiant eadem illa, quæ nos præ-
dicauimus, aut sua dogmata: sed scientiam dei
mihî puto non deesse, & eruditione fidei, ad
mei muneris executionem abudè instructum.
c In omni autem conuersatione mea & prædi-
catione, vobis ego sum manifestus, & optimè
cognitus: neque opus est vt vobis, multa de vo-
bis iactando, suadeamus. Forsitan verò ea de
causa minus me amore prosequimini, & alios
accipitis, quia à vobis videor alienus, nolens à
vobis accipere stipendia. d An hoc peccatum
est quod me ipsum humiliavi, apud vos, propriis
manibus victum quæritans, & potestate mea
non vtens, in accipiendo vitæ necessaria, vt vos
ad fidei sublimitatè perducerem? e Quoniam
sine stipendio annuntiaui vobis euangelium
Christi, ab aliis pauperculis (velut à Philippen-
sibus) accipiens sumptus, quibus vobis admini-
strauî euangelium. f Imò quum essem præsens
apud vos, & egerem: à nullo vestrum quicquam
ego postulauî, neque accepi. g Necessitatibus
enim meis subuenerunt fratres à Philippis Ma-
cedoniæ, & prorsus vos non grauauî neque in
posterum grauabo. h Loquor secundum veri-
tatem dei, quod hanc gloriandi materiam non
finam infringi in me neque auferri mihi in re-
gionibus Achaïæ: Quamobrem? An quia non
diligo vos? deus nouit & plurimùm vos diligam.

quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis: aut aliud Euangelium, quod non accepistis, rectè patere mini.

a Existimo enim nihil me minus fecisse, à magnis apostolis.

b Nam & si imperitum sermone,

sed non scientia.

c In omnibus autem manifestus sum vobis.

d Aut nunquid peccatum feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini:

e Quoniã gratis euangelium dei euangelizauî vobis. Alias ecclesias expo-

liauî accipiens stipendia ad ministerium vestrum: f & cū esse apud vos, & egerem, nulli onerosus fui.

g Nã quæ mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & omnibus sine onere me vobis seruauî, & seruabo,

h Est veritas Christi in me, quoniã hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaïæ. Quare? Quia non diligo vos? deus scit.

a Quod autē facio, & faciā, vt amputē occasione eorū qui volūt occasione, vt in quo gloriātur in ueniantur sicut & nos.

b Nā eiusmodi Pseudoapostoli, sunt operarij sub doli, transfigurantes se in apostolos Christi.

c Et nō mirum, ipse enim Satanas, trāfiguratur se in angelum lucis.

d Nō est ergo magnum si ministri eius trāfigurētur veluminstri iustitiæ: quo finis erit secundum opera ipsorum.

e Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse.

f Alioquin velut insipiētē accipite me, vt & ego modicum quid glorier.

g Quod loquor, nō loquor secūdū deū sed quasi in insipientia, in hac substantia gloria.

h Quoniā multi gloriātur secundū carnē & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes.

i Sustinetis enim si quis vos in seruitutē redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis in faciē vos cedit.

k secundum ignobilitatē dico quasi nos infirmi fue

a Quod autem nunc facio, etiam in posterum facturus sum, eo fine, vt praecludam fallis apostolis, qui inter vos abundant occasionem quam quaerunt, siue nos calumniandi, siue suam auaritiam complendi: vt in sua gloriacione cogantur similes inueniri nobis, atque ita eorum vel gloriatio vel auaritia comprimatur.

b Nam eiusmodi falsi apostoli sunt operarij dolosi, affumentes faciem & apparentiam verorum apostolorum Christi, simulantes se esse apostolos Christi, quum nihil sint minus. c Neque id mirum, quoniam & Satanas saepe figuram assumit boni angeli, tam secundum exteriores apparitiones, quā secundum interiores inspirationes, bonitatem simulans. d Mirum ergo non est, si eius ministri transfigurentur, velut veri ministri Christi, quorum erit merces secundum opera sua.

e Iterum vos moneo, cuius principio monui, ne quis mihi ad insipientiam & iactantiam reputet, gloriam istam.

f Quod si tandem omnino vobis sic videatur nec aliud impetrare possum, accipite me velut insipientem tantum, vt mihi paululum liceat gloriari. g Quod loqui propono, non secundum deum erit (quantum in se est: licet erit secundum deum propter charitatis necessitatem)

fed secundum apparentiam, quasi in insipientia carnali, quantum ad hanc partem gloriacionis, quæ est de genere & origine carnis: In quibus gloriari, omnino videtur etiam prima facie, insipiens. h Quoniam tamen multi in his carnalibus gloriantur, & ego cogor gloriari. Libenter enim huiusmodi suscipitis insipientes & gloriabūdos apostolos, quod est tenuioris in vobis sapientiæ indicium. i Sustinetis enim vos in seruitutem redigi, à talibus pseudoapostolis, expoliari & accipi à vobis munera & dominari eos vobis. In extremo affici ab eis probro atque contemptu.

k Contemptum ista loquor: quasi verò & nos non valeamus nostra

nostra autoritate similiter expoliare, & in vos imperium agere. a In quo autem quis eorum audet gloriari (tanquam insipiens loquor, cum eis gloriacione contendo) & ego audeo in eodem gloriari. b Si se Hebræos gloriantur, de hoc & mihi licet gloriari. Nam & ego Hebræus sum. Si se Israelitas iactant, aut Abrahæ semen, in his & mihi licet gloriari. Nam & ego Israelita & semen Abrahæ sum. c Si ministros se Christi iactent (licet id videbor tãquam insipiens dicere) tamen audacter profiteor, me amplius Christi esse ministrum: d utpote qui in laboribus plurimis, & in carceribus frequentius, in verberibus supra modum, & in mortis periculis frequenter ob Christi nomen fuerim. e A Iudæis quinquies pœnam hanc pertuli, ut trigentes nonies verberibus caderer. f Alibi quoque apud gentes: sine mensura verberum, ter sum virgis cæsus, semel in Lycaonia lapidatus sum, ter naufragij pericula sustinui: Nolite & diem peregi, in profundo maris. g Molestias itineris, frequenter sustinui: Sæpius in periculis fluminum fui. Nunc mihi periculum fuit ex consanguineis meis Iudæis, aliis ex Gentilibus, vtrisque mihi insidiantibus. In ciuitate & extra ciuitatem, in solitudinibus, in mari, atque etiam in fictis & simulatis Christianis: h per multum laborem & molestiam, per multas vigiliis, per famem & sitim obuinentes mihi, per ieiunia vltro assumpta ad carnis castigationem, in frigore vestitus tenuitate: i Exceptis his quæ sunt extra hæc prædicta, vel quæ extrinsecus obueniunt, quorum grauissimum est & mirum in modum me angit, id quod mihi quotidie instat, & perpetuo incumbit, nempe omnium ecclesiarum sollicitudo: quæ est super omnia, mihi labor maximus. k Nam omnibus factus omnia, cum infirmis infirmor, dum eorum infirmitatem, per compassionem, in meipsum transfero: l & si quis

N

a In quo quis audet (in insipientia dico) audeo, & ego.

b Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego.

c Ministri Christi sunt: & ego (ut minus sapiens dico) plus ego:

d In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in moribus sequenter.

e A Iudæis quinquies quadragenas, vna minus, accepi.

f Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui,

g in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere,

periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari,

periculis in falsis fratribus,

h in labore & ardua, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate:

i Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum.

k Quis infirmatur, & ego non infirmor?

l Quis scandalizatur, & ego non vror?

a Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

b Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quod non mentior.

c Damasci, prepositus gentis Areta regis custodiebat ciuitatē Damascenorum, ut me cōprehēderet:

d & per fenestrā in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

scandalum patitur aut corrui. ego vr̄or & affligor, tanquam in meip̄so sentiens, quod patitur alius. a Si tandem gloriari oportet me, necessitate charitatis compulsus, gloriabor quidem in his libenter, quæ sunt humilitatis & cōtempus, in quibus maior est gloriandi securitas.

b Deus omnipotens pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, ipse nouit & testis est, quod veritatē loquor. c Ante annos multos initio conuersionis meæ is qui in Damasco erat ab Areta rege constitutus Praefectus populi, quæsiuit me comprehendere obferuans Damascenam ciuitatem, ex omni parte: d verūm à fratribus in sporta demissus sum per fenestram, itaque euasi manus eius, secundum gratiam & consilium, & protectionem Christi, cui in hoc, & in omnibus beneficiis, omnem reddo gloriam.

ELUCIDATIO CAP. XII.

TEXT. CAP. XII.

a Si gloriari oportet (nō expedit quidem)

b Veniā autē ad visiones & reuelationes domini.

c Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium calum.

d Et scio huiusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, deus scit)

e quoniam raptus est in paradysum, & audiuit aethera verba quæ non licet homini loqui.

T^a Ametsi nunc mihi necessitas incumbit gloriandi, propter pseudoapostolorū fallaciam, est tamen hoc in sese homini non vtile, ut in magnis gloriatur. b Veniam tamen (quandoquidem cogor) ad enarrandas visiones, quas mihi deus ostendit, & reuelationum intelligētias. c Scio hominē quendam Christo credentem, ante annos quatuordecim, raptum secundum extasim, vsque in cælum empireum, vsque ad eodē insensibilem factum secundum corpus, ut nesciam an in corpore fuerit, an extra corpus: deus tamen (qui omnia scit) ipse nouit, quemadmodum cum illo res se habeat. d Et huiusmodi hominem, vsque ad eodē insensibilem factum propter extasim, ut nesciret omnino quid de corpore ageretur an in fuerit anima in corpore, an pro eo tempore non in fuerit: deus est qui nouit. e Hunc, inquam, hominem, scio raptum fuisse in iucundissimum delicisq; plenum beatitudinis locum: ubi & accepit, didicitq; occulta, & secreta miranda my-

feria quæ ab homine corporeis vtete sensibus explicari non valent, neque ceteris licet enarrari. a Pro huiusmodi, vel homine vel visione, gloriabor, si talia mihi contingant. b Pro me autem, apertè nihil tale glorians recito, nisi tantùm infirmitates meas, in quibus est secunda gloriatio. c Nam & si in altioribus eiusmodi, voluero gloriari, etiam apertè, non mendaciter desipiam, sed veritate salua id possum agere. d Superfedeo tamen multa apertè ac gloriose recitare, ne quis existimationem de me maiorem inde sumat, quàm ex his quæ videt in mea conuersatione, aut audit in nostra prædicatione. Mihi enim sufficit, si talem me reputetis, qualem me & opere, & sermone, & virtute conspicietis. De ceteris, nolo haberi gloriosior, quæ singulari priuilegio, deus mihi donauit. e Et ne sublimitas talium reuelationum me efferat in superbiam, data est mihi tribulatio atque vexatio carnis meæ, quæ me affligat, per Satanam excitata. f Atque idcirco, quia à Satana sic me senti diuexari, indignum id iudicans, dominum tertio deliberata voluntate rogavi, vt à me vexationem eiusmodi auferret. Respondit autem mihi dominus. g Gratia mea tibi sufficiat, per quam resistens tentationibus, & molestiam patienter ferens, coronaberis gloriosus. h Nam spiritualis fortitudo, quæ nobis à deo inest, in afflictione aut humiliatione, crescit vsque ad perfectum, & conseruatur melius, quæ in prosperitate solet nonnunquam collabi: aut imminui. i Libenter igitur gloriabor, in afflictionibus meis, vt sic in me permaneat, atque inhabitet abundantius, Christi virtus, quæ in infirmitate custoditur securius. k Propter hoc igitur, placere mihi met ipsi volo in afflictionibus & humiliationibus meis, nempe in contumeliis palam illatis, in persecutionibus exterioribus, in angustiis animi, quas pro Christi nomine libens sustineo.

a Pro huiusmodi gloriabor:

b pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.

c Nam etsi voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam.

d Parco autè ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

e Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanae qui me colaphizet.

f Propter quod tertio rogavi, vt discederet à me, & dixit mihi: g Sufficit tibi gratia mea:

h nam virtus in infirmitate perficitur.

i Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

k Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.

a Cum enim infirmor, tūc
potens sum.

b Factus sum insipies, vos
me coegit. Ego enim ad
vobis debui commēdari.

c Nihil enim minus feci
ab his qui sunt supra mo-
dum Apostoli:

d tamen si nihil sum, signa
tamen Apostolatus mei
facta sunt super vos,
e in omni patientia, in si-
gnis & prodigiis & vir-
tutibus.

f Quid est enim quod mi-
nus habuistis præ ceteris
ecclesiis? nisi quod ego in-
ipse non grauavi vos.

g Donate mihi hanc ini-
uriam. Ecce tertio para-
tus sum venire ad vos, &
non ero grauis vobis.

h Non enim quero qua
vestra sunt, sed vos.

i Nec enim debent filij
parentibus thesaurizare,
sed parentes filiis.

k Ego autem libentissi-
mè impendam, & super-
impendam ego ipsi pro a-
nimabus vestris:

l licet plus vos diligens,
minus diligar.

a Cùm enim secundum corpus affligor, & con-
temnor, spiritu confortor plus solito. b Ecce
iam gloriando longè ac latè, secundum speciem
visus sum insipiens factus. In vos recidit culpa,
ad quorum vilitatem compulit me necessitas,
vt pro me gloriarer, contra pseudoapostolos,
cùm vos magis debuissetis aduersus illos, pro
me gloriari. c Nihil enim vobis minus est per
me præstitum, quàm præstitissent quantumuis
magni, siue veri, siue falsi apostoli. d Tamen
enim ego ex me totus sum meritò contempti-
bilis, signa tamè & testimonia, apertè nostram
apostolicam authoritatem contestantia inter
vos, & super vos, sunt ædita. e Idque per om-
nimodam in tot afflictionibus patientiam, deinde
per signa & prodigia, & aliàs virtutum po-
tentes admodum operationes. f Quid enim
minus consequuti estis vos per meum ministere-
rium, quàm ceteræ sint ecclesiæ consecutæ?
Nisi fortè illud veltis adducere, quod per me
non sitis grauati. g Hoc si culpam ducitis, fa-
cilè hanc mihi donabitis iniuriam, quæ cum
vestro est emolumento. Ecce hac tertia iam vi-
ce paratus sum venire ad vos & ne nunc qui-
dem alicui ero grauis. h Non enim vestra
temporalia bona quero, per auaritiam, sed ve-
stram salutem desidero, per charitatem. Cùm
enim pater sim vester, secundum spiritum, in
euangelio: curandum est mihi, vt vos ditemini
spiritalibus bonis. Vobis autem hæc erga me
cura non incumbit. i Non enim filij paren-
tibus debent thesaurizare, tanquam suis futu-
ris hæredibus: sed parentes filiis, vt pote quos
sunt hæredes habituri. k Ego autem, quo-
niam patrem me scio, omnia libentissimè im-
pendam, quantum potero omnia attentans, &
omnem laborem assumès. Imò & amplius ex-
pendam meam ipsius vitam, pro vestra salute
spiritali. l Quanquam post hæc omnia, vs-
que adeo vos diligens, vix tenuiter, aut mini-

mum non pari amore, à vobis ipse diligar.

a Sed forsitan dicat aliquis: Esto, non graua-
ueris nos, per teipsum: sed per eos quos ad nos
misti, callidè expolasti nos, vt accipiens acci-
pere non videreris. Responde te igitur mihi, si

qui fortè talia excogitatis aut dicitis: b Nun-
quid per aliquem eorum quos ad vos misi, ex-
torfi quippiam, aut per fraudem accepi à vobis?

c Rogau Titum vt ad vos iret, & misi cum il-
lo probatum fratrem. d An fortè Titus vos

circuuenit, sub meo nomine? Nonne eadem
spirituali conuersatione, & ipse & ego, couer-
sati sumus vobiscum? Nonne prorsus eisdem
modis ac viis, tâquam praeceptor & discipulus?

e Erunt fortè qui iam dicta putent, ad excusa-
tionem alicuius admissi à nobis in vos crimi-
nis, cuius nobis simus conscij. f Non ita verò
res habet, sed corâ deo iudice, secundum Chri-
stum, veritatem loquimur. g Omnia autem

quæ dicimus aut facimus, charissimi, propter
vestram vtilitatem agimus atque profectum.

h Timeo enim, ne fortè cum venero ad vos,
per pseudoapostolorum peruersam doctrinam,
inuenturus sim aliquos ex vobis, quales esse
nolim: hoc est, impœnitentes & incorrectos aut
rebelles, ac proinde & ego inueniar à vobis,
vósque me experiamini, non qualem velitis: id
est, asperio rem in puniendis delictis vestris:

i ne fortè sint inter vos contentiones, inuidiæ,
iræ, dissidia, detractiones, occultæ murmura-
tiones, inflationes, superbiæ, seditiones: k ne
quemadmodum nuper contristatus sum hæc
audiens, ita nunc iterum contrister, & affligat
me deus, cum præsens fuero apud vos, & luge-
re cogar Satanæ tradere, & acris castigare
plurimos eorum qui olim peccauerunt, & nec-
dum auersi sunt à peccatis suis, nempe ab im-
munditia qualibet, fornicatione, & impudici-
tia, quam perpetrarunt.

a Sed esto: ego vos nõ gra-
uaui, sed cum essem aflu-
tus, dolo vos cepti.

b Nunquid per aliquem
eorum quos misi ad vos,
circuueni vos?

c Rogau Titum, & mi-
si cum illo fratrem.

d Nūquid Titus vos cir-
cūuenit? nonne eodē spiri-
tu ambulauimus? nonne
iisdem vestigiis?

e Olim putatis quòd ex-
cusemus nos apud vos.

f Coram deo in Christo
loquimur:

g omnia autē charissimi
ppter adificationē uestrā.

h Timeo enim ne fortè
cū venero, nec quales vo-
lo, inuentam vos: & ego
inueniar à vobis, qualem
non vultis:

i ne fortè contētionēs, a-
mulationes, animositates,
dissentiones, detractiones,
surratationes, inflationes,
seditiones sint inter vos:
k ne iterū cū venero, hu-
miliet me deus apud vos,
& lugeam multos ex iis
qui antè peccauerunt, &
nō egerūt pœnitentiā su-
per immunditiā & for-
nicationē & impudici-
tiam quam gesserunt.

TEXT. CAP. XIII.

a Ecce tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.

b Prædixi enim & prædico, ut nunc præsens vobis, & nunc absens, iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus:

c Quoniam si venero iterum, non parciam.

d An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus?

e qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis.

f Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute dei.

g Nam & nos sumus infirmi in illo,

h. sed vivemus cum eo, ex virtute dei in vobis.

i Vosmetipsum tentate, si estis in fide, ipsi vos probate.

k An non cognoscitis vosmetipsum, quia Christus Iesus in vobis est?

E^a Cce nunc tertium instituo adventum, & tertio iam paro venire ad vos. Et quum aduenero, testimonio duorum aut trium, idoneorum testium, recipietur acceptabiturque omnis accusatio, & proferetur à me omne iudicium. b Prædixi ergo nuper præsens vobiscum & nunc iterum absens prædico antequam adueniam, his qui ante peccauerunt, quàm illam epistolam obiurgatoriam destinarem, quos per epistolam tunc monui, & cæteris omnibus qui sunt inter vos, ut caueant à similibus peragendis: c quòd si iterum venero, haud dubie seuerius cum eis agam, quàm hæcenus egerim.

d An vultis experiri, quàm sit potens in me Christus, per quem ego loquor, & loquutus sum vobis, per quem etiam ultionem fumere possum, & punire peccata? e Certè ipse, quem admodum oculis vestris vidistis, non fuit impotens inter vos, qui potenter, per nos, egit apud vos mirabilia. f Nam quanuis secundum infirmitatem humanitatis assumptæ, passus sit se cruci affigi: quòd tamen resurrexit victurus in æternum, ex virtute est diuinitatis eius.

g Enimvero & nos in cõfiguratione ad Christum, infirmi, viles & contemptibiles sumus, secundum carnis miserias, quas pro eo patimur: h vivemus tamen & superstites erimus, in potestate nostra, ad puniendum delinquentes, ex virtute dei nobis cõcessa, erga vos & super vos, quicumque nostro apostolatui per deum subditi estis, nec erit potestas ultionis mortua. i Vosipsum examinate & discutite, an in fide recta perstetis: vosipsum ex operibus probate, num opera digna fide vestra facitis? k Certè iam cognoscitis (non dubito) quòd Christus per fidem, quam conuersi suscepistis, in vobis inhabitat, qui tamen non estis nisi discipuli: quantò magis & in me habitat, qui sum præceptor vester, & apostolus. Habitat, inquam, in

vobis Christus. a Nisi qui forsan (quod absit) ab ea gratia & fide, quam nuper susceperunt, sint repulsi, & ea priuati. Nam in reprobis, non inhabitat Christus. b Credo autem non tam peruersè vos de me suspicari, vt me putetis, siue à fide Christi, siue ab apostolica autoritate, reprobum factum: & id vos, per experientiam, cognituros etiam credo, si me contigerit inuenire vos non emendatos. c Oramus autem deum, qui solus in omni bono potens est nos custodire, vt non efficiamini aliquando reprobi, sed in omni conuersatione, semper probi sitis & immaculati. d Oramus, inquam, pro vestra innocentia: non vt nos appareamus probati, & magni, in ostentatione potestatis nostræ, & executione vindictæ, quales appareremus si vos in peccatis reprobos inueniremus: e sed oramus, vt vos probati & immaculati in conuersatione vestra efficiamini. f Nos autem, dum propter vestram innocentiam nihil puniendum inueniremus, vt quasi reprobi (id est sine potestate) appareamus: cum omnem punitionis occasionem, vos per probatam conuersationem vestram, nobis subtraxeritis.

g Non enim possumus, & multò magis nec volumus, aliquid agere contra veritatem, neque in quenquam pœnam aut vindictam exercere possumus, qui in veritate probè ambulat: sed pro veritate magis agere optamus, & in omni probitate vos fouere, quantum possumus. h In hoc enim gaudemus si vos in bono potentes, fortes, ac robusti, efficiamini: Nos autem infirmi habemur & impotentes cum occasionem ostendendæ nostræ potestatis nullam habuerimus. i Atque hoc ipsum est quod semper oramus, nempe vt consummati & perfecti euadatis per omnia, vt nulla vobis mea punitione sit opus.

k Ideò enim absens hæc scribo: ne cogar, quum præsens adero vobis, seuerius in vos agere, scribo, vt nõ præsens du-

a Nisi forte reprobi estis.

b Spero autem quod cognoscitis, quia non sumus reprobi.

c Oramus autem deum vt nihil mali faciatis:

d non vt nos probati appareamus:

e sed vt vos quod bonum est faciatis, f nos autem vt reprobi simus.

g Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.

h Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis,

i hoc & oramus, nostram consummationem,

k Ideo enim hæc absens scribo, vt nõ præsens du-



rins agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem.

a De cetero autem fratres, gaudete. perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

b Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

c Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & comunicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

FINIS.

per illam potestatem quam dedit mihi deus, in utilitatem & profectum vestrum, non in detrimentum spirituale cuiusquam, ut non per nimiam indulgentiam dissoluamini, atque dilabamini in vitia: a Quod superest autem fratres mei, querite semper in domino gaudere, laborate ut perfecti efficiamini, & exhortemini, & consolemini inuicem, pacifice conuersemini, & erit deus pacis vobiscum. b Salutate inuicem, in sancto osculo spiritualis amoris.

Salutant vos omnes sancti. c Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei patris, & ipsa sancti spiritus communicatio (per quem necun- tur pater & filius adinuicem, & fideles cum domino vnum fiunt) sit cum omnibus vobis, Amen.

Finis Elucidationis in epistolam posterio-
riorem ad Corinthios, beati
Pauli apostoli.

✱ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM
in epistolam ad Galatas beati Pauli apostoli.

I Nter ceteros quibus Christum Paulus predicauerat, erant etiam hi, ad quos nunc scribit, Galatae. Qui ab ipso Apostolo verbum veritatis recte edocti, & in fide vera bene proficientes, post apostoli sui discessum, in legis seruitutem & legalium obseruantiam sunt inducti, per quosdam ex Iudaeis falsos apostolicos: qui predicabant, absque legis obseruantia: potissimum vero sine circumcisione, non posse eos salutem consequi. Qui etiam ut suae falsae praedicationi maiorem pararent auctoritatem Paulo multis modis derogabant: dicentes illum non esse nisi apostolorum legatum, non autem verum a deo missum apostolum, ut erant ceteri, qui in Iudaea agebant: atque ob hoc, minus huic debere fidei, diuersa ab illis primis ac praecipuis Christi apostolis, docenti. Videbantur enim apostoli qui erant Hierosolymis, legi fauere propter dissimulationem, ratione Iudaeorum imperfectorum, inter quos agebant, quam Paulus sua praedicatione aperte euacuatam proclamabat,

dicens post Christi mortem & nouæ legis gratiam, circumfisionem ac cætera legis esse superflua. Aduersum hos igitur pseudoapostolos, volens, Christi verus apostolus suos Galatas, ab errore legalis seruitutis, in libertatem euangelicæ libertatis traducere: primùm quidem, post pacis salutationem, in ipso statim epistolæ initio, seuera obiurgatione eos increpat, quòd talibus seductoribus, tam facili persuasione, aures & consensum præbuerint, permittentes se, ab ea in qua positi erant libertate euangelij, in legis seruitutem, sine causâ induci. Quum nec angelo, de celo, neque etiam subiipsi, aliud ab eo quod iam temel susceperant docenti credere debuissent. Mox deindè ad suæ prædicationis auctoritatem constabiliendam, declarat, suum euangelium, quod illis prædicauerat, se non ab alio accepisse, nisi immediate à Iesu Christo, qui eum perfectè de omnibus fidei mysteriis edocuit. Atque id quidem, capite primo. Post hæc autem secundo capite, contra id quod obiciebatur de apostolis, qui in Iudæa legi fauere videbantur: ostendit Paulus ex ipsorum auctoritate & approbatione, rectam & veram per omnia esse prædicationem suam ac in omnibus per illos approbatam. Idque tribus modis. Primùm in eo quòd Titum Gentilem & incircuncisum, etiam laborantibus ad hoc falsis fratribus, non cõpulerint circuncidi: quo euidenter testati sunt, non esse Gentibus necessariam circumfisionem ac proinde nec cætera legalia. Secundò quoniam postquam cum eis euangelium suum contulisset, nihil ei contulerunt, neque quicquam abiciendum aut mutadum iudicauerunt: quin & dextris illi ac socio Barnabæ datis, cum eis societatem inierunt. Tertiò quòd Petrum Anthiochia, propter Iudæorum quorundam metum, legis obseruationem simulantem, audacter repræhendit, ad præcauendum suorum scandalum. Ex quo clarè patet, licet propter conuersorum ex Iudæis imperfectionem, apostoli cæteri in Iudæa legem nondum aperte euacuant, donec euangelicæ libertatis veritas palam fieret: eorum tamen non fuisse sententiam, quod & Gentilibus esset legis obseruatio necessaria. Atque ita in fine capitis secundi, palam & aperte de legis per Christi mortem euacuatione, fideliter pronunciat, dicens se legi mortuum, soli Christo viuere, post quæ præmissa, capite tertio, pro Gentis ruditate, durè & (vt ita dicam) incircuncisè, illorum redarguit insipientiam cordisque leuitatem, & vanam instabilitatem qui cum spiritu cœpissent carne consummari vellent: docens ex scriptura quæ de Abrahæ iustificatione loquitur, ex fide iustitiam veram prouenire, non ex lege, quæ per se magis obnoxios reddit maledictioni: benedictionemque illam, quæ Abrahæ ex fide promissa fuerat, in vno semine Christo, nobis omnibus Abrahæ fidem sequentibus, & in Christum

ARG. IN EPIST. AD GALATAS.

credentibus, communicandam, quam ex lege frustra fuisset expectare, quæ tantum ad tempus populo Iudæorum data fuit, sub qua ut pædagogico custodirentur, donec libertatis tempus adueniret: quod iam impletum est quando à pædagogo liberati omnes per fidem liberi, filij dei facti sumus, quod etiam per hæredis similitudinem, capitis quarti initio, declarat. Ac deinde, iterum ad increpationem verba conuertit. Et quo amplius eorum animos ad pœnitentiam commoueat, bona conuersationis eorum principia commemorat, atque à seductoribus, qui eos æmulantur non bene, cauere iubet attentius. Iterumque per allegoriam ex Agar ancilla & Sara libera docet, ancillæ Agar filios (id est legis & synagogæ veteris seruos) eiici debere. Filios autem Saræ (id est nouæ legis & ecclesiæ filios) hæreditatem gloriæ esse accepturos. Monet proinde ac obtestatur, sequenti quinto capitulo, ne per Christum libertate donati, seruitutis iugo colla submittant, neque ista suadentibus consentiant: quos suum dicit in nouissimo iudicium condemnationis, accepturos. Tamen monet ex aduerso, ne prætextu euangelicæ libertatis, carnis obsequantur desideriis: sed ut per charitatem spiritu uiuant, & spiritu ambulent, quæ contraria sunt carnis concupiscentiæ, studiosè operantes. Cuius occasione, opera carnis enumerat: & ex aduerso, fructus spiritus constituit. In sexto autem capitulo, quæ ad mores faciunt pertractans mansuetudinis potissimum, & modestiæ Christianæ, libertatisque ac misericordiæ, commune facit: ut dum tempus est operentur bonum. Post quæ demum aduersus eos qui in carne vanè volunt gloriari, suam ipse veram ac solidam gloriationem opponit, in nullo alio præter quam in cruce Christi, se asserens gloriari, cuius stigmata in suo corpore à deo sibi non ducit ignominia, ut etiam ad gloriam ea reputet, atque cum gloria prædicet. Atque ita in eo quod cœpit ab initio terminat epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPI-
stolam beati Pauli apostoli ad Galatas.

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD GALATAS, BEATI
Pauli apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



DA AVLVS non ab homine,
neque per hominem apo-
stolus ordinatus, neque a-
postolorum apostolus, sed
absque medio, per domi-
num Iesum Christū atque
deum patrem, qui eum à
mortuis resuscitauit, & omnes qui mecum sunt
fratres, salutem dicunt ecclesijs fidelium, quæ
sunt in Galatia. b Sit vobiscum gratia, & pax
vera gratiæ comes, à deo patre omnium nos-
trum, & domino Iesu Christo filio eius: qui
semetipsum tradidit in mortem, pro expiandis
peccatis nostris. c Ut nos sic à peccatis expia-
tos, à seculi huius nequitia, & mundana con-
uersatione (in qua ante conuersionem viueba-
mus) traduceret ad nouam & cælestem conuer-
sationem: quemadmodum erat voluntas, &
beneplacitum dei patris nostri, cui est honor &
gloria, in secula seculorum, Amen. d Demir-
ror vestram istam instabilitatem nimiam &
imprudenciam: quòd ita facilè, tam citò talium
pseudopostolorū suasionibus receditis à deo,
qui vocauit vos in libertatem euangelicam, ad
prædicationem aliam (nempe legalium obser-
uantiarum) acceptandam. e Quum tamen in
veritate, non sit aliud euangelium, nec alia
prædicatione veritatis, nisi quod per me vobis
est prædicatum. f Sed sunt aliqui qui vos
querunt subuertere, & volunt euangelium
Christi ad suum placitum torquere, atque per-
uertere: ad suum sensum, non ad veritatem il-
lud prædicantes. Sed illud sciendum est vobis

TEXTVS EPI-
STOLÆ AD GALA-
tas beati Pauli Apo-
stoli.

TEXT. CAP. I.

P^aulus Apostolus,
non ab hominibus,
neque per hominè, sed
per Iesum Christum, &
deum patrè qui suscitauit
eum à mortuis, & qui
mecum sunt omnes fratres
ecclesijs Galatia,
b Gratia vobis & pax
à deo patre nostro, & do-
mino Iesu Christo, qui de-
dit semetipsum pro pec-
catis nostris,
c vt eriperet nos de præ-
senti seculo nequam,

d secundum voluntatem
dei & patris nostri, cui
est gloria in secula seculo-
rum. Amen.

e Miror quòd sic tam ci-
tò transferimini
ab eo qui vos vocauit in
gratiam Christi, in aliud
euangelium:

f quod nõ est aliud,

g Nisi sunt aliqui qui
vos conturbant, & volũt
conuertere euangelium
Christi.

a Sed licet nos, aut angelus de celo euangelizaret vobis praterquã euangelizauimus vobis, anathema sit.

Sicut prãdiximus, & nunc iterum dico,

b Si quis vobis euangelizauerit prater id quod accepistis, anathema sit.

c Modò enim hominib⁹ suadeo, an deo?

d An quãro hominibus placere?

e Si ad ruc hominib⁹ placere, Christi seruus non essem.

f Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est à me, quia nõ est secũdum hominem.

g Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi.

h Audistis enim conuersionem meam aliquando in Iudaismo,

tantam fidem vos debere adhibere iis, qui iam pridem vobis prædicauimus, vt nullius prædicatione ab ipsis recedatis, a deo vt si nos ipsi rursus redeunt, aliud vobis contrarium prædicarem, quã prædicauimus, aut etiam (si id possibile esset) angelus de celo descendens, contra id quod accepistis, vobis prædicaret, recipere nulla ratione possitis, aut debeatis: imò velut maledictum, huiusmodi prædicatorem execrari oporteat, quemadmodum olim prædixi, & nunc repetes iterum dico. **b** Quisquis vobis aliud aliquid prædicauerit contrarium ei quod nos docuimus, & iam semel vos credidistis illum fugite & excremini. **c** Quid enim? An ego dum euangelium doceo, ad hominum gloriam doceo, an ad gloriam dei? **d** Nunquid mea prædicatione, carnales & mundanos hominũ quãro fauores? **e** Profecto si hoc mihi esset in desyderio, vt placere quærerem hominibus, non possem simul esse Christi seruus fidelis: quia nemo potest duobus dominis seruire. Et ne dubitetis de nostræ prædicationis firmitate (propter eos qui me falso dicunt, non à deo missum, nec per deum, sed ab apostolis alii, & per eos instructum, tantum apostolorum esse apostolum, sic derogantes nostræ authoritati) **f** Ecce ego notum vobis illud esse volo, euangelium istud quod prædicauimus vobis, non fuisse humanum, sed diuinum. **g** Nam ego, neque ab homine illud prædicandi commissiõnem accepi, neque per hominis instructionem didici, sed per immediatam reuelationem Christi Iesu: qui per seipsum plenissimè de omnibus mysteriis fidei me instruxit, & per semetipsum ea mihi prædicanda in Gentibus cõmisit. Constat autem, quòd ante conuersionem meam, hanc fidem à nullo edoctus fuerim. **h** Neque enim dubito quin relatu iam cognouistis omnem conuersionem meam, qua in legis obseruatione, ante fidem Christi susceptam, fui

conuersatus: a quemadmodū supra modum, *a quoniam supra modū miro zelo persequabar ecclesiā dei, & velut persequabar ecclesiā dei, & capitalem inimicum hostēmque publicum me & expugnabam istam,* illi demonstrans, palam etiam expugnabam:

b In legalibus autem ritibus & obseruantis, *b & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos generis mei, ardentissimo zelo obseruans traditiones tantos meos in genere omnes: & quas lex ipsa per se tradebat obseruando, & quas mihi patres tradiderant, supra meo, abundantius amulator expressa legis præcepta: ita vt eo tempore, nihil existens paternarum minus cogitauerim, quàm de euangelio Christi mearum traditionum.*

c Quando autem venit tempus, quo placuit deo (qui me per præscientiam suam segregauit antequam egrederer de utero matris meæ, ac postmodum in suo tempore etiam vocauit ad fidem & apostolatus huius ministerium) filium suum manifestum facere in me: id est mihi aperire, & per me aliis manifestum facere, vt illum Gentibus prædicarem: *c Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus,*

d continuo non adiunxi me ullis mortalibus *d continuo non acquieui carni & sanguini:* hominibus, qui sunt caro & sanguis vt ab hominibus discerem, de quibus me plenè deus edocuit. *e neque ueni Hierosolymā, ad antecessores meos*

e Neque ueni Hierosolymam, ad eos *e apostolos:* qui fuerunt ante me apostoli, Petrum, Iacobum, Ioannem, & cæteros gratia discendi quippiam ab eis: *f sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.*

f sed sufficienter à deo instructus confidenter abij in Arabiam, vt illis prorsus rudibus Christi fidem annuntiarem, & iterum reuersus sum Damascum. *g Deinde post annos tres ueni Hierosolymam, videre Petrum, & mansi apud eū diebus quindecim.*

g Deinde post annos tres, ueni Hierosolymam, honoris gratia inuifere Petrum: apud quem & familiariter *h Aliū autē apostolorū uidi neminē, nisi Iacobū fratrem domini.*

h Alium autem apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. *i Quæ autē scribo uobis, ecce corā deo, quia nō inē*

i Quæ autem scribo uobis, deus ipse (qui iudex est omnium) testis est, quod non mentiar. Deinde *i Quæ autē scribo uobis, ecce corā deo, quia nō inē*

ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. *k Eram autē ignotus facie, ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christi*

k Eram autem ignotus aspectu, ecclesiis Iudææ fidelibus.

a tantum autē auditū habebāt, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euāgelizat fidē, quā aliquando expugnabat: b & in me clarificabāt deum.

TEXT. CAP. II.

a Deinde post annos quatuordecim, iterum ascēdi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Titio. b Ascēdi autem secundum reuelationem,

c & cōtuli cū illis enan-gelium quod prædico in Gentibus:

d seorsum autē iis qui vi debantur aliquid esse, e ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.

f Sed neq; Titus qui mecum erat, cū esset Gētilis, cōpulsus est circumcidi:

g sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatē nostrā quam habemus in Christo Iesu, h vt nos in seruitutem redigerent.

a Tantum audierāt fama, illum qui olim tam seuus fuerat persequutor Christianorum, nunc prædicare fidem quam olim expugnabat, & palam persequebatur. b Atque ita in me clarificabant deum, qui tam mirabilia circa me fuisset operatus, per gratiam suam.

ELUCIDATIO CAP. II.

D^a Einde post annos à mea conuersione quatuordecim iterum ascēdi Hierosolymam, assumptis Barnaba & Titio: altero ex Iudæis, altero Gentili, vt essent testes idonei, fideles & sufficientes, eorum quæ agerentur mecum in Hierosolyma. b Ascēdi autem hac vice, ex diuina reuelatione, ad declarationem veritatis euāgelij quod prædicaui, & confutationem eorū qui me calumniabantur quasi diuersa docentem ab aliis apostolis, qui erant Hierosolymæ: c & contuli cum apostolis cæteris euangelium quod prædico in Gentibus exponendo eis per ordinem omnia quæcūque prædicaui. d Non id tamen in publico coram omnibus sed separatim, coram us qui erant eminentiores inter fideles cæteros. e Feci autem istud, non quòd dubitarē, de prædicatione mea aut vt aliquid discerem amplius: sed vt fieret irritus labor meus, & prædicatio mea in Gentibus, vt dum à cæteris apostolis nostram doctrinam audirent comprobari, non dubitarent ei fidem habere. f Vsq; eadē autem nihil apostoli nostræ contradixerunt prædicationi, vt nec Titum cogerent circumcidi, qui tamen erat incircuncisus, & ex vtroque parente Gentilis natus. g Imò neque propter falsos fratres, qui erant subornati ab aliis, etiam si illi ad hoc laborarent, qui occultè, sub amicitia & fidei specie ingressi sunt ad explorandum si in libertate peristaremus quam habemus in fide Christi, & quam prædicaui, h vt nos subicerent seruituti legis, cogēdo Titum circumcidi, ac deinde ex aliorum apostolorum autho-

ritate Gentibus legalia prædicare. a Nos vero illis neque ad horam cessimus, siue pro tempore minimo, subiiciendo nos seruituti legis, Titum circumcidendo, vt veritas euangelicæ libertatis apud vos inconcussa permaneret. Si enim illi apostoli circumcisionem putassent Titum necessariam, vtique coegissent eum circumcidi. Et postea quàm falsis illis fratribus ad hoc laborantibus, Titus non est compulsus circumcidi, constat, quod illi nostram prædicationem de non obseruandis legalibus, comprobauerint.

b Ab his autem qui erant eminentiores in ecclesia, nihil didici tunc temporis. Taceo autem quales aliquando illi fuerint in Iudaismo, multo me & zelo & sciētia legis inferiores, vt tunc potius eis erudiendis ipse sufficerem. Verùm illud nihil ad rem: quoniam deus non attendit ad personas hominū, sed quos ipse vult secundum propositum voluntatis sue vocat & eligit.

c Mihi, inquam, illi eminentiores apostoli, nihil addiderunt, ad euangelij mei doctrinam. Imò verò e contrario, per omnia cōsentiebant, veracem, plenam, & sufficiētem meam doctrinam comprobātes.

d Nam cū vidissent, Petrus, Ioannes, & Iacobus, quòd mihi dominus commississet officium prædicandi Gētilibus, sicut Petro. Euangelizādi Iudæis (Nam qui Petrus fecit dignum Iudæorū apostolum, idem deus & mihi adfuit, vt idoneus essem apostolus Gentilium) & cū cognouissent gratiam multiformem spiritus sancti, quæ data est mihi: illi, inquam, qui eminebant tanquam columnæ in ecclesia, iunctis dextris societatem inierūt nobiscū: hoc est mecū & cum Barnaba, vt nos in Gentes pergeremus prædicātes, & ipsi inter Iudæos.

e Tantū admonebant, vt pauperum qui erāt in ecclesia Hierosolymę, spoliati possessionibus suis, curā haberemus apud ecclesias Gentilium, qui in bonis tēporalibus magis abundabāt: f quòd etiā omni qua potui sollicitudine,

a Quibus neque ad horam cessimus subiectione, vt veritas euangelij permaneat apud vos.

b Ab his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquādo fuerint, nihil mea interest, deus enim personā hominis nō accipit,

c mihi enim qui videbatur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed e contra, d cū vidissent quod creditū est mihi euāgelium præputū, sicut & Petro circumcisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatū circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes) & cū cognouissent gratiā quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederūt mihi & Barnabæ, societatis: vt nos in Gentes, ipsi autē in circumcisionem: e tantū vt pauperum memores essemus: f quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

a Cùm autē venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei resedit,

b quia reprehensibilis erat.

c Prius enim quàm venissent quidā à Iacobo, cum Gentibus edebat:

d cū autē venissent, subrahebat & segregabat se, timens eos qui ex circuncisione erant.

e Et simulationi eius consenserūt ceteri Iudæi: ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

f Sed cū vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem euangelij,

g dixi Cephæ coram omnibus:

h Si tu cū Iudæus sis, Gentiliter vivis, & non Iudæicè, quomodo Gentes cogis Iudæizare?

diligenter peregi. a Quo verò amplius vobis fiat comprobata veritas libertatis Evangelicæ & prædicationis nostræ, narrabo vobis quo pacto Antiochiæ, Petro Apostolorum principi cōtradixerim, eum palam omnibus (quibus erat periculum) arguendo: b quia reprehendendus veniebat, & ita se gerebat, ut mihi necessarium videretur illum reprehendere, propter scādali & periculi (quod alioqui videbatur eminere) amotionem. c Nam principio cū venisset Antiochiam, cœpit legem negligens, cū Gentilibus manducare, quod lex prohibet. d Cū verò à Iacobo venissent quidā Iudæi: subtraxit se & separavit à consortio Gentilium, timens scandalū facere illis Iudæis, qui in lege adhuc ut infirmi hærebant. e Cuius exēplo & ceteri Iudæi (qui ante cū Petro bona fide Gentibus participassent) ipsè quoque Barnabas socius noster, adducti sunt ad simulandū legis obseruationē, & occultandam eam quam habebant de Evangelica libertate sententiam. e Sed cū vidissem, quòd propter timorē scandalī Iudæorū illorū, dissimularent veritatē libertatis Euāgelicæ, timensque ex hoc Gentilibus scandalū immittere, hoc mihi cōsiliū fuit, f ut Petrū corā omnibus arguerem: quo sic, & illi qui aduenerunt Iudæi, & ceteri Gentiles, nullū scandalū paterentur Evangelicæ libertatis veritatē, per meā reprehensionē, Petro non resistente, edocti. Dixi itaque Petro corā omnibus, tã Iudæis quàm Gentilibus aderant, quibus ex re prædicta periculū vllū euenire poterat. g Si tu, qui Iudæus es natura, lege dimissā sub qua natus es, cōmunē cū Gētilibus vitā ducis: quomodo nunc Gētes tuo exēplo ad Iudaismū inducis, ob istorū Iudæorū qui aduenerunt timorē? h Nos carnali propagatione Iudæi sumus, sub Iudaismo nati, non autē illi peccatores, qui ex Gentilibus conuertuntur. Nequaquā ergo illi sunt inducēdi ad legē, qui sub lege nō sunt

sunt nati, quàm nos quoque audemus transgredi qui sub lege nati sumus. a Cùm igitur credamus firmiter, quòd ex operibus legis nemo potest verè coram deo iustificari, sed tantùm per fidem in Christum. Idcirco etiam nos ludari in Christum credimus, vt per fidem consequamur, quod ex legis obseruantia consequi non potuimus, nempe iustificationem. b Ita que, ex operibus legis nemo hominum iustificari potest. c Alioqui si nos ex hoc peccatores inuenti sumus, quòd lege prætermisâ querimus iustificari in sola fide Christi: consequitur Christum peccati illius ministrum nobis esse. Nam eius doctrina eiusque amore, fiducialiter legem prætermittentes, ipsius gratiæ soli inhæremus. d Non potest autem fieri vt Christus nobis peccatis fuerit minister siue author, aut in peccatû ipse nos coniecerit e Nam si nunc quæram reparare (exemplo vel prædicatione) legis obseruantiam quam iam pridem & reliqui & destruxi (tam verbo prædicationis, quàm exemplo cõuersationis) apertè me ipsum peccati pristini reum arguo. Nam si obseruari eam oportet, ergo peccatum erat dimittere.

f Ego enim per legis nouæ aduentum, legi veteri subtractus sum: vt deinceps viuam in gratia dei, & ex ea vitam quæram. g Cum Christo sum con crucifixus, configuratus similitudini mortis eius: vt amplius non viuam operibus pristinis. h Viuo autem iam non secundum carnem ego vt olim: viuit autem in me Christus, per gratiam suam in me inhabitâs. i Vita autem ista, qua nunc adhuc in corpore constitutus viuo, per fidem est, qua credo in filium dei, qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro mea salute. k Hanc autem gratiam vltro mihi oblatam, nequaquam volo abicere: sed per fidem, modis omnibus accepto. Qui autem in lege querunt iustificari, hanc gratiam abiciunt. Nam si per legem credis posse iustitiam pro-

Nos, natura Iudei, & nõ ex Gẽtibus peccatores.

a Scientes autẽ, quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis.

b Propter quod, ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

c Quòd si quærentes iustificari in Christo inuenti sum? & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est?

d Absit.

e Si enim quæ destruxi, iterum hæc reedifico, præuaticatorem me constituo.

f Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt deo viuam:

g Christo confixus sum cruci.

h Viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Christus.

i Quòd autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro me.

k Nõ abicio gratiã dei.

Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

uenire. Christi passionem & mortem facis inane. Quorsum enim opus morte filij dei, si perfectam iustificationem, ac per consequens salutem, conferre potuisset lex Moyfi.

ELUCIDATIO CAP. III.

TEXT. CAP. III.

a O insensati Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati?

b ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in vobis crucifixus?

c Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

d Sic stulti estis, ut cum spiritu coepentis, nunc carne consummami?
e Tanta passi estis sine causa?

f si tamen sine causa.

g Quis ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?

h Sicut scriptum est, Cre didit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

COgit me dolor lapsus vestri, ad increpationem verba conuertere. **a** O sine intellectu insensati Galatae, qui vos decipit & seduxit, vt non permaneat in ea quam vos edocui veritate? **b** Quibus Christus Iesus, quasi ante oculos proscriptus est, ac deliniatus, & tam aperte in vobis praedicatus, ac si vobis spectantibus ipse fuisset crucifixus. Tam clare enim cuncta, vobis fidei mysteria nota feci, ac si oculis vestris cuncta praesentes coespexissetis. **c** Nunc igitur, vel vnum hoc quod vos interrogo, respondete. Spiritum sanctum, & eius dona quae nuper accepistis, an ex legis obseruatione recepistis, an ex fide, quam nobis praedicantibus audistis? Certum est quod ex fide eorum quae à nobis audistis, spiritum estis consequuti. **d** Quae igitur est haec dementia, vt nunc velitis in carnali legis obseruantia proficere atque perfici, qui à spiritu & fidei gratia coepistis? **e** Dolendum est, tatarum passionum, quas pro Christo, sustinuitis ab infidelibus, fructu vos priuari, ab euangelij libertate, ad legis seruitutem transeuntes: **f** Nisi forte poenitentiam agentes, rursus conuertamini ad libertatem euangelij. Sic enim sperandum esset, non sine fructu vos passos fuisse. **g** Rursus igitur interrogo vos: **Q**ui tribuit vobis spiritum sanctum deus, qui & operatur signa & virtutes in ter vos: putatis eum haec vobis praestare, propter legis obseruantiam, an ex hoc, quod auditis à nobis, fidem habetis? Constat sane, quia per fidem, & non ex legis obseruatione, quam tunc non noueratis. **h** Quemadmodum & scriptura de Abraham testatur, quod fides (qua deo credidit, quae supra naturam erat promittenti) fuit ei à deo reputata ad iustitiam,

antequam vnquā lex illa scripta fuisset. a Vnde cognoscitur atque colligitur, illos esse verē filios Abrahæ, qui illius fidem imitantur, similiter deo credentes, vt ille credidit. b Prænotens autem & prouidē cōsiderans spiritus sanctus, author scripturæ, quōd Gentes aliquando iustificaturus esset deus ex fide, prædixit Abrahæ per promissionem, multò ante quā lex daretur, quōd in ipso benedicendæ essent omnes gentes, eadem nimirum ratione, & modo eodem, quibus ipse benedictus fuit à domino: hoc est, ex fide non ex operibus legis. c Itaque qui fideles sunt, sic benedicentur, vt Abraham benedictus est: nempe per fidem, & non ex operibus legis. Nam quomodo benedictio ex legis esset operibus, quæ potius maledictionis est occasio? d Qui enim sub lege seruiunt, maledictioni sunt obnoxij: quæ difficilimè euaditur, propter nimiam difficultatem legis, & multiplicationem nimiam præceptorum, sine auxilio gratiæ. e Scriptū est enim in lege Moyfi: Maledictus omnis, qui non obseruauerit cuncta quæ in libro legis sunt descripta. f Cū igitur ex lege nemo iustificetur vera iustitia, coram deo: consequitur, fidem esse quæ iustum coram deo iustificat, & spiritu viuere facit. g Lex autem vetus, de fide, aut de credendo principaliter non præcipit, sed magis de operando: Ita vt qui ea quæ in lege scripta sunt fecerit, à morte seruetur corporali, qua transgressores puniuntur. h Christus nos expediuit & liberauit, de maledictionibus legis, per hoc quōd pro nobis ipse factus est maledictum, sic æstimatus ab omnibus hominibus. i Nam & lex scribit, maledictum esse omnem qui fuerit vt malefactor in cruce suspensus: vt constet Christum factum maledictum, omnium æstimatione, quoniam cruce tanquam malefactor fuit affixus. k Factus est, inquam, Christus pro nobis maledictus, de maledicto legis nos

a *Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ.*

b *Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat Gentes deus, prænotauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes Gentes.*

c *Igitur qui ex fide sūt, benedicentur cum fidei Abraham.*

d *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.*

e *Scriptum est enim, Maledictus omnis qui nō permiserit in omnibus que scripta sunt in libro legis, vt faciat ea.*

f *Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit.*

g *Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea uiuet in illis.*

h *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum:*

i *(quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno)*

k *Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.*

a vt pollicitationē spiritus accipiamus per fidem.

b Fratres secundum hominem dico:

c tamen hominis confirmatum testamentū nemo spernit, aut superordinat. d Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius.

e Nō dicit: Et seminibus quasi in mulieris, sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus.

f Hoc autem (dico testamentum confirmatum à deo) quæ post quadringētos & triginta annos facta est lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.

g Nam si ex lege hæreditas, iā nō ex promissione.

h Abrahæ autem per re promissionem donauit deus.

i Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est,

k donec veniret semen cui promiserat:

l ordinata per angelos in manu mediatoris.

redimens. vt benedictio Abrahæ repromissa, & semini eius, completeretur non in Iudæis solum, sed etiā in omnibus Gentibus, per Iesum Christum: a vt nos pollicitationem illam spiritua-

lem acciperemus, credendo in Christum, quàm carnales Iudæi, secundum literam sibi solis factam putabant. b Fratres, ex humanis rebus

argumentum ego sumam, ad confirmandum quæ dico. c Tametsi non nisi hominis sit testamentum, modò sit confirmatum: nemo illud

audet infringere, aut cōtrarium aliquid superordinare. d Abrahæ autem deus dedit pro

testamento, promissiones iureiurando confirmatas, & in semine eius adimplendas. e Non

dixit: Et in seminibus tuis benedicentur omnes gētes quasi per plures ex semine Abrahæ, ventura esset spiritus benedictio: sed singulariter dixit, In semine tuo, quod semen intelligitur

esse Christus. f Hoc autem (testamentum inquam, promissionis huius, confirmatum à deo per iusiurandum) illa lex quæ posterior data

est filiis Israel, post quadringētos & triginta annos à promissione facta Abrahæ, non potuit euacuare: Ita vt per hanc legem superinductam,

obliteraretur promissio ante facta, & iuramento confirmata. g Nam si hæreditas promissa

ex legis obseruatione, velut ex debito accipitur: ergo nō liberaliter ex promissione. h Nūc autem Abrahæ deus hæreditatem per promissionem dedit, non per legem. Pugnans enim

hæc ad inuicem ex lege, & ex promissione. Quoniam quod ex lege, ex debito est: quod

autem ex promissione, ex liberalitate sola spectatur. i Quorsum igitur opus erat lege, aut

quid ipsa confert? Propter transgressionem grauiores per minas & terrores comprimendas, velut interposita est, pro tempore intermedio

duratura. k Donec veniret semen, in quo promissio implenda erat, l ordinata quidem & disposita, angelorum ministerio, in monte Sina,

in manu tamen & potestate mediatoris, qui est Christus, vt in manu ac potestate eius foret legem euacuare, perficere autem suo aduentu. a Hic autem mediator Christus, non est vnus mediator: sed inter duos populos, qui ante per legis parietem erant diuisi, & per mediatoris aduētum sunt, (pariete legis sublato) in vnum compacti: quia deus vnus est, propter quod, filius dei duos populos in vnum cōiunxit. Quorum enim deus vnus est, non conuenit eos diuisos esse. b Quid ergo? An dicimus nos, legem destruere promissiones dei? Absit, vt hoc dicamus. c Et quidem si talis esset lex data, quæ posset verè coram deo iustificare, verè ex lege esset iustitia, atque ita per eam impleretur dei promissio: d sed ita non est, imò conclusit deus legis occasione, omnes sub peccato & maledictioni obnoxios omnes coarguit: eo quòd plurima lex præciperet grauià, ad quæ implenda, nullam insuper cōtulit gratiam adiuantem. e Hoc autem deus ideo disposuit, vt desperantes se ex lege non posse saluari, ad fidem recurrentes, quærerent ex ea promissionem accipere: id est, iustificationem consequi, & salutem. f Prius autem quàm fides in palam veniret, seruabamur sub lege, à grauioribus malis, velut pueri sub disciplina constrikti, vt essemus præparati in aduentu fidei, ad eam suscipiendam. Non solùm ergo lex non fuit contra promissã dei, sed etiam adiumentum contulit, quantum ex se erat, & quasi præparauit suos, ad ea consequenda. g Erat enim Iudæis velut pædagogus, custodiens & comprimens eos, donec veniret ex fide, perfecta iustitia, atque libertas. h Sed nunc postquam fides ipsa reuelata est non amplius sumus sub illo legis pædago. i Omnes enim estis nunc (accepto spiritu sancto) filij dei effecti, per fidem, in libertate & amore, in Christo Iesu.

k Quicumque enim in Christo bapuzati estis k Quicūq; enim in Chri-

a Mediator autem vnus non est.

deus autem vnus est.

b Lex ergo aduersus promissã dei? Absit.

c Si enim data est lex, que posset viuificare: verè ex lege esset iustitia.

d Sed conclusit scriptura omnia sub peccato,

e vt promissio, ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

f Prius enim quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem qua reuelanda erat.

g Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.

h At vbi venit fides, iã nō sumus sub pædago,

i Omnes enim filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu.

fito baptizati estis, Christum induistis.

a Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, nõ est masculus neque fœmina.

b Omnes enim vos vni estis in Christo Iesu.

c Si autem vos Christi, ergo semẽ Abraham estis, d secundum promissionem hæredes.

TEXT. CAP. IIII.

a Dico autẽ, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit omnium dominus:

b sed sub tutoribus & actorib^o est vsq; ad præsitum tempus a patre.

c Ita & nos cum essemus paruuli, sub elemẽtu mundi eramus seruientes.

d At ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege,

e vt eos qui sub lege erãt, redimeret, vt adoptionem filiorum acciperemus.

Christo configurati & conformes facti estis, & Christũ in vobis accepistis. a Non est distinctio inter Iudæum & Gentilem, seruum & liberum, masculum & fœminam. b Quoniam omnes in Christo vnum sunt, vnum, inquam, corpus, vna ecclesia, Christo cõniti, & per spiritum sanctum. c Si autem vos vnum estis cum Christo, & in Christo: ergo estis Abraham semẽ, d & veri estis hæredes Abraham, de quibus promissionem accepit, quique eius promissionem hæreditabit.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

A^a D præcedentium autem maiorem declarationem, propono vobis hæredis similitudinem: qui dum paruulus est, per omnia viuit vt seruus, sine libertate propriæ voluntatis, & sub timore atque custodia, cum sit tamen verè dominus omnium rerum suarum: b sed viuit subiectus tutoribus, quibus est curæ eius æductio, eiusque in moribus directio, & actoribus siue dispensatoribus, qui administrationem habent rerũ illius, vsque ad tẽpus a patre, in testamento vel aliã, præstitutum. c Ad eundem modum & nos Iudæi, quum essemus paruuli tempore veteris legis, eramus spe temporalis præmij & pœnarum timore, seruorum more seruientes, sub legis traditionibus, quæ sunt velut elementa: id est, rudimenta minima, & nihil perfectionis per se habentia: elementa, inquam, mundi huius, id est, corporalia & secularia: quoniam lex vetus tota versabatur circa purificationes carnis, & sacrificia corporalia, de spiritali purificatione nihil agens. d At verò, postquam impletum est tempus a patre æterno præordinatum, vt in eo liberaret genus humanum: tunc misit pater filium suum, quem ceterorum more voluit nasci ex fœmina, & sub legis seruitute constituere, natum ex Iudæorum populo, e vt eos qui sub legis iugo præmebantur, hac via ipse de seruitute redimeret, & pro

feruis legis, filios dei secūdum adoptionē efficeret. a Et quia vos deus efficere voluit filios suos, misit spiritum filij sui (id est, eundem quo ille non ad mensuram plenus fuit, & quem suis fidelibus ipse promisit, & qui à filio procedit) in spiritum nostrū qui nos faceret clamare cum fiducia, Abba, quod est pater: b Iā igitur quis credit, non vltra est seruus, sed filius per adoptionem, ac perinde & hæres dei patris, per Christum, per quem adoptionem hanc consequuti sumus. c Sed olim quidem antequā reuelata esset fides, vos Gentiles seruiebatis idolis, quæ non natura aut veritate, sed solo nomine & opinione dii habentur, idq; propter ignorantia vestra cæcitate. d Nunc verò quum cognoueritis deum nec possitis ignorantia velamen prætere, imò quum sitis ipsi cogniti, & singulariter respecti à domino: e quomodo rursus conuertimini ad legales istas & corporales obseruantias, nec valentes, nec sufficientes iustitiam aut salutem conferre, f quibus nunc velut de nouo vos subiicitis, quem admodum olim idololatriæ, quum nūquam eas obseruaueritis? g Iam dies obseruatis festos à reliquis discernentes, & menses & annos, & tempora, secundum legis præscriptiones obseruatis. h Timeo de vobis, ne fortè fructus laboris mei pereat, quem impendi in vobis instruedis, nisi resipiscatis. Frustra enim laborasse me reputo, si vos ad salutem, quòd semper laboraui, non adduco. i Estote vos similes mei in euangelij libertate viuētes, quoniam & ego propter vos factus sum similis vestri, legē non obseruans, vt ipso exemplo meo docerem omnes libertatem euangelij. k Fratres mei dilectissimi, nō ego hæc velut exacerbatus passionibus loquor, sed ex compassione nimia, propter charitatem, obsecrās dico: Nihil enim me læsistis, vt erga vos debeam ex mea parte, esse exacerbatus, sed vobis ipsis nocuistis plurimum.

O iij

a Quoniam autē estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.

b Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius, & hæres per deum.

c Sed tūc quidē ignorantēs deī, is qui natura non sunt dij, seruiebatis.

d Nunc autem cum cognoueritis deum, imò cogniti sitis à deo:

e quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, f quibus denuo seruire vultis?

g Dies obseruatis, & menses, & tēpora, & annos.

h Timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis.

i Estote sicut ego, quia & ego sicut vos:

k fratres, obsecro vos. nihil me læsistis.

a Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizauis vobis, iam pridē: b & tentationem vestrā in carne mea, non spreuistis, neque respuistis.

c sed sicut angelū dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

d Vbi est ergo beatitudo vestra?

e Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi.

f Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis?

g Aemulatur vos non bene:

h sed excludere vos volūt, ut per illos aemulemini.

i Bonum autem aemulamini in bono semper & non tantum cum praesens sum apud vos.

k Filioli mei, quos iterū parturio,

l donec formetur Christus in vobis.

m Vellem autē esse apud vos modō, & mutare vocem meam:

a Ipsi autem scitis, quōd nuper praedicauerim vobis euangelium, in multa humilitate & persecutione corporali. b Nec tamen ob meam tentationem hanc vestram, quā à mea abiectio- ne corporali tentari meritō potuissetis, meam praedicationem spreuistis aut abiicistis:

c sed sicut angelum dei, imō sicut Christum ipsum, cum maximo honore & attentione summa me excepistis. d Vbi verō nunc ista praedicta in initia, ex quibus secundum spem beatos vos reputabamus? e Illud enim testificor de vobis quod ob summum nostri amorem etiam si oculos vestros potuissetis erare, dedissetis utique mihi: id est, nulli rei vel carissime, nostri gratia parcere voluissetis. f Nequaquam igitur me inimicū vobis factum puto, ex eo quōd veritatem obiurgans apertē propono. Forsitan & hi qui circumcisionem praedicant, zelo erga vos afficiuntur. g Quōd si vos aemulantur: constat, quia non rectē aemulatur, quia non secundum scientiam, & cōtra euangelij vestramque libertatem. h Sed excludere vos volūt à veritate euangelij, ut vos discipulos habeāt in seruitute legis, suarum obseruantiarum sectatores.

i Vos autem id quod verē bonū est sectemini, & tenere studeatis semper, non ad tēpus tantum quandiu praesens sum apud vos: ut à bono nunquam recedatis, & in eo semper permaneat. k Semel vos ego per euangelium in Christo genui, filioli mei, quos tenerrimē diligo, & nunc iterum in visceribus gesto, velut denuō parturiens, in Christo vos iterum gignere cupiens, l donec efficiam, ut rursus Christus habitet in vobis cuius formā perdidistis quando à virtute euangelij, ad legis obseruantias declinastis.

m Optarem sanē ad tēpus aliquātum praesens esse apud vos, ut possim cōmutata voce, secundum affectionē cordis mei (quae verbis efficacius quā literis exprimitur) nunc increpare, nunc exhortari, nūc instruere. Nescio enim af-

fectum meum, quo vos amo, vestramq; salutem desidero, angustiis literarū harum concludere.

a Idq; optare, si fieri posset, quoniā confundor in vobis, dum quales non sperabā, vos inuenio, & qualia à vobis expectabamus, minimè præstatis. b Qui igitur vultis esse sub lege, responde mihi: Legem non legistis? c Si enim legistis, notum vobis esse credo de duobus Abrahamæ filiis, quorū alterū de ancilla Agar, alterum de libera vxore Sara, suscepit. d Sed ancillæ filius secundū carnē, id est secundū naturalē feminis virtutē, naturalēmq; propagationem, sine vllō miraculo aut promissione, natus est: e Filius autē liberæ, non secundū cōmunem naturalis propagationis cursū, neque solitā feminis efficaciam, sed speciali miraculo, per repromissionem est natus. f Sunt autē hæc allegoricè intelligēda, & ad nouæ ecclesiæ mysteria, cōformanda. g Significantur enim in his testamēta duo & duæ ecclesiæ, nepe vetus testamētum ac vetus Iudæorū synagoga, & nouum testamētum cum noua ecclesiā. h Vnū quidem testamētū in mōte Sina datū est, quod seruire facit Iudæos, & synagogā habet seruituti subiectā. Atque hāc veterē legem & synagogam quæ in lege generat seruos, Agar significat. i Nā Sina est mōs in Arabia, qui cognatus est, & similitudine quadam coniunctus illi ciuitati, quæ nunc est in Hierusalē, quæ seruit sub lege veteri, & omnes inhabitatores eius. Nā hæc est cōiunctio inter mōtem Sina & Hierusalem (in qua seruit synagoga) quod sicut lex seruitutis in mōte Sina data est primū, ita eius obseruatio & seruitus, in ipsā Hierusalē viget. k Illa autē altera Hierusalē noua ecclesiā Christi, quæ per fidem est sursum, & supra legis seruitutē libertate supereminēs, est mater nostra, per legē nouam (in qua fundata est) nos in libertate generās: & hæc per Sarā liberā significatur. l Nā de huius ecclesiæ nouæ gloriosa libertate, scripsit multo

a quoniam confundor in vobis.

*b Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem nō le-
gistis?*

c Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: vnū de ancilla, & vnū de libera.

d Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est:

e Qui autē de libera, per repromissionem:

f quæ sunt per allegoriam dicta.

g Hæc enim sunt duo testamēta:

h vnū quidē in mōte Sina, in seruitutē generans, quæ est Agar.

i Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quæ nūc est in Hierusalē, & seruit cū filiis suis.

k Illa autē quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra.

Scriptum est enim: *Letare sterilis, quæ non parit: erûpe & clama, quæ non parturis,*

a quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.

b Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus.

c Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc.

d Sed quid dicit scriptura? Eicce ancillam & filium eius:

e non enim hæres erit filius ancillæ, cum filio liberæ.

f Itaque fratres, non sumus, ancillæ filij, sed liberæ, quæ libertate Christus nos liberavit.

TEXT. CAP. V.

a State & nolite iterum iugo seruitutis contineri.

b Ego Paulus dico vobis, quoniã si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

c Testificor autem rursus omni homini circumcidentise, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ,

d Euacuati estis à Chri-

ante Esaias, ecclesiam in spiritu nouã alloquens hisce sermonibus: *Letare, inquit, ô ecclesia Gëntium, quæ olim sterilis vocata, non pariebas filios deo, erûpe in gaudium & clama in gratiarum actione, quæ olim deo populû nō acquirerebas.*

a Quoniã tu quæ deserta reputabar, multo plures filios deo gignes, quã illa vetus synagoga, quæ legem habebat cui erat desponsata.

b Nos autem fratres, omnes filij Abrahæ sumus, de quibus ipse promissionem accepit, & nos eius promissionem similiter accepimus, filij Abrahæ existetes ad similitudinẽ Isaac, non secundum carnem, sed secundum spiritum & promissionem.

c Neque mirum vobis videatur si nunc nostram libertatem persequatur Iudæi, qui etiã tunc Ismahel carnaliter de ancilla genitus persequebatur, & affligebat molestiis Isaac, miraculosè ex promissione genitum.

d Cõsolatur autem nos, quod scriptura his pueris presignauit, quãdo voce Saræ, & domini confirmatis, iussus est eicci filius ancillæ, cum matre sua, id est, Iudeus cum synagoga matre sua, et vt hæreditatem nō habeat filius ancillæ cû filio liberæ: hoc est carnalis Iudeus cû fideli.

f Itaque fratres nos Abrahæ quidẽ filij sumus, non tamen de ancilla, sed de libera liberi nati: ea, inquam, libertate qua Christus p mortem suã liberavit

ELUCIDATIO CAP. V.

Qa Vemadmodum igitur Christus vos redemit à seruitute, ita state, neque rursus sinatis vos seruitutis iugo operari.

b Ecce ego Paulus Christi minister & vester apostolus denuncio vobis, quod si fiduciã habentes in legis carnali obseruatia circumcissionem suscipiatis, Christianæ fidei meritum non habetis.

c Cõtestor iterum omnem hominem qui se circumcidi curat, tanquam rem salutis necessariã, & debitorem se constituit vniuersæ legis implendæ. **Q**ua enim cõsciencia se astrictum putat circumcissioni, quæ est cæterorum legalium ianua, eadẽ cogitur & ad reliqua legis obseruanda.

d Fructum perdidistis quem in

Christo habebatis, quicūque in legalibus iustificari queritis, & à gratia dei excidistis. a Nos enim fideles Christi expectamus, & speramus iustitiā cōsequi ex fide, per spiritū, non ex carnalibus istis legis obseruatiis. b Nā per Christū Iesum factū est, vt nec Iudaismus, nec Gentilitas, quicquā valeat ad verā iustitiā atque salutē, sed fides sola, per dilectionē viuificata, atque operās per eam. Ipsa est quæ valet ad iustitiā verā, & salutē. c Nuper quū à vobis abscederē, bona fide rectē ambulabatis. Quis nūc seductor aut inuidus, cursū vestrū bonū impediuit, vt nunc veritati sitis facti inobedientes? d Rogo vos nemini fidē habeatis, qui vos docet aliter quā edocti estis. e Persuasio ista à quocūque tandē suggeratur, non est à deo qui vos vocauit. Quomodo enim à deo foret, quū deus vos ad libertatē vocauerit, isti autē ad feruitutē vos cogāt? f Modicū fermētū vniuersam massam fermentat. Atque ita vel paululū falsæ doctrinæ susceptæ, fidē totā corrūpit ac idēque facit vt deo non placeat: & paucorum inter vos peruersitas omnes vos, omnēq; vestrā ecclesiā, quærit fermētare, prauisq; dogmatibus corrūpere. g Ego autē cōfido in domino quod vos quidē (quantū ad maiore partē vestrum) ad mentē redeuntes, nihil aliud in finē quā veritas habet, sapietis, nec aliud quā edocti estis, tenebitis. h Cæterū pauci illi corruptæ doctrinæ homines, qui huius cōturbationis, falsa prædicatione sua, sunt authores, quicunque tādē illi fuerint, non euadēt impuniti sed iudicium dānationis æternæ accipient, nisi agant pœnitentiā. i Ego autē, fratres mei, si circumcisionē atq; cætera legis, adhuc vellē prædicare nō mihi opus esset tātās persecutiones sustinere, quarū plurimas à Iudæis perfero, & pertuli. k Et si illā tantū prædicare velim cessabit apud Iudæos omne scādālū, & omnis offensio qua nūc offenditur cruci Christi, eo q̄ prædicamus per ipsam

sto, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.

a Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.

b Nam in Christo Iesu, neq; circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.

c Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire?

d Nemini consenseritis.

e Persuasio hæc, nō est ex eo qui vocat vos.

f Modicū fermentum totam massam corrūpit.

g Ego confido in vobis in domino, quod nihil aliud sapietis.

h Qui autem conturbat, vos portabit iudiciū quicunque est ille.

i Ego autem fratres si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?

k Ego euacuatum est scandalum crucis.

a *Vtinā & absindātur
qui vos conturbant.*

b *Vos enim in libertatem
vocati estis fratres:*

c *tātūm ne libertatem in
occasione detis carni,*

d *sed per charitatem spi-
ritus seruite inuicem.*

e *Omnis enim lex in vno
sermone impletur: Dili-
ges proximum tuum sicut
teipsum.*

f *Quod si inuicem mor-
deris, & comeditis, vide-
te ne abinuicem consum-
mami.*

g *Dico autem in Christo:
spūitu ambulate, & desi-
deria carnis nō perficietis.*

h *Caro enim concupiscit
aduersus spiritum:*

i *Spiritus autem aduersus
carnem.*

k *Hæc enim sibi inuicem
aduersantur:
vt non quæcunque vultis,
illa faciatis.*

l *Quod si spiritu ducimi-
ni, non estis sub lege.*

circumcisionē cæterásque legis obseruatiás su-
blatas esse. a Vtinā absindātur à vestra eccle-
sia, qui vos subuertūt à libertate ad seruitutem
traducentes. b Vos enim fratres, in libertatem
estis à deo vocati, neque vllis vobis obseruatiis
carnalibus legis opus est. c Tantūm videte ne
hac libertate abutētes, sub eius prætextu, serui
efficiamini vestrōrū carnalium desideriorum.

d Sed per charitatem spiritus, subditi estote, &
seruite inuicem, faciētes aliis quæ velitis vobis
fieri, in operibus fraternæ dilectionis, vos ipsos
diligenter exercētes. e Sūma enim omniū eo-
rum quæ lex erga proximum præcepit in vnus
verbi illius obseruantia, impletur, Diliges proxi-
mū tuū, sicut teipsum. f Quod si detractioni-
bus inuicē morderis, & apertis inuidiētiæ rixis
inuicē velut comeditis, periculū est ne mutuis
hisce odiis cōsumpti, etiā pereatis. g Secundū
Christi autē præcepta & doctrinā loquens, mo-
neo vos vt legalibus obseruatiis dimissis, secun-
dum spiritus sancti instinctū atque ducatū, vi-
tam instituatis. Ita fiet vt carnalia desideria nō
cōpleatis, quæ spiritui aduersantur. h Carnalis
enim appetitus, voluntati spiritus (quæ natura-
liter ad bonum depræcatur, & multo magis per
gratiā dei adiuta) cōtrariatur in appetēdo: i &
spiritus similiter desideria carnis cōcupiscētis
sunt cōtraria. Caro enim, praua quæque ex sua
peruersitate ab infantia appetit: Spiritus verò
humanus, potissimū spiritu diuino adiutus ad
optima magis sollicitat. k Hæc enim duo sibi
inuicē in appetēdo cōtraria aduersantur, atque
inuicē obfistūt. Vnde fit vt non quæcūque vo-
lumus secundū spiritus desiderii, statim opere
impleamus: quoniā aduersantur spiritus desi-
derio, carnalis cōcupiscētia, quæ bonū volūta-
tis desiderii non rarò impedit. l Quod si spi-
ritus sancti ducatū sequimini, carnalibus cōcu-
piscētis ritē subactis irā sub legis nullius serui-
tute vltra cōtinemini: quoniā supra legē facti.

etiã quæ legis sunt non propter timorẽ pœnæ, sed propria voluntate liberẽ peragitis, neque lex iustis est posita. a Quoniam autẽ ab operibus carnis dixi cauendum, ecce in manifesto sunt: videlicet fornicatio qualibet in genere, immũdicia, quantũ ad cõcubitus singularẽ fœditatẽ habẽtes ex impudicitia, quantũ ad tactus impudicos & molles, aut similia, & in generali quælibet luxuriæ turpitude: b idolorũ seruitus, veneficiorũ vsus, inimicitia in corde, contentiones in ore, æmulationes pro eisdem assequendis honoribus, iræ interius, exterius rixæ, dissensiones in occulto, sectæ ac diuisiones in publico, inuidia de aliorum bonis, homicidia, ebrietates, cõmessationes, in quibus obscœnis cãtilenis vacatur, hisq; similia: c de quibus & prædixi olim præsens, & dico nunc antequã in iudiciũ & condemnationẽ incidatis, quod qui talia agunt spẽ non habẽt cõsequẽdi regni cœlestis, donec in his aut horũ vlllo permaneãt, & pœnitentiã non egerint. d Fructus autem qui in spiritu sancto oriũtur, sunt charitas omnium radix bonorũ, gaudiũ internũ ex dei præsentia confurgẽs, pax cordis ex cõscientiæ serenitate ac libertate procedens, paciẽtia ad tolerãda aduerfã quælibet occurrentia, e longanimitas in sustinendo promissa dei, bonitas siue dulcedo cordis, benignitas in supportãdis sine amaritudine aliorũ defectibus, mansuetudo quæ est lenitas in verbis, & cõuersatione erga proximos, f fides fiduciãq; excellẽs, quæ mōtes trãserat, modestia in omnibus modum ponens, licitis & concessis, cõtinentia à carnalibus desiderijs, & castitas ne coitus fiat abusus. g Cõtra huiusmodi, non data est lex, quoniam hæc lege non prohibentur. Imò ad hæc, tẽdit omnis lex. Neque vlla est lex, quæ cõtra istarũ rerũ obseruatores quicquã loquitur. h Qui autem Christi sunt membra, & verẽ Christiani esse volũt, his omne studiũ est, vt per spiritũ carnẽ crucifigen-

a Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immundicia,

impudicitia, luxuria,

b idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, commessationes, & similia:

c quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur,

d Fructus autem spiritus est charitas,

gaudium,

pax,

patientia,

e longanimitas,

bonitas,

benignitas,

mansuetudo,

f fides, modestia,

continentia, castitas,

g aduersus huiusmodi nõ est lex.

h Qui autẽ sunt Christi, carnem suam crucifixerũt cum vitijs & concupiscentijs,

tes mortificent, vt peccato non viuant: simul & vitia omnia atque desideria mala, ad quæ semper est pna caro, quãtũ in ipsis est, exterminet.

TEXT. CAP. VI.

a Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.

b Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocãtes, inuicẽ inuidetes.

c Fratres, & si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,

d vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.

e Considerans teipsum, ne & tu teneris.

f Alter alterius onera portate,

& sic adimplebitis legẽ Christi.

g Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

h Opus autẽ suũ probet vnusquisque, & sic in semetipso tantũ gloriam habebit, & non in altero.

i Vnusquisque enim onus suum portabit.

k Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

l Nolite errare: deus non irridetur.

m Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

n Quoniã qui seminat in

ELUCIDATIO CAP. VI.

Ia Taque si in nobis est spiritus sanctus, & si spiritu ipso viuimus operemur & opera spiritus. **b** Nõ sinus vanę glorię dediti, neque inuicẽ ad irã aut rixas prouocãtes, neque inuidiã geramus in pectore. **c** Fratres mei, de infirmorũ salute sollicitus moneo vos, si per fragilitatẽ aut ignorantiã cõtingat quẽpiã incidere in aliquod peccatũ, quod sanari possit, **d** ceteri spiritualesiores & robustiores curã habeãt, vt colapsum bonis monitionibus erigant, in spiritu dulcedinis & mãsuetudinis: **e** ita vt cõsideret vnusquisq; semetipsum, quoniã & ipse labi potest in deteriora. **f** Mutuas infirmitates tolerate: & vos inuicẽ in via dei adiuuate, & sic per omnia adimplebitis legẽ Christi, quæ in charitate sola perficitur. **g** Nã si quis sibi persuadet se magnũ aliquid esse, ob hoc ceteros infirmos despiciẽs, cũ verẽ nihil sit ante deũ qui sibi placet, seipsum hic in errore mittit, quia sibi blanditur, & persuadet quod nõ est. **h** Opus autem suũ examinet vnusquisq; , & sic habebit gloriã tantũ in seipso & iis quæ in se cõperit: nõ autem alterius cõparatione, qui forsità videtur imperfectior: quemadmodũ solẽt homines iactabũdi seipfos magnificare consideratione aliorũ qui inferiores vidẽtur in virtutib⁹. **i** Vnusquisque enim suũ accipiet iudiciũ, & p suis operib⁹ mercedẽ. **k** Cõmunicet autẽ is qui instruitur verbo prædicationis, instructori suo de omnibus bonis suis, quæ sunt ad sustetationẽ doctoris necessaria. **l** Nemo verõ seipsum vanis persuasiõibus erroneẽ illudat. Deũ nemo potest fallere, qui secundum veritatẽ nouit & iudicat omnia. **m** Quæcũque enim vnusquisq; nũc fuerit operatus in hoc tẽpore, de his in futuro accipiet remunerationẽ. **n** Quoniã qui in carne semi-

nat, ea quæ carnis sunt perficientes, & secundū carnē ambulātes, ex carne nihil nisi perditionē reportabūt. a Qui autē in spiritu semināt, quæ spiritus sunt operādo studiōsē, pro remuneratione accipiet vitā, & eam sempiternā. Neminem verò tædeat laboris aut expectationis, vt tædio quis fractus, à bene cceptis corpore resolutus desistat. b Non enim fatigari corpore, aut cessare nos cōuenit ab operibus bonis, quoniam cū aduenerit tēpus remunerationis, sine fine accipiemus bonarū operationū retributionem. c Et quoniā iuxta sēminationē erit messis, rogo vos fratres mei, vt dum tēpus istud habemus, in quo bene operari licet operemur bonum, & bene conuersemur erga omnes homines, vbicūque detur occasio, quoniā deus omnium hominū dominus: d Peculiariter tamen erga fideles, qui sunt per fidē domestici nostri & dei, nēpe ad eandē ecclesiā nobiscū pertinentes, existētes de domo & familia dei. e Videte, quemadmodū in literis his, propriæ manus testimoniu in scripserim: partim vt charitatis nostræ efficacius habeatis testimoniu, partim vt à pseudoapostolis seductoribus, nostras literas discernatis. f Quicūque enim volūt hominibus placere, & in carne gloriari, hi sunt qui vos faciūt circūcidi, ob hoc tantū vt persecutionem non patiātur crucis Christi, quam pati timerēt, si circūcisionem euacuarēt: sicut & ego patior, quia crucis Christi gloriā & libertatē prædico. g Nam neque ipsi circūcisi, qui vobis circūcisionem prædicant, legem obseruāt. Vnde patet eos satis scire, quod non sit necessaria legis obseruatio. h Volunt tamen vos in circūcisionem inducere, vt gloriētur in carnali vestra circūcisione, tanquā magistri vestri. i A me autem procul sit omnis huiusmodi gloriatio. Nolo enim in aliquo gloriari, nisi in virtute crucis & mortis Christi, in qua sola, salus perfecta est humano generi, a per quē Christū crucifixū,

carne sua, de carne & metet corruptionem.

a Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

b Bonum autem faciētes, nō deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficiētes.

c Ergo dum tēpus habemus, operemur bonum ad omnes.

d maximē autem ad domesticos fidei.

e Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu.

f Quicumque enim volūt placere in carne, hi cogūt vos circūcidi, tantū vt crucis Christi persecutionem non patiātur.

g Neque enim qui circūcidūtur, legem custodiūt:

h sed volunt vos circūcidi, vt in carne vestra glorientur.

i Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi:

a per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

b In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: c sed noua creatura.

d Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & sup Israel dei.

e De cetero nemo mihi molestus sit: f ego enim stigmata domini Iesu, in corpore meo porto.

g Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

VINIS.

Finis Elucidationis in epistolam ad Galatas beati Pauli apostoli.

✠ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epistolam ad Ephesios beati Pauli apostoli.

Vemadmodū ex Apostolorū actis discimus, multū apud Ephesios fructū in fide & negotio Christi, Paulus conquisierat. Māsit nanque apud eos biennium totū, quotidie disputās in schola tyranni cuiusdam: vbi & virtutes non modicas faciebat deus per manus Pauli, ita vt etiam super languidos delatis à corpore eius sudariis, ipsi sanarentur: quādo & coram omnibus allati sunt cōbusti que libri eorū qui curiosa fuerant sectā,

sectati, quorū precīū erat denariorū quinquaginta millium. Et omnino fortiter apud hos crescebat verbū dei, & cōfirmabatur. Ad hos ergo de carcere scribit hāc epistolā, altissimis mysteriis & sacramētis abditissimis refertā: iuxta id quod Corinthiis scripserat, Sapientia loquimur inter perfectos, & sapientiam dei mysterio, quæ abscondita est, quā nemo principū huius seculi cognouit. Vnde præ omnib⁹ Pauli epistolis, sublimibus intelligētis & celesti sapiētia ista est plenior, potissimū quātum ad priora duo capitula. In quib⁹ magnificentiā diuinorū beneficiorum quæ nobis ab æterno quidem deus donare disposuit, sed in hoc tēpore gratiæ, secūdum prouidā suā dispēsationem, nūc primū opere exhibuit, mirificè collaudat: pro eis & ipse gratias agens & ceteros quibus scribit similiter ad gratiarū actionē inuitās. Specialius autē, secundo capitulo, in memoriā eis reducit, quæ admodum à morte & ira dei, per Christum sint liberati, & ad vitam restaurati, dei solius munere, non ex vllis ipsorum præcedētibus meritis: eo quòd per solam gratiā & charitatē suam, Christus dei filius mortē pro nobis sustinere voluit, per quā totius humani generis redēptio perfecta creditur per quā etiam inimicitia omnes & similitates, quæ inter Iudæos erāt atque Gentiles, sublatae sunt, ambobus populis in vnam ecclesiam (interfectis inimicitis parietēque sublato) cōpositis, ad inuicēmq; pacificatis, & simul deo in vno corpore recōciliatis: Ita vt per ipsum mediatorem, vtrique æqualem habeāt ad deum accessum, sintque amodo & ciues sanctorū, & domestici dei, tam Iudæi quā Gentiles, in vno summo angulari lapide Christo cōædificati, in habitaculū dei. Quorū altissimorū mysteriorū, capite tertio, se ministrū dicēs Apostolus & prædicatorē, eosdem hortatur, vt à semel suscepta fide, propter captiuitatis suæ vincula, nō deficiāt. Precatur etiam deum, à quo omnis paternitas: vt illis det in finem cordis semper habere oculos illuminatos, vt in iis quæ semel crediderūt, permaneāt stabiles. Circa medium autē epistolæ, tertij capitis initio, ad moralia descendens, vt iuxta vocationem suam dignè viuant, obsecrādō cōmonefacit: potissimū autem, vt vnitati & paci sollicitè studeāt: Nec ob gratiarum diuersitatē, quas pro suo arbitrio deus distribuit, vlla sit dissensio. Huius autem occasione, multiformia dei dona in vtilitatem ecclesiæ collata, enumerat: quibus ecclesiæ corpus ædificatur, crescit, cōsummat, atque perficitur in Christo capite, per mutuū membrorum ministerium. Ac deinde, cum obsecratione monet ad Christum conuersos, non conformari iis, qui in infidelitate sua omni immunditiæ, desperati hominis, se tradiderunt: sed vt spiritu renouētur, nouūque induant hominem, veteri deposito, ad mendacij, iræ immoderate, furti, sermonis mali, amaritudinis, indignationis, & aliorum eiusmodi vitiorum dete-

ARG. IN EPIST. AD EPHES.

stationem, specialius descendendo. Similia ferè quæ ad mores pertinet, Christi proposito ex èplo, vsque ad quinti capitis medium profequitur. In quibus hoc est præcipuum eorù quæ admonet: vt tanquam lucis filij conuersationem suam instituât, quo per eorum bonam cõuersationem tenebrosa infidelium opera redarguantur. A quinti autem capitis medio, vsque ad medium sexti, præscribit: primùm vxoribus, quomodo viris vt Christo debeât esse subiectæ, eo quod caput mulieris sit vir: simul & viris, vt suas vxores tâquam corpora sua diligant, quomodo & Christus ecclesiam opere & veritate dilexit: sacramentum quod in coniunctione est viri cum muliere (ad significandum eam quæ est inter Christum & ecclesiam cõiunctionem) aperiens. Initio verò capituli sexti filiis edicit, vt parentibus ex dei mandato subiaceant: patresque vicissim monet, ne ad amaritudinem animi suos filios vanè prouocent, sed educationem, disciplinam, & correptionem, eis pro suo officio præstet. Seruos, dominis suis vt Christo seruire docet, qui illis reddet bonã & plenam, pro sua seruitute bona, mercedem. Dominos ex aduerso monet, quod æquum est præstare seruis: sciètes, quòd superiorem habeant dominum, qui sine personæ acceptione, pro seruis faciet iudicium, si non vt æquum est illos tractauerunt. Post quæ, ad finem tédens epistolæ, eos iubet dei armaturam induere, qua cõtra malignorum spirituum impugnationes queant resistere: Atque ita adiuctis familiaribus quibusdam, terminat epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPI-
STOLAM beati Pauli apostoli ad Ephesios.

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD EPHESIOS, BEATI
Pauli apostoli.
ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.
P^aulus apostol^o Ie-
su Christi per volun-
tatem dei, omnibus
sanctis qui sunt Ephesi,
& fidelibus omnibus in
Christo Iesu.



^a AVLVVS secundũ volun-
tatem dei patris, apostolus
Iesu Christi filij eius, scri-
bit, salutemque dicit omni-
bus fidelib^o qui sunt Ephe-
si, atque etiã omnibus qui
credunt in Christum, vbi-
cunq; locorum consistant aut cuiuscunq; con-

ditionis statufue existât. a Gratia fit vobis spiritus sancti, & vera pax cordis à deo qui est pater noster, & à domino Iesu Christo. b Laudandus atque magnificandus cum gratiarum actione est dominus deus, qui beneficentiam suâ erga nos ostēdit in donatione spiritualium bonorum, quæ in cælo possidebimus, per Christum Iesum. c Iuxta quod elegit nos pater ab æterno, in filio suo, antequam iacerentur fundamenta orbis, id est, ante creationem mundi. d Elegit, inquam, vt essemus sancti per fidem verâ, & immaculati in operibus bonis, in veritate, coram eo, idque in amore & libertate, non in timore atque seruitute. e Qui pater, præordinauit ab æterno facere nos filios suos adoptiuos, per mediatorem Christum, vt nos sic vnum faceret cum ipso. Neque hoc vlla fecit, aut necessitate cōpulsus, aut vtilitate inductus, f sed secundum propositum benignæ voluntatis suæ, vt laudaretur in nobis gloria & magnificentia gratiæ suæ, g per quam nos, qui ante eramus abominabiles & fordidi honestauit, ornauit, gratosque fecit & amabiles, in dilecto filio suo: quem pro nobis cohonestâdis fecit esse opprobrium hominum: h Per quem filium redemptioni sumus à iugo legis, seruitute diaboli & peccati, per efficaciam sanguinis eius. i Quæ redemptio est remissio peccatorum nostrorum, tam originalis quàm actualium, k secundum copiosam & superabundantem gratiam suam quæ in nobis abundanter est multiplicata, in omni sapientia cælestium mysteriorum, quæ ad fidem & spem nostram pertinent, & in omni scientia agēdorum: l Ad hoc, vt nobis notum faceret illud occultum decretum atque mysterium voluntatis suæ, iuxta beneplacitum suum: m quod sacramentum vel beneplacitum, proposuit in Christo filio suo dispensando implere, plenitudine temporis adueniente, quod ad hoc fuit ab æterno præordinatum:

a Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

b Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in caelestibus, in Christo:

c sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, d vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

e Qui prædestinavit nos in adoptionē filiorum per Iesum Christum in ipsum: f secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, g in qua gratificauit nos in dilecto filio suo:

h in quo habemus redemptionē per sanguinē eius, i (remissionē peccatorum)

k secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia,

l vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, m quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum,

a inſtaurare oīa in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt, in ipſo.

b In quo etiam nos ſorte vocati ſumus:

c prædeſtinati ſecundum propoſitum eius qui operatur omnia ſecūdam conſilium voluntatis ſuæ.

d vt ſimus in laudem gloriæ eius nos, qui antè ſperauimus in Chriſto:

e in quo & vos, cum auდიတေဝ် verbum veritatis (euāgelium ſalutis veſtræ) in quo & credētes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancti,

f qui eſt pignus hereditatis noſtræ in redēptionem acquisitionis in laudē gloriæ ipſius.

g Propterea & ego audiēs fidem veſtrā, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionē in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens p vobis, memoriā veſtri faciēs in orationibus meis, h vt deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ & revelationis in agnitionem eius:

a Sacramentum autem hoc & propoſitum, eſt inſtauratio & reparatio omnium, tam cæleſtium, quo ad numerū implendum ſaluandorum, quam terreſtium in Chriſto Ieſu: b In quo etiā nos peculiariter, nullis noſtris præcedentibus meritis, velut ſorte à deo vocati ſum⁹, ad fidē ipſius.

c Non ſic tamen ſorte, quaſi nos deus fortuito aut caſu vocauerit, ſed prædeſtinati ab æterno, ſecūdam voluntatem ipſius, qui omnia operatur ſecundum decretum ſuæ voluntatis: d ad eum finem, vt laudetur & magnificetur gloria eius in nobis fidelibus, qui in Chriſto præſperauimus, nondum viſis iis quæ per ſpem expectamus in fide noſtra. e In quo ſperatis etiā vos, cum auდიတေဝ် audiffetis nobis prædicātib⁹ verbum veritatis, nempe euāgelium ſalutis veſtræ, in quo inquam, vos audiendo credentes etiā ſignati eſtis ſpiritu ſancto, qui eſt ſpiritus promiſſionis. Nam ſignum eſt, quod diſtinguuntur filij dei à filiis diaboli: & eſt promiſſionis ſpiritus, quia à deo olim per prophetas, & etiā per Chriſtum apoſtolis promiſſus. Inſuper etiā ipſe eſt, qui nobis promittit fidelibus cæleſtia bona. f Qui ſpiritus ſanctus eſt pignus & arrhabo futuræ hereditatis, per quem acquisitione (id eſt, populis fidelis, magno ſtudio, cura, & pretio acquiſitus) redimitur à mortis dānatione, ad vitam ſempiternam, vt ſic laudetur in nobis gloria eius in perpetuum. g Quoniam ergo tanta de nobis deus diſpoſuit, & tam mira nobiſcū ipſe perficit, propterea & ego apoſtolus eius audiens vos rectē in Chriſtum credere, & dilectionem habere atque oſtendere ad omnes fideles, inceſſanter gratias ago deo, pro veſtro iſto bono, quod in vobis ipſe incepit: orare non deſinēs, h vt ipſe deus Chriſti Ieſu (ſecūdam humanitatis in firmitatem, qua parte eſt minor) qui eſt pater à quo omnis gloria, det vobis, & amplius det ſpiritum ſanctum, à quo eſt ſapientia & intelligentia, vt agnoſcere eum, prout dignū eſt,

positis: a hoc est, vt det vobis habere oculos
 mentis illuminatos, lumine spiritus sancti: vt
 sciatis quanam sint & quata, quæ ex vocatione
 vestra sperare debeatis, & quæ abundans gloria
 eius sit superuentura sanctis in die remunera-
 tionis eorum: b & vt intelligatis supereminen-
 tem, & mirabilem magnitudinem virtutis eius,
 quam erga nos ostendit qui credimus: dum nos
 de manu diaboli & omnium peccatorum ereptos
 transtulit, atque regenerauit. Nā maior est vir-
 tutis magnitudo, in vnus peccatoris regenera-
 tione, quam in totius mundi substantiali crea-
 tione, supereminētem, inquam, magnitudinem
 virtutis eius. c Quæ accipi & attendi debet: in
 opere illo summæ potentia, atque virtutis eius,
 quod operatus est in Christo filio suo, d dum
 illum à mortuis suscitauit, & ad dextram suam
 in omnibus sibi coæqualem constituit in cælis,
 e faciēs eum altiozem omnibus ordinibus an-
 gelorum, supra omnem ordinem principatum
 potestatum, dominantium, virtutum & cetero-
 rum, & supra omne quod est, aut nominari po-
 test, tam in cælis, quam in terris. f Neque so-
 lum altiozem fecit omnibus, sed etiam omnia
 subiecit eius imperio, dans illi omnem potesta-
 tem, in celo & in terra. g Insuper & ipsum, pa-
 ter fecit caput totius ecclesiæ, tam militantis q̄
 triumphantis quæ ecclesiā est corpus ipsi capiti
 Christo cohærens, eodem spiritu viuificata: & est
 plenitudo capitis Christi quatenus ipsa vt cor-
 pus, Christo capiti coniuncta, vnum constituat
 corpus integrum cum ipso. h qui omnia adim-
 plet & operatur in omnibus secundum virtutem
 diuinitatis suæ, quique, licet existens omnia in
 omnibus, tamen dicto modo sic adimpletur, vt
 vnum corpus cum ecclesiā componat.

ELUCIDATIO CAP. II.

P^a Er hanc autem Christi resuscitationem
 & glorificationem, vos quoque cum Chri-
 sto, conresuscitauit & conuiuificauit, cum

P iij

a illuminatos oculos cor-
 dis vestri, vt sciatis quæ
 sit spes vocationis eius, &
 quæ diuinitas gloriæ hære-
 ditatis eius in sanctis,
 b & quæ sit supereminēs
 magnitudo virtutis eius
 in nos qui credidimus,

c secundum operationem
 potētia virtutis eius quæ
 operatus est in Christo,
 d suscitans illum à mor-
 tuis, & constituēs ad de-
 xterā suam in cælestibus,
 e supra omnem principa-
 tum & potestatem & vir-
 tutem & dominationem
 & omne nomen quod no-
 minatur, nō solū in hoc
 seculo, sed etiā in futuro.
 f Et omnia subiecit sub
 pedibus eius:

g & ipsum dedit caput
 supra omnem ecclesiā,
 quæ est corpus ipsius, &
 plenitudo eius,

h qui omnia in omnibus
 adimpletur.

TEXT. CAP. II.

a Et vos conuiuificauit cū
 essetis mortui in delictis
 & peccatis vestris, in qui-

bus aliquādo ambulastis
secūdam seculum mundi
huius,
a secūdam principem po-
testatis aeris huius,
spiritus qui nūc operatur
in filios diffidentia,

b in quibus & nos omnes
aliquādo cōuersati sumus
in desideris carnis nostrae
facientes volūtatē car-
nis & cogitationum:
c & eramus natura filij
ira sicut & ceteri.
d Deus autem qui diues
est in misericordia, ppter
nimiam charitatē suā qua
dilexit nos, & cū essemus
mortui peccatis, conuiuifi-
cauit nos in Christo, cuius
gratia estis saluati:
e & conresuscitauit, &
confedere fecit in caelesti-
bus, in Christo Iesu:

f vt ostēderet in seculis su-
peruenientibus abūdantes
diuitias gratiae suae, in bo-
nitate super nos in Chri-
sto Iesu.

g Gratia enim estis sal-
uati per fidem, & hoc nō
ex vobis,

essētis per peccata vestra mortui, secūdam ani-
mam: In quibus peccatis olim conuersabamini,
secundum vanitates & vitia quae in seculo (id
est mundo) regnant, a secūdam instinctus &
volūtatē diaboli, qui est princeps ac potesta-
tem habens in hoc aere, in quo nos habitamus,
ad possidendum impios & exercitādum iustos,
spiritus ille, qui etiā nunc operatur in filiis
diffidentia, hoc est, in incredulis & inobediēti-
bus deo, hominibus. Ipse enim huiusmodi sua-
det ad malum, & operatur ac regnat in eis.

b Quorū de numero & nos eramus ante con-
uersionem nostram, conuersantes secūdam de-
sideria carnis nostrae facientes concupiscentias
carnis, carnalium cogitationum. c Eramusque
quantum ad naturalem generationem atque
educationem obnoxij irae & vltioni dei, aequae-
atque ceteri. Sed quod natura non praestitit,
gratia dei donauit. d Deus enim qui est co-
piosus in misericordia propter superabundan-
tem amorem nostri, etiā tunc cū essemus in
peccatis nostris mortui, cōuiuificauit nos Chri-
sto: cuius gratia & misericordia estis salui facti
ab ira illa, cui natura eramus obnoxij: e & con-
resuscitauit nos cum Christo & fecit simul re-
sistere in caelis. Quoniam Christi resurrectio, &
glorificatio, operata est iustificationem, resur-
rectionem, & glorificationem nostram. Nam
quia ille praecessit, nos subsequimur, & in om-
nibus cum eo participamus: vt merito dicamur
Christo conuiuificati, conresuscitati, & simul
cum eo in caelis constituti. f Fecit autem deus
pater haec omnia nobis per Christum, vt in ven-
turis seculis demonstraret copiosissimam gra-
tiam suam, quam in nimia dulcedine & boni-
tate sua, erga nos genus humanum, per ipsum
& operatus est, & operabitur amplius. g Gra-
tuito enim munere salutem hanc vobis opera-
tus est deus, quam salutem per fidem consequi-
mini. Atque hoc ipsum, quod scilicet sic salui

facti estis per Christum, non ex vestris neque patrum vestrorum meritis processit. a Est enim gratuitum prorsus dei donum, non propter cuiusquam opera datum, ut ne quis gloriatur, nisi in solo domino, cuius mera gratia est, quod per fidem saluamur, ac proinde iustum est, illi soli gloriam de nostra saluatione reddi. b Ipsius enim dei per hanc regenerationem, sumus noua creatura, spiritu regenerati, & velut denuo creati: non ut in ocio deinceps aut carne viuamus, sed ut insistamus operibus bonis. c quæ tamen ipse nobis deus, ab æterno præordinauit donare, ut in eis viuamus, & ambulemus semper proficientes. d Quum igitur tantam vobis gratiam deus contulerit, in memoriam subinde attentissimam reducite, quæso, vocationem vestram: Quemadmodum vos Gentiles, qui ad ignominiam vocabamini præputiati & incircumcisi, à populo Iudaico, qui circumcisionem in carne sua factam manu incidetis suscipiebat: e qui eratis tunc temporis nondum credentes in Christum, f alieni à consortio, politia & conuersatione Israelitarum, & hospites atque aduenæ habebamini testamentorum Iudæis à deo dispositorum, ad ipsorum legem transire placuisset: g & promissionis eis factæ spem non habebatis omnino in vestra Gentilitate permanentes, nisi ad illorum ritum transissetis, & velut serui idolorum, à deo verò alienissimi in hoc mundo viuentes eratis. h Nunc autem in tempore gratiæ huius per Christum factæ, sunt immutata omnia. Vos enim qui olim eratis longè à deo accessum habetis per fidem, ad deum, in sanguine Christi. i Ipse enim est author pacis nostræ ad deum, qui utrosque populos, & à se inuicem & à deo prius diuisos, in vnum corpus vnâque & ecclesiam conuocauit: legem, quæ erat velut murus atque interstitium, diuidens inter Gentilem populû & Iudaicû, quæ inimicitias ponebat inter nos, in corporis sui passione destruens

a Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis gloriatur.

b Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis,

c quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus.

d Propter quod memores estote, quod aliquando vos qui gentes eratis in carne, qui dicebamini præputiati, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta:

e qui eratis illo in tempore sine Christo,

f alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum,

g promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo.

h Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.

i Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; vnû: & medium parietis mæcerie soluens inimicitias, in carne sua:

a legē mādatorum decre-
tis euacuans: vt duos con-
dat in semetipso, in vno
novo homine, faciēs pacē,
vt recōciliet ambos in v-
no corpore deo per crucē,
interficiens inimicitias in
semetipso.

b Et veniens euāgeliza-
uit pacem vobis, qui lōgē
fuisstis, & pacem iis qui
propē.

c Quoniā per ipsum ha-
bemus accessum ambo in
vno spiritu, ad patrem.

d Ergo iam non estis ho-
spites & aduena: sed estis
ciues sanctorū & dome-
stici dei, super ædificati su-
per fundamētum aposto-
lorum & prophetarum,
e ipso summo angulari la-
pide Christo Iesu:

f in quo omnis ædificatio
constructa, crescit in tem-
plum sanctū in domino,

g in quo & vos coædifi-
camini in habitaculum
dei in spiritu sancto.

TEXT. CAP. III.

a Huius rei gratia ego
Paulus vinctus Christi Ie-
su, pro vobis Gentibus:

atque dissipās: a legem illam difficilem man-
datorū & operum, euacuans legibus fidei dog-
matibus, vt sic ambos populos, in vna lege fidei
in vnam ecclesiam compactos recōciliaret deo
patri. Et quia etiam inter deum & genus huma-
num vniuersum, inimicitiae peccatorum erant
intermediae, quae nos prohibebant deo appro-
pinquare, etiam has inimicitias fustulit, in car-
ne patiēdo, mortēque in cruce sustinēdo:

b & veniēs ad nos in assumpta carne, euange-
lizauit ipse atque apostolos euangelizare misit
pacem factam, & dei cum hominibus & homi-
num adinuicem: tam his qui prope videbantur
Iudaeis, quā his qui longē erant Gentibus. Iu-
dæi enim prope erāt, quia promissionem acce-
perant: & Gentiles longē, quibus promissiones

factae non fuerant. c Quoniam per Christum,
habemus populi ambo accessum, eodem spiritu
ductore ad patrem. d Ergo non amplius estis
hospites, & extranei à populo dei: sed estis facti
conciues electorum, & de domo atque familia
dei (quoniam pars bona ecclesiae, est populus
Gentilium) superstructi super apostolorum &
prophetarum fidem, quasi super firmum fun-
damentum. e Eadem enim fuit fides prædica-
tiōque prophetarum, quae & apostolorum, licet
obscurior. Est autem eius ædificij lapis, summus
angulus vtriusq; parietis concludens. Christus.

f In quo velut totius ædificij structuram cōti-
nente, tota hæc ædificatio construitur, & aug-
mētum sumit, vt fiat templum sanctum, in quo
inhabitet dominus. g In quo ædificio, etiam
vos vt lapides viui coædificamini vt cōstituatis
ecclesiam sanctā quae est habitaculum dei, Fitque
hæc ædificatio in spiritu sancto: qui est huius æ-
dificij glutinū, quo lapides lapidibus coherent.

ELUCIDATIO CAP. III.

O a B huius igitur fidei nostrae tāta sacra-
menta: ego Paulus qui vinctus sum ca-
thenis captiuitatis meae ob cōfessionem

Christi Iesu, pro vestra, hoc est, Gētium salute: non deficio in obuenientibus mihi tribulationibus, & vt vos similiter non deficiatis peto.

a Credo enim vos audisse & cognouisse quem admodum sit mihi data dispensatio atque prædicatio gratiæ dei in Gentibus, per datam mihi apostolici muneris cōmissionem. b Quoniam deus per reuelationem me edocuit totum fidei

Christianæ mysterium, c quemadmodum iam nunc paucis verbis, illud descripsi: non vtique quantum res ipsa exigeret, sed iuxta vestram

capacitatē, vt possitis legentes intelligere prudentiam ac sapiētiam meam, qua sum dei gratia sufficienter instructus, in mysterio Christianæ fidei. d Quod quidem mysterium, in seculis præteritis non est sic agnitus ab hominibus, e quomodo nunc manifestatum est deo

apertè reuelante per spiritum sanctum apostolis fidelibus, atque nouæ legis prophetis. f Nimirum quod essent Gētiles hoc tempore simul ex æquo cum populo dei heredes: Imò ad idem corpus constitutum pertinentes, & simul in eadem promissione participātes, in Christo Iesu, in quo hæc beneficia præstita sunt nobis, g per fidem sancti euangelij: cuius me fecit deus ministrum & prædicatōrē, h non secūdem meorum meritorum exigētiam, sed secūdem grauitū donum quod dedit mihi (apostolatus loquor officium) quod donum miraculosā operatione potentiæ suę mihi iniunxit, & in me confirmauit in variis signis. i Nam cūm sim ex me omnium fidelium infimus, omnino gratia sit oportet, prorsus gratia data, & ex nullis proueniens meritis creditum mihi officium istud, vt euangelizem in Gentibus imperuestigabiles diuitias Christi, id est, copiosissimam abundantiam omnis boni, qua implentur & implebuntur omnes, qui credūt in eum: k & vt instruam omnes quoscunque dominus præordinauerit, quod sit hoc sacramentum exhibitum nobis ac

a si tamen audistis dispensationem gratiæ dei, quæ data est mihi in vobis:

b quoniam secundum reuelationē notum mihi factum est sacramentum,

c sicut supra scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiā meā in ministerio Christi,

d quod aliis generationibus non est agnitus filius hominum,

e sicuti nunc reuelatus est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu,

f Gētes esse cohæredes & concorporales & cōparticipes pmissionis in Christo Iesu,

g per euangelium, cuius factus sum ego minister

h secundū donum gratiæ dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius.

i Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hac, in Gētibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.

k & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo qui omnia creauit:

sapienter dispensatum hoc tempore, quod fuit ab æterno absconditum latens, atque occultatum in prædestinatione dei omnium creatoris. Ut nunc per ecclesiam istam, nota fiat multiplex illa dei sapientia, non solum hominibus, sed etiam principatibus ac potestatibus & cæteris ordinibus angelorum, in cælis: a Innotescat, inquam, nunc in hoc tempore, sicut ab æterno præfinitum est, in Christo Iesu domino nostro. b Per quem securum accessum habemus, & liberum additum ad patrem, per fidem eius, in bona spei confidentia. c Propter hoc mysterium admirabile, obsecro, ne deiiciamini animo ex tribulationibus meis, quas pro vestra salute sustineo, in quibus potius gloriari debetis: gaudere enim debetis, cum me videtis pro mysterio fidei, quod vobis prædicatum est, & vos creditis, nec vincula recusare. d Huius igitur tanti beneficii tantique mysterij gratia, humili supplicatione deprecor patrem domini nostri Iesu Christi, qui est primus pater, & dominus omnium: à quo omnis præfidentia, dominatio, atque generatio, siue quæ in cælis est, siue quæ in terris, deriuatur atque deducitur. Nã quod angeli angelis præfideant, quòd ite homines progignat alius alium, quòd inter creaturas cæteras aliæ sint aliarum principia, vniuersum à deo est. e Precor, inquam, flexis genibus cordis mei, vt det vobis secundum copiosam magnificentiam gloriæ suæ virtutem ac fortitudinem qua corroboramini per spiritum eius, in spiritu vestro. Det etiam vt mansionem facit, f Christus per fidem viuentem, in spiritu vestro: idque vobis radicatis atque firmatis in charitate. Frustra enim est fides, quæ non in charitate radices habuerit defixas. g Det, inquam, deus vobis hæc omnia, vt sufficientes sitis eius munere, per intellectum apprehendere & cognoscere immensitatem, & secundum omnem dimensionum infinitatem eius: quæ sit latitudo beneficiorum

a vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiplex sapientia dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro:

b in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.

c Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

d Huius rei gratia fleto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur,

e vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine,

f Christum habitare per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati,

g vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas, & profundum:

longitudo promissorum, sublimitas maiestatis, & profunditas iudiciorum eius. a Valeatis etiam scire charitatem Christi, longè præstantiorem omni scientia, vt sic impleamini perfectè in omnibus bonis dei. b Ei autem qui potens est & volens, etiam vltra quàm petere vel desiderare nos possumus, omnia petentibus præstare, secundum virtutem suam diuinam, quæ in nobis operatur: ipsi sit gloria in ecclesia & ex ecclesiæ, quæ est corpus, & in Christo capite eius, per omnes generationes quæ fuerunt aut erunt in æternum, Amen.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

Ca Vm itaque tantis nos deus beneficiis sit dignatus, obsecro vos, ego Paulus, vinctus ob cõfessionem Christi: vt deinceps conuersationem habeatis dignam vocatione ista qua à deo vocati estis. Idque in perfecta & omnimoda humilitate, in mansuetudine & animi lenitate, cum longanimitate, vt non frangamini, vel expectatione futurorum, vel præsentia aduersorum, b tolerantès vos inuicem in charitate, studiosè curantes intertenere vnitatem spiritualem, per pacem, quæ est vinculum spiritualis vnionis. Per pacem enim veram, est vnio spiritualis, sicut per discordiam est diuisio. c Quomodo enim non studebitis in vnitatem pacis permanere, cum omnes sitis vnum corpus, vnum caput habentes Christum, & vnus sit spiritus quo omnes potati estis? Iuxta quod vocati estis ad eandem spem, eorum quæ expectatis ex ista vocatione vestra. d Vnum habemus, eundemque dominum, eandem fidem, idem baptisma, propter quod merito vnitati studere debemus. Insuper vnus est deus qui est pater omnium, supra omnes præsentiam atque dominum habens, per omnia gubernando transiens, & peculiari quadam familiaritate in nobis fidelibus suis inhabitans. e Vnicuique

a scire etiam supereminètem scientiam charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinè dei.

b Ei autem qui potens est omnia facere superabundatèr quam petimus, aut intelligimus secundum virtutem qua operatur in nobis: ipsi sit gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

TEXT. CAP. IIII.

a Obsecro itaque vos ego vinctus in domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine cum patientia,

b supportantes inuicè in charitate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

c Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestra.

d Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium qui super omnes, & per omnia & in omnibus vobis.

e Vnicuique autem nostrum

data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

a Propter quod dicit: ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

b Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae?

c Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia.

d Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores

e ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi:

f donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum,

g in mensuram aetatis plenitudinis Christi:

h ut iam non simus paruuli fluctuantes, & cir-

autem nostrum gratiae & dona dei data sunt, quantum & sicut Christo placuit nobis donare: ut diuersitas gratiarum, non sit iusta causa diffidij inter fideles eo quod secundum dei uoluntatem quisque accepit. a In cuius confirmationem dicit scriptura: Ascendens Christus in altitudinem caelorum, abstulit a diabolo, quam detinebat captiuitatem, & secum adduxit uelut praedam gloriosam: mittensque de caelo spiritum sanctum hominibus fidelibus, varia eius dona copiose distribuit. b In eo autem quod dicitur Christus ascendisse in altum ille qui praecessit includitur descensus in inferiores partes terrae, in quibus detinebatur captiuitas: id est in lymbum inferni. c Nam qui ad eos liberandos descendit per humilitatem, idem ipse ascendit eleuatus supra omnes angelorum ordines, & supra omnium caelorum gloriam ut sic adimpleret omnia, instruendo deperdita, & in fine seculi consummando uniuersa. d Et ipse constituit quosdam, quidem apostolos, ecclesiae fundamenta: quosdam autem prophetas, qui spiritus reuelatione occulta nouerunt mysteria intelligere, & alios illuminare: alios uero qui euangelij diuulgandi gratia circumeunt: alios qui sint populo cuiuslibet praelati, ut eos pascant & doceant, quibus praesunt. e Hos autem deus sic diuersis in officiis constituit ad perfectam eruditionem & aedificationem fidelium: ut operentur uelut ministri dei, ad aedificandum & complendum ecclesiam Christi, per suum ministerium: f donec euadamus omnes nos, quantum ad unitatem fidei & agnitionis domini nostri Iesu Christi, perfecte credentes, & plene edocti, g in mensuram aetatis: hoc est, in iustam quantitatem & perfectionem plenitudinis Christianae fidei: hoc est, donec in Christiana fide simus iam uiri, & perfectam staturam habentes, inque ea sufficienter instructi. h Ita, inquam, sufficientes & perfecti, ut iam non amplius simus paruuli &

hæsitantes in fide. facillè nos permittentes pro-
 pter instabilitatem, vanis persuasionebus falsæ
 doctrine, à veritate abduci, a per homines ne-
 quâ & dolosos apostolos qui in astutia ad sim-
 plices veniunt, vt circunueniendo atque deci-
 piendo, in errorem mittant. Nos autem omnia
 in veritate agentes, in charitate radicati, cresca-
 mus quotidianis profectioibus, quantum ad
 omnia verè bona, in illo nempe Christo, qui est
 caput ecclesiæ, b ex quo totum corpus eccle-
 siæ secundum suas partes compaginatum atque
 coniunctū per omnem coniunctionem submi-
 nistrationis mutæ, vno quoque membro ope-
 rante secundum mensuram gratiæ suæ sibi da-
 tæ. c Ipsum, inquam, totū ecclesiæ corpus (ra-
 tione diuersarum partium diuersa officia exer-
 centium) seipsum ædificat, augmentum sui fa-
 cit, atque seipsum perficit: secundum virtutem
 charitatis quam ex capite singula membra ha-
 bent. Nam in ecclesiā militatē neētūtur mem-
 bra ad inuicem, per hoc quod quisque admini-
 strat in alterū gratiam sibi à deo datam, atque
 hoc pacto corpus ecclesiæ perficitur. Et (quan-
 tum ex sese est) corpus ecclesiæ, ille quodāmo-
 do adiuuare ad perficiendum & construendum
 recusat qui gratiam sibi datam ad ædificatio-
 nem conferre renuit. d Cū igitur sic fitis in
 Christo, in vnum corpus compaginati: illud vo-
 bis denuncio, & per Christum obtestor, ne iam
 Christiani facti, viuatis Gentilium more: qui
 ambulant in vanitate intellectus, habentes cor
 tenebris ignoratiæ obscuratum, alieni facti per
 peccata sua, à vita quæ secundum deum est:
 e idque per ignorantiam suam, quam vtique
 non paruam esse constat, neque satis excusabi-
 lem: quoniā à cordis cæcitate (id est, affectu in-
 durato, & voluntate obstinata) procedit. Nam
 est ex passione alia quædam ignoratiā ad tem-
 pus, quæ facillè remediabilis est. f Qui post-
 quam in profundum venerint vitiorum, facti

conferamur omni vento
 doctrina,

a In nequitia hominum
 in astutia ad circunuen-
 tionem erroris: veritatem
 autem facientes in chari-
 tate, crescimus in illo per
 omnia qui est caput Chri-
 sti:

b ex quo totum corpus cō
 pactum & cōnexum per
 omnem iuncturam submi-
 nistrationis, secundum o-
 perationem, in mensuram
 vniuscuiusque membri,
 c Augmentum corporis
 facit, in ædificationem sui
 in charitate.

d Hoc igitur dico & te-
 stificor in domino, vt iam
 non ambuletis sicut &
 Gentes ambulant in vani-
 tate sensus sui, tenebris ob-
 scuratum habentes intel-
 lectū, alienati à vita dei,
 e per ignorantiam quæ est
 in illis, propter cæcitatem
 cordis ipsorum:

f qui desperantes, semet-
 ipsos tradiderunt impu-
 dicitia,

in operationem immunditiae omnis in auaritiam.

a Vos autem non ita didicistis Christū: si tamen illū audistis, & in ipso edocēti estis, sicut est veritas in Christo Iesu:

b deponere vos secundum pristinam cōuersationem veterē hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

c Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, d qui secundum deū creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.

e Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo:

f quoniam sumus inuicē membra.

g Irascimini & nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram:

h nolite locum dare diabolo.

i Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

k Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat,

desperati, sine vllō remorsu aut doloris stimulo audacter quaelibet mala perpetrantes, traderunt semetipsos sine verecundia, sine freno, sine retinaculo, in impudicitiam, in operationem cuiuslibet immūditiae, similiter & in auaritiam atque iniustitiā. a Vos autem Christiani facti, nō ita didicistis in Christo viuere. Nam certō scio vos audisse omnia, & omnia edocētos esse, secundum veritatem, quae est in Christo Iesu. b Nēpe, vt abiciatis veterem hominem, qui est secundū pristinam atque Gētilem cōuersationem (id est vitia atque peccata) qui vetus homo, per cōcupiscentias carnales erroneas atque rationi rectē contrarias, accipit suae corruptionis vetustatem. c Abiecta autem vetustate, curate vt efficiamini noua creatura, per spiritum sanctū regenerati, secundum spiritum internum, quem mentem etiam dicimus: & assumite hominē nouum (id est, virtutes & opera bona) d qui creatur secundum voluntatem & praecepta dei, & recta desideria, in iustitia & sanctitate, modō vera sit haec sanctitas, & iustitia vera. e Propter quod, abicientes mendacium & iniustitiam omnem, loquimini, atque opere mini id quod verum est & iustum, adinuicem. f Sumus enim membra adinuicem hærētia, & adinuicem cōposita. Non debent autem membra sibi mētiri, aut mutuo se fallere, sed fideliter pro inuicē sollicitudinem gerere. g Si irasci cōtingat, vel ratione dictate, vel carnis malitia praeueniente, caete ne permanens sit ira, sed mox extincta cadat. h Ne detis diabolo locum ad vos ingrediendi, quod fit per iram diurnam. i Qui olim furabatur, iam non solum à furto abstineat sed etiam laboret multo magis opere manuum honesto, vt qui prius rapuit aliena, iam ex labore suo conquisitis, & aliis possit subuenire, qui penuriā patiuntur. k Ne loquamini sermonem corruptum aut prauum, sed si sermonē habetis bonū, quo possint fide-

les ædificari, hunc loquimini, vt gratus sit audientibus. Spiritualibus enim auditoribus, sunt ingrati sermones mali. a Cauete autē, ne per peccata prædicta cōtristetis atque effugetis spiritum sanctū à deo vobis datum, per quem estis signati in diem redēptionis: id est, in die iudicij vt tunc redimamini à dānatione quæ super eos veniet, qui hoc signum non habent. b Omnis amaritudo animi, & ira exurgēs in pectore, indignatio in vultus immutatione & clamorosa vociferatio: atque omne cōiutium apertum, siue maledicētia quæ solet post clamores & iras sequi, prorsus euellatur à vestris animis, cum omni malitia, quæ in vobis est. c Induite autem pro vitij istis cōtrarias virtutes, vt sitis benigni animo & misericordes, cōtra amaritudinem & iram & cætera remittentes vobis iniuicem, si contingat vos ad iniuicē aliquid habere: d ad exemplum dei qui per Christum donauit & remisit nobis vniuersā nostrā debita, & per misericordiam suam, placatus est nobis.

ELUCIDATIO CAP. V.

E^a Stote ergo dei hac in parte tāquam optimi patris imitatores, sicut filios decet: & proficiētes viuite in dilectione mutua ad exēplum Christi qui dilexit nos, id quod opere declarauit, quando tradidit seipsum pro nobis in oblationem & hostiam, deo patri modis omnibus gratissimam. b Fornicatio autem & quælibet immunditia, aut avaritia: vel ipso nomine vobis odio sunt & abominationi habenda, quemadmodum sanctos decet. Idem sentio de scēditate qualibet in operatione, de colloquio stulto, atque prauo, de omni scurrilitate, querente præter honestatem & decorū inordinate risum excutere, quæ prorsus ad nihil sunt vtilia, sed magis audiatur inter vos & vigeat gratiarum actio. Qui enim in gratiarum actione sese occupauerint, faciliē stultiloquia & cætera vitabunt. c Illud enim intelligendum

sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

a Et nolite contristare spiritum sanctū dei, in quo signati estis, in die redemptionis.

b Omnis amaritudo, & ira, & indignatio & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis, cum omni malitia,

c Estote autem iniuicē benigni, misericordes, donātes iniuicem,

d sicut & deus in Christo donauit vobis.

TEXT. CAP. V.

a Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.

b Fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia, nec nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.

c Hoc enim scitote intelli

gētes, quòd omnis fornicator aut immūdus, aut auarus, quòd est idolorū seruitus, non habet hāreditatē in regno Christi & dei.

a Nemo vos seducat in a nibus verbis:

b propter hāc enim venit ira dei in filios diffidētiae.

c Nolite ergo effici participes eorum.

d Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.

Vt filij lucis ambulate.

e Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia, & veritate:

f Probantes quid sit beneplacitū deo, & nolite communicare operibus infructuosīs tenebrarum.

g Magis autem redarguite.

h Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

i Omnia autem quae arguuntur, à lumine manifestantur.

k Omne enim quod manifestatur, lumen est.

est vobis atque sciendum, quòd omnis fornicator, aut quomodolibet immundus, aut auarus (quod auarū esse ad idololatriā pertinet, quod ambo colant aurum & argentum) non habebit hāreditatē in regno cēlorum, quòd est regnum Christi filij & Dei patris. a Ne finatis vos fallacibus ac mendacibus verbis seduci, quoniam sic vere res habet, vt dixi. b Hāc enim quae enarraui, peccata sunt, quib⁹ homines increduli, inobediētiae filij, dei iram cōtra se prouocant. c Quamobrē nolite effici similes illis, neq; participare cum operibus eorum: ne similis quoq; vos pœna nunc maneat, & suo tēpore inueniat. d Eratis enim olim ante cōuersionem, infidelitatis tenebris oppressi, sed nunc per dei gratiam & nostram prēdicationē facti fideles, illuminati estis in domino. Cōuersione igitur vestra exprimit, quòd filij lucis sitis: sicut illi ex operib⁹ demōstrant se filios esse tenebrarū. e Fructus enim fidei nostrae, quae est in nobis lux vera, cōsistit in perfecta bonitate, iustitia & veritate in omnibus actionib⁹ nostris. f Ambulate, in quā, vt filij lucis, probantes opere quid sit deo beneplacitum, vt illud adimpleatis studiosē. Neque vllō pacto cōmunicetis cum illis infidelitatis operibus, quae nullum salutis faciunt fructum: idque nec imitatione, nec consensu. g Imò verò potius, vbi erit opportunitas, reprehendere debetis illorum praua opera. h Fuerit autē hoc factum facile, quoniam mala quae in occulto ab ipsis fiūt, adeo sunt fœda, vt pudor sit vel nominare. Atque tantò facilius confundentur, cū fuerint per vos correpti, super huiuscemodi. Decet autē vos cū fideles sitis, infidelium opera redarguere. i Nam omnia quae arguuntur, etiam si ante latebant, per lumen fiunt manifesta dum arguuntur. k Nam id quod primò & per se manifestatur, lumen est: eo quòd nihil videri nec manifestum fieri potest, nisi in lumine. Vos autē estis lux in domino, vt meritò debeat

beat per vos fieri eorum qui sunt in tenebris correptio. a Propter quod loquitur nunc dominus per apostolorum ministerium ad eos qui in infidelitate iacet demersi, dicens: Surge qui dormis, in infidelitatis somno, & exurge qui eras in peccatis mortuus, & perfecte illuminabit te Christus, per gratiam, fidei & spiritus sui. b Itaque fratres diligenter considerate, quomodo prudenter conuerserimini. Non iam quasi stolidi (vt olim) & insipientes, sed vt prudentes, discernentes inter prosequenda ac fugienda.

c Curantes omni studio, tempus quod in commune omnibus proponitur, vtiliter expendere atque conseruare, ne pereat, quoniam tempora plena sunt malitia: Quo amplius nos oportet cautos esse, & consideranter atque prudenter inter tot mala versari, vt ab istorum dierum malitia, possimus esse immunes. d Propter hoc non debetis vltra viuere sine intellectu insipientes, sed estote intelligentes, quæ sit voluntas dei vt impleatis illam. e Et quoniam gula multorum malorum est origo, præcipio vobis cauendum, ne aut vino, aut alio quolibet liquore grauiori, inebriemini, quoniam ad luxuriam, via est ebrietas. f Magis autem studete ebrij esse & pleni spiritu sancto, loquentes vobis inuicem, atque etiam vobis ipsis, in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, g laudantes deum & patrem omnium in cordibus vestris, semper solliciti gratias agere domino, de omnibus bonis in omnes collatis, per nomen domini nostri Iesu Christi, in cuius nomine donantur omnia. h Subditi estote inuicem, per charitatem, & timorem Christi. i Mulieres sint viris suis subditæ, quasi domino. Nam domini est hoc institutum, vt vir sit caput mulieris, & domineatur ei, regatque illam: k Quemadmodum Christus est caput totius ecclesie, vt corporis sui: cuius est idem ipse rector, & saluator. l Itaque quemadmodum ecclesia est subdita Christo,

a Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Christus.

b Videte itaque fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes,

c redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: d Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei, e Et nolite inebriari vi-

no, in quo est luxuria, f sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, g cantates & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, deo & patri:

h subiecti inuicem in timore Christi.

i Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino: quoniam vir caput est mulieris,

k sicut Christus caput est ecclesie, & saluator corporis eius.

l Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.

a Viri, diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret,

b mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, c vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rigam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

d Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua.

e Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit.

f Nemo enim vnquam carnem suã odio habuit, sed fouet & nutrit eam, sicut & Christus ecclesiam:

g quia mēbra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius.

h Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam & adhærebit vxori suæ:

i & erunt duo in carne vna.

k Sacramentum hoc, magnum est.

sic sint vxores viris suis subditæ & obediētes, in omnibus quæ secundum deum sunt. a Vos autem viri, ne efferamini superbia, dum vobis vxores auditis subiici. Magis autem diligite vxores vestras, exemplo Christi, qui ecclesiam dilexit, sicuti & opere comprobauit, in eo quod seipsum dedit in mortem, pro ea sanctificanda: b mundans eam à sordibus pristinis baptismali lauacro, in virtute verbi, quod est vita omnium: c ad hoc, vt eam constitueret, faceretque sibi ecclesiam gloriosam, velut sponsam ornatam multa gloria, quæ est in ornatu spiritualium gratiarum, non habentem vllam maculam aut inueteratã rugam: id est, prorsus decoram, non habentem aliquid apparentis maculæ, sed vt esset prorsus sancta, & sine omni macula, atque irreprehensibilis. d Iuxta hoc Christi exemplum, debent viri vxoribus suis ipso opere exhibere dilectionem, quemadmodum suis corporibus. e Nam qui suam vxorem diligit, non extra se amorem fundit, sed vxorem diligendo (quæ est quodammodo corpus eius) seipsum diligit. f Nemo enim aduersus proprium corpus odium exercet, ex proposito & finis intentione malum optans sibi ipsi: imò econtrario nutrit vnusquisque, & cura debita curat corpus suum, sicut & dominus ecclesiæ omnem curam adhibuit: g propterea quod sumus singuli membra corporis eius, quod est tota ecclesia, ex eadem secundum speciem natura ossis & carnis compositi. Id quod olim in mysterio, prophetico spiritu prædixit Adam: h Propter hoc (inquit ille) quoniam de eadem carne & eisdem ossibus sunt vir & mulier, relinquet homo (ob matrimonij vinculum) patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, per coniugalem societatem, i & velut duo in carnem vnã constabuntur, ad generationis sufficientiam ad quã nec masculus sufficit per se, neque fœmina. k Magnum omnino sacramentum, & oc-

cultum sacrum aliquid designans est, hæc viri cum muliere tam firma coniunctio. a Magna est, inquam, non ipsa quidem in sese, sed in eo quod signat, nepe in coniunctione Christi cum ecclesia. Nam signum quidem ipsum, in se modica res est, coniunctio viri corporalis cum muliere: sed magnum est ad quod signandum deus ipsum instituit, nempe coniunctio Christi capitis cum corpore ecclesia. b Nihilominus, licet ad mysterium, cōiugalem duxerim societatem: vos tamen commonitos scitote per eadem, vt viri vxores diligatis, quisquis suam, vt quæ sit proprium ipsius corpus: & vxor, virum suum reueretur tanquam inferior.

ELUCIDATIO CAP. VI.

F^a Ilij, obediētes estote parentibus vestris, sicut domino, in iis quæ licita sunt & honesta. Hoc enim & nature ius & scripta lex, tanquam iustum postulat. b Honora (inquit lex) patrem tuum & matrem tuam: per reuerētiā & obediētiā, & necessariorum subuentionem, si erit opus. Quod mandatum deus primū posuit, inter ea quæ nos erga homines dirigunt, habēs peculiariter promissionem adiunctam, vitæ longitudinem, pro debito parentum obsequio. c Et vos patres, cauete ne per morositatem atque asperitatem, superfluis obiurgationibus, ad iracūdiam filios exasperetis: sed benigne enutrite illos necessaria subministrantes corpori: instruētes eos in disciplina atque doctrina morum, addentes (cū opus erit) & seueriorem correptionem, vt discant sciātque timere dominum. d Serui dominis temporalibus, quibus estis iusta seruitute subiecti, obediētiā præstate cum timore atque tremore: id est, cum attentissima reuerentiā, vt seruos decet, in simplicitate cordis vestri sine omni duplicitate, vt Christo seruiētes in homine. e Non ad exteriorem speciem tantū, satis facientes hominibus, quasi dominorū fauorem

a ego autem dico in Christo & in ecclesia.

b Verū tamen & vos singuli, vnusquisque vxorē suā sicut seipsum diligit. Vxor autem timeat virū suum.

TEXT. CAP. VI.

a Filij obedite parentibus vestris in domino Hoc enim iustum est:

b Honora patrem tuum, & matrem tuam.

(quod est mandatum primum in promissione) vt bene sit tibi, & sis longeuus super terram.

c Et vos patres nolite ad iracūdiam puocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini.

d Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

e non ad oculum seruiētes, quasi hominib^o placē-

tes, sed vt serui Christi facientes voluntatem dei ex animo,

a cum bona voluntate seruientes sicut domino, & non hominibus:

b scientes quoniam vnusquisq; quodcumq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus siue liber.

c Et vos domini eadē facilitate illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester dominus est in caelis: & personarū acceptio non est apud eum.

d De cetero fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius.

e Induite vos armaturā dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli:

f quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,

g sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, contra spiritualia nequitiae in caelis.

h Propterea accipite armaturā dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

studentes acquirere: sed vt serui Christi, dominorum carnalium iussa vt dei voluntatem ex animo perficientes: a cum promptitudine voluntatis, quasi deum in vestro seruitio ante oculos habentes, non hominem. b Considerātes quoniam deus iudex est, qui vniuscuiusque op^o in nouissimo remunerabit, sine personarum acceptione. Dominus autē carnalis, iudex serui sui tūc non erit, nec remunerationem illam ab eo spectare debet. c Et vos domini eadem erga illos benignitate, fidelitate, atque iustitia vtamini: cauendum superfluis minis aut verborum vexationibus animos illorum aggrauare, considerantes quod idem sit iudex in caelis habitans, à quo dominus pariter atque seruus erunt æquali iustitia iudicādi, citra personarum acceptioem, quisque secūdum opera sua, nullo habito ad personae dignitatē aut vilitatem respectu. d Quod superest fratres, volo vos corroborari & fortitudinem accipere in domino, & in eius potētissima virtute. In domino enim faciemus virtutem, & non in nobis ipsis. e Armatos in super vos esse velim ad pugnam, armatura non corporali, sed diuina, vt aduersus calidissimas oppugnationes diaboli possitis per stare immobiles sine nocumēto. f Armaturam vtique dei nos oportet esse indutos, ob hostiū cum quibus pugnamus qualitatem: quoniam non est nobis pugna aduersus homines, carne compactos & sanguine: contra quos prodesset forsitan, carnem armis ferreis induere: g sed aduersus turmas spirituum, nēpe aduersus eos qui principatum vsurpant, & potestatem huius mundi, qui sunt rectores & principes mūdi, rectores, inquam, tenebrarū harum: id est, mundi huius, qui plenus est tenebris: aduersus spiritus nequam, omni nequitia plenos qui habitant in hoc caliginoso caeli aerisq; loco. h Quum ergo tales habeatis inuisibiles, prae potētes, & spirituales hostes, nolite negligentes esse: sed in-

duite armaturā dei, arma lucis, opera virtutum vt possitis in die oppugnationis atque tentationis, resistere oppugnantibus: & sic in omnibus stare perfecti, vt in nullo succumbatis consensum præbētes malignis suggestionibus. a Vigilanter ergo erecti ad deum state per veritatem fidei atque morū, mortificatis atque compressis cōcupiscentiis & libidinibus carnalibus, quæ in lūbis sedem habēt. b Induti insuper iustitiam pro lorica, & calciati pedibus, id est affectionibus à terra separatis atque ad cælestia directis, vt sitis præparati ad ambulādum viam euangelij pacis. c In omnibus occurrentibus tentationibus, semper sumētes scutum fidei: in quo facile est, quæuis quantūuis vrentia iacula maligni excipere, & vt nihil noceāt extinguerē. d Et galeam salutis assumite, ad capitis munimentum. Nam fides ipsa, ratione charitatis, vel ipsa charitas, caput Christum in nobis custodit, vt non lædatur in nobis. Atque hæc ad defensionē ab aduersariis dixi assumēda. e Nūc autem iubeo ad impugnandū aduersarios gladium spiritus vos assumere, quod est verbū dei, quo & diabololum constat confodi, ad confusionem propriam, & qui sub eo detinentur in peccatis captiui liberantur, ad veritatem tam vitæ quàm doctrinæ educi. f His autem omnibus adiungenda est omnis boni assidua petitio & vehemens obsecratio: vt oretis omni tempore spiritu magis quàm sibilo linguæ, ad hoc ipsum cum assidua quadam instātia & affectuosa obsecratione vigilanter in stātes, g pro omnibus fidelibus & pro me apostolo vestro: vt det mihi dominus sermonem bonum & congruum, ad defensionem fidei, in sola apertione oris mei: ita vt per os meum ipse loquatur, & sic audeam fiducialiter notū facere, atque profiteri mysterium euangelij, & prædicationis meæ, h pro cuius defensione nūc legatione fungor in istis vinculis: ita vt non pusillanimitate deterrear,

a State ergo succincti lūbos vestros in veritate,

b & induite lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelij pacis:

c in omnibus sumētes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguerē:

d & galeam salutis assume,

e & gladium spiritus, quod est verbum dei.

f Per omnem orationem & obsecrationem orātes omni tēpore in spiritu & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione g pro omnibus sanctis & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mecum fiducia notum facere mysterium euangelij, h pro quo legatione fungor in catena ista: ita vt in ipso audeam prout oportet me loqui.

a *Ve autē & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in domino,*
 b *quē misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.*
 c *Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.*
 d *Gratia cū omnibus qui diligūt dominū nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.*

FINIS.

sed audacter loqui valeā, prout ad dei & Christi gloriam oportet. a Ut autem cætera quæ circa nos aguntur, & familiariora nostra negotia, & quid nūc agam, & quo in statu res nostræ sint exactè pernoscere valeatis: ecce Tychicus charissimus frater noster & fidelis minister in domino, omnia nouit, omnia vobis poterit familiariter explicare: b Quem ea causā nunc mitto ad vos, ut ex eo discatis quæ circa nos aguntur, & ut ipse cōsoletur corda vestra. c Sit pax vera omnibus fidelibus, & charitas quæ est cum fide à deo patre omnium nostrum Iesu Christo. d Gratia dei cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum, in corruptione fidei & morum, incorruptā fidem mente, & incorruptam vitam moribus tenētes, & spem incorruptibilem ab eo non corruptibilia bona, expectantes, Amen.

*Finis Elucidationis in epistolam ad
 Ephesios beati Pauli apostoli.*

✠ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
 in epistolam ad Philipenses beati Pauli apostoli.

P Hilippenses præ cæteris ecclesiis, Paulo apostolo suo, frequentius quæ erant illi necessaria subministrabant, id quod tam ex huius epistolæ nouissimo, quam ex eius quæ ad Corinthios posterior scripta fuit, capitulo vndecimo, euadit manifestum. Nam in fine huius epistolæ, semel illos atque iterum, Thessalonicam misisse sibi necessaria, profiteretur. Et illo in loco apud Corinthios gloriatur quod quum apud illos esset & egeret nulli onerosus fuerit, eo quod fratres qui veniebant à Macedonia: suppleuissent quod sibi deerat. Vnde & nūc, per Epaphroditum, ad illum in carcerem constitutum miserant quæ erant necessaria: per quem eis hanc rescribit, commendatitiā & affectu charitatis plenam epistolam. In qua primùm de illorum bono profectu gratias agens, pro perseuerantia, deinde & virtutum augmento, precatur deum. Mox ad ea quæ circa ipsum aguntur, ad illorum consolationem tran-

fiens, dicit, omnia ad profectum euangelij cedere: dum per ea quæ pro Christo profert vincula, Christi nomen efficitur gloriosius, licet quidam exurgant ipso in viuaculis constituto, qui Christum non sincère prædicant, sed propter inuidiam, captiuitati eius præssurâ suscitare volentes. Verùm & hoc ipsum, dei dispensatione, in fructû euangelij celsurum confidit. Se quoque ad vtrumlibet: tam ad vitam dicit, quàm ad mortem animo paratum, iuxta voluntatem dei, quanquam se confidit ad discipulorum profectum, adhuc in carne (alioqui molesta) mansurum. Monet autem eos, vt euangelio dignè viuant, vtque persecutionibus (quas deus pro magno dono suis electis frequenter immittit) non frangantur, quibus sint ad salutem peruenturi. Secundo autem capitulo, ad fidei vnitatem eos obtestando hortatur, vt id ipsum sapiant, absque contentionibus, & omni superbia. Exemplo quoque Christi, qui quum in forma dei esset, propter nos exinaniuit semetipsum, ipsos quoque ad humilitatis charitatis, ac misericordie hortatur affectum, ad obedientiam quoque salutarem, tam in præsentia, quàm in absentia sine murmurationibus exhibendam, vt tâquam luminaria luceant in medio nationis peruersæ in fidelium, dicēs se pro illorû salute, libenter etiâ immolari velle, si domino placitum fuerit. Post hoc de Timotheo ad eos breui mittendo, & Epaphrodito remisso, familiariter loquitur, cuius etiam infirmitatem narrat atque conualescentiam. Tertio autem capite, semper gaudere eos iubens, monet à circumcisionis prædicatoribus cauendum, quum nos per fidem deo seruiamus, verè simus in spiritu circumcisi ante deum. Et quoniam huiusmodi plurimum solent gloriari, obiter Paulus se quoque (si velit) contra posse gloriari, declarat, sed propter Christi fidem, omnia eiusmodi in quibus illi gloriantur, & in quibus etiam ipse secundum carnem possit gloriari, se ait nihili facere, veluti stereora & omnia detrimentum æstimare, vt Christum sibi solùm lucrificiat. Ad cuius perfectionem, se nõdum arbitratur, pertigisse: currit tamen, extensis in anteriora manibus, vt comprehendat. Rursumque, vt ab iis caueant falsis prædicatoribus, qui inimici sunt crucis Christi, & terrena sapiunt, commonefacit. In quarto autem capitulo, ad moralem transit exhortationem: vt stabiles persistant, idem sapiant, se inuicem adiuuent, semper in domino gaudeant: modestiam suam omnibus innotescere faciant, & in pace dei custodiantur, & quæcunque bonitatis sunt, studiosè sectentur. Postremò de acceptis per Epaphroditum muneribus, familiariter gratias agens, deum illis remuneratorem precatus ita claudit epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPI-
STOLAM beati Pauli apostoli ad Philipenses.

TEXTVS EPI-ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAE AD PHI- STOLAM AD PHILIPENSES,
lippenses beati Pauli beati Pauli apostoli.

TEXT. CAP. I.

ELVCIDATIO CAP. I.

P^a Aulus & Timo-
theus serui Iesu Chri-
sti, omnib⁹ sanctus in
Christo Iesu, qui sunt Phi-
lippis cū episcopus & dia-
conibus,
b gratia vobis & pax à
deo patre nostro & domi-
no Iesu Christo.

c Gratias ago deo meo in
omni memoria vestri, sem-
per in cunctis orationibus
meis pro omnibus vobis
cum gaudio deprecationē
faciens,

d super communicatione
vestra in euāgelio Christi
à prima die vsque nunc:

e confidēs hoc ipsum quia
qui cepit in vobis opus
bonum, perficiet vsque in
diem Christi Iesu,

f sicut est mihi iustū hoc
sentire pro omnib⁹ vobis:
g eo quod habeam vos
in corde, & in vinculis
meis, & in defensione &
confirmatione euangelij,

h socios gaudij mei om-
nes vos esse.



D AVLVS & Timotheus
serui Iesu Christi, scribunt
salutēque precantur om-
nibus credentibus in Chri-
stum Iesum qui sunt in Phi-
lippis ciuitate cōgregati, &
singulariter præsbyteris at-
que diaconis, qui sunt inter ipsos. b Gratia sit
vobis & pax, à deo omnium nostrum patre & à
domino nostro Iesu Christo. c Gratias ago
deo meo, quoties memor sum vestri, id quod fa-
cio semper in orationibus, quas sine intermif-
sione facio pro vobis, quicumque per nostram
prædicationē credidistis, cum gaudio spirituali,
& alacritate mentis, deprecando dominum pro
iis quæ adhuc vobis sunt necessariā. d Gratias
inquam, ago de hoc quod participes facti sitis
euangelij Christi, à prima die, statim vt prædi-
cationem nostram audistis, credendo & profici-
endo & perseverando in eadem vsque nunc.
e Confidens & sperās, quoniam ipse qui dedit
vobis boni operis initium, dabit & profectū, &
cōsummationem vsque in diem aduētus Chri-
sti, f quemadmodū meritò & iure optimo de-
beo hoc de vobis sperare atque exultare,
g eo quod vos gestē per nimium charitatis af-
fectum in intimis cordis mei, etiam in vinculis
istis non perdens vestri amorem, habens vos ad
defensionem & cōfirmationem euangelij, pro
cuius prædicatione sum vincētus. Nam nume-
rositas bonorum discipulorum defendit, com-
mendat atque confirmat doctrinam præcepto-
ris. h Habeo autem vos in corde, inque defen-

sione euangelij, vt fitis vos omnes participes gaudij mei, quod & nunc habeo in spiritu, & plenius expecto in patria: a Deus enim testis est, quemadmodum & quātum omnes vos cupiam iungere Christo Iesu, & in viscera eius traicere. b Atque, hoc est, quod assidua oratione peto à domino, vt charitatem vestram faciat semper exercere, in plena spiritualium ac caelestium rerum scientia, & in exacto iudicio, verāque intelligentia, vt diudicetis, eligendo semper meliora: c vt sitis integri in omnibus virtutibus, & sine vitio, in diem aduētus Christi repleti operibus bonis, per Iesum Christum, qui dat omnia in laudem & gloriam dei patris. d Illud autē volo vos scire fratres mei (ne deiciamini in captiuitate mea) quod ea quæ de me aguntur, id est, captiuitas & persecutio ista vsque adeo nihil officiant gloriæ euangelij, vt etiam multo magis cedant in profectum, & honorem & diuulgationem eius, e vsque adeo vt fiant vincula mea, quæ pro Christo patior, manifesta in toto pratorio, & in omni loco, in quo narratur, quæ hic circa me aguntur. f Vnde fit, vt fidelium cōplures fiduciam accipientes ex vinculis meis in domino, plus etiam solito audeāt verbū dei proloqui, sine timore persecutorum. g Ex eis verò qui prædicant Christum, sunt quidam, qui propter inuidiam qua mihi inuidēt, & malitiosam quandam cōtentionem, vt habeantur apostoli sicut & ego hoc faciunt. h Alij verò ex recta & sincera voluntate propter dei gloriā. i Isti, inquam, ex amore, quod tum erga deum, tum erga euāgelium, tum erga nos afficiuntur, sciētes me in defensione euangelij constitutum à deo, siue reclusum carcere à persecutoribus, & quia mihi minus licet, ideo ipsi ardentius prædicāt. k Quidam autem (vt dixi) contentiosè & ad inuidiam Christum annunciant, non sincera voluntate: sed ad illum finē, vt captiuitas mea aggrauetur, & me red-

a Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi.

b Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet, in omni scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora:

c vt sitis sinceri & sine offensa, in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem dei.

d Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectū venerunt euangelij, e ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, & in ceteris omnibus:

f vt plures è fratribus, in domino confidētes in vinculis meis, abundantius auderēt sine timore verbum dei loqui:

g Quidam quidē, & propter inuidiam & cōtentionem:

h Quidā autem, & propter bonam voluntatem Christum prædicant.

i Quidā ex charitate scientes quoniam in defensione euāgelij positus sum

k Quidam autem ex cōtentione Christū annunciant, non sincerè, existi-

*mantes pressuram se susci-
tare vinculis meis.*

*a Quid enim dum omni
modo, siue per occasiōē,
siue per charitatem Chri-
stus annuntietur:*

*b & in hoc gaudeo, sed
& gaudebo.*

*c Scio enim quia hoc mi-
hi proueniet ad salutem
per vestram orationē, &
subministratiōem spiri-
tus Iesu Christi.*

*d secundum expectatiōē
& spem meā, quia in nul-
lo confundar:*

*e sed in omni fiducia, sicut
semper, & nunc magnifi-
cabitur Christus in corpo-
re meo, siue per vitam,
siue per mortem.*

*f Mihi enim viuere Chri-
stus est, & mori lucrum.*

*g Quòd si viuere in carne
hic mihi fructus operis est:*

*h & quid eligam igno-
ro, coartor autem è duo-
bus, desiderium habens
dissolui & esse cum Chri-
sto multò magis melius &
abundo:*

*i permanere autè in car-
ne necessariū propter vos.*

*k Et in hoc confidēs scio,
quia manebo & perman-
nebo omnibus vobis ad
profectum vestrum &
gaudium fidei:*

*l ut gratulatio vestra a-
bundet in Christo Iesu in*

*dat odiosiore. a Quid autem mea, quo af-
fectu hi prædicent? Mihi satis est, quod annun-
cietur Christi prædicatio quocunque modo id*

*fiat, siue per occasiōem & præter intentionem
propter alium finem quā propter dei gloriam,
siue ex veritate & sinceritate affectus. b In*

*hoc semper gaudeo, & gaudere volo, quod siue
sic, siue sic, tamen Christus prædicatur. c Con*

*fido enim, quoniam deo disponēte, hoc ipsum
mihi ad salutem proueniet per adiutorium o-
rationum vestrarū, & suggestiōem atque di-
rectiōem spiritus Iesu Christi, qui facit dili-
gentibus deum omnia in bonum cooperari:*

*d iuxta quod expecto & spero, in nullo me con-
fusus iri: e sed in plenissima fiducia, sicut
semper glorificatus est Christus in corpore*

*meo: ita & nunc (spero) glorificabitur, siue per
vitam siue per mortem. f Nam mea quidem
vita, Christus est, & mortem ego pro lucro re-
puto: utpote per quā à pluribus malis redimor,
& ad cælestia summèque exoptata bona per-
ueniam. g Quòd si adhuc in corpore me velit*

*viuere dominus, hoc mihi fructum bonorum
operum augmentabit. h Et sanè, utrū ex duo-
bus eligere velim ipse ignoro: cogor tamen ad
alterum, habens quidem desiderium moriendi*

*secundum corpus, & ad Christum migrandi, id
quod mihi (quantum quidem ex mea parte)
multò melius foret, atque gratius. i Attamen
ut in corporis vita adhuc permaneam, magis
necessarium est propter vos omnes qui per me*

*credidistis deo. k Et hoc fiducialiter sperans,
credo quod superstes permanebo, adhuc ali-*

*quantum tempus, donec placitum erit domino,
omnibus vobis discipulis meis, hoc est ad ve-
strū maiorem profectū, & ut gaudeatis in fide*

*vestra abundantius: l Vtique gaudium vestrum
& exultatio sit abundantior in Christo Iesu,*

*propter me & aduētum meum: cum venero ad
reuisendum vos, si ita domino visum fuerit.*

Verum tamen (quando certam omnino dei voluntatem, aut futurorum circa nos euentum, non plenè cognoscimus) quomodo cūque eueniat. a Vos tantum curate, vt secundum formam euangelij dignè viuatis vt ego gaudeam in vobis, siue cū ipse venero & videro, siue cū absens in vinculis manens audiero, quod fortiter perstatis in vno spiritu, vnus animi nō discordes, pariter laborātes in fide euangelica: ita vt perseueretis & operemini in ea & nō deficiatis propter terrorem aduersariorū vestrorum. b Quæ quidem aduersatio atque persecutio, quam vobis inferunt: ipsis quidem inferentibus est causā æternæ damnationis, vobis autem (deo disponente) occasio erit salutis vestræ. c Et hoc ipsum dei munus est, deique est hæc ordinatio. Quoniam vobis donatum est, non solum in Christum credere, sed etiam vt pro eius amore patiamini, quod est singulare munus & non nisi amicis electis concessum.

d Idem enim certamē cum infidelibus persecutorib⁹ habuistis, quale & olim vidistis de me cū apud vos essem, & virgis cæsus in carcerem conicerer, & nunc auditis iterum de me quomodo vincus sum pro Christi nomine.

ELVCIDATIO CAP. II.

N^a Vnc igitur, si qua est cōsolatio quā mihi vultis impedere, si mihi vllū vultis solatiū atque refrigeriū charitatis præstare in tribulationibus istis, si vlla mihi spiritus societate vultis cōiungi, si mihi viscera miserationis ostēdere: nō aliud à vobis postulo, nisi vt impleatis & pficiatis gaudiū meū, quod de vestris bonis principiis iā pridē cōcepi: b hoc est vt idē sentiat is absq; disensionibus, habentes mutuā charitatē in inuicē, vnus animi atq; affectus, in fidei negotio idē penit⁹ sentiētes. c Nihil agatis ex cōtētione siue ambitione, neque ex vana gloria, sed oīa agite in humilitate, tāq; subiecti inuicē, p̄ximos semper vt superiores reuerētes.

me per meum aduentum iterum ad vos:

a Tantum dignè euangelio Christi conuersamini, vt siue cū venero, & videro vos, siue absens audiam de vobis, quia statis in vno spiritu, vnanimis collaborantes fidei euangelij, & in nullo terre amissioni ab aduersariis,

b quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis,

c & hoc à deo, quia vobis donatum est pro Christo, nō solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.

d Idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

TEXT. CAP. II.

a Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum,

b vt idem sapiatis, eādem charitatē habētes, vnanimis, id ipsum sentientes.

c Nihil per contentionem, neque per inanem gloriā, sed in humilitate

superiores sibi inuicem arbitantes:

a non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum.

b Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu:

c Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo:

d sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

e Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.

f Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est suum per omne nomen:

g vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum:

h & omnis lingua confiteatur quia dominus noster Iesus Christus in gloria est dei patris.

i Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis, non

a Non considerantes singuli propria comoda tantum, aut quæ in vobis ipsis sunt bona, sed magis etiam quæ aliorum. Sic enim & humilitas fouetur, & charitas. b Sit autem in vobis ille affectus pro exemplo, quem & in Christo Iesu comperimus. c Qui cum esset eiusdem cum deo patre substantiæ, & eiusdem naturæ: non voluit tamen patris gloriam sibi rapere quam in omnibus semper quæsiuit dum super terram viueret, propriam contemnendo, nec mundanis honoribus, tanquam patri æqualis honorari petit super terram. Cum tamen gloriam omnem & omnem honorem iure optimo & merito, utique accipere potuisset, utpote filius patri consubstantialis & coæqualis per omnia. d Propter nostrum tamen salutis profectum, & exemplum humilitatis nobis præbendum, humiliavit abiecitque semetipsum, & obscurauit obtexitque omnem illam diuinitatis gloriam assumendo seruilem speciem carnis nostræ secundum veritatem assumptæ humanæ naturæ similis factus hominibus, specie, figura, atque dispositione: per omnia, ut ceteri hominum, visus & conspectus. e Humiliauit seipsum, ex patris obedientia, usque ad mortem: & illam quidem ignominiosissimam, mortem crucis. f Qua humilitate promeruit exaltari à patre, & donari sibi, clarificari, atque prædicari nomen diuinitatis, quod supergreditur omne nomen: g ita ut modo postquam eius diuinitas clarificata atque manifestata est à patre, diuinum illi omnis creatura rationalis exhibeat honorem, & genuflexionem (id est reuerentiam & obedientiam) nomini eius. Omnis, inquam, creatura, siue caelestis illa fuerit, siue super terram, siue subter terram: id est, angelica, humana, & diabolica: h & omnis lingua confiteatur palam, quod dominus noster Iesus Christus, qui tam vilis olim fuit reputatus, nunc in gloria residet patris sui, eidem per omnia sibi coæqualis. i Itaque charissimi mei,

ficut haftenus femper obedientes fuiftis, non
 folùm me præfente apud vos: ita & nunc dum
 abfens fum à vobis, multò magis obedientes e-
 fto, & omni follicitudine curate, opera falutis
 operari. Ecce enim deum in hoc adiutorem ha-
 betis, fi nõ fit defectus ex parte veftri. a Nam
 deus eft qui operatur intra vos cooperante ve-
 ftra voluntate, vt velitis bonum, & etiam perfici-
 ciatis, id eft defideriũ operis boni, & fimul ip-
 fius operis confummationem. Idque facit pro
 fuo beneplacito, non ex vllò debito. b Omnia
 autem opera veftra facite, non murmurando
 contra dei iudicia, & non diffidendo de dei au-
 xilio: in omnibus quæ vobis obuenerint: c vt
 inueniamini tales de quibus cõqueri nemo iu-
 re poffit, & nullam duplicitatem habentes, fed
 integri & veraces: fitisque filii dei irreprehen-
 fibiles, & fine crimine in medio infidelium, qui
 funt generatio praua, in omni malitia & per-
 uerfa, quoniam pro creatore creaturam peruer-
 fi homines colunt. d Inter quos lucere debetis
 vos fideles, ficut lumina fuo lumine mundum
 illustrãtia vt ambulent in lumine veftro, & al-
 liciantur ex claritate conuerfationis veftre ad
 viam bonam, etiam qui in tenebris funt: e cu-
 ftodiẽtes in vobis, per fidem & obferuationem
 operis, verbũ vitæ quod prædicamus: vnde erit
 mihi gloria, in die aduentus Chrifti. f Tunc
 enim palam fiet, quòd follicitudo mea diligen-
 tiſſima, & labores mei, non fuerint inanes, nec
 fine fructu. Iam enim ego obtuli domino fa-
 crificium & oblationem acceptiſſimã omnium
 veſtrum fidem, omnes vos fideles efficiens.
 g Quòd fi fuprà hanc oblationem, placuerit
 domino, vt etiam ego ipſe immoler, & fiam o-
 blatio ei per mortem, nequaquam cõtriftabor:
 fed gaudeo propter meum lucrum, & omnibus
 vobis congratulor & congaudeo, quoniam vos
 ex hoc fructum capietis, & efficiemini in fide
 Chrifti & patientia, meo exemplo confirmati

*in præfentia mea tãtum,
 fed multò magis nunc in
 abfentia mea, cum metu
 & tremore veſtram ſa-
 lutem operamini.*

*a Deus eſt enim qui ope-
 ratur in vobis & velle
 & perficere, pro bona vo-
 luntate.*

*b Omnia autẽ facite ſine
 murmuratiõibus & he-
 ſitatiõibus,*

*c vt ſitis ſine querela &
 ſimplices filij dei, ſine re-
 prehenſione in medio na-
 tionis prauæ & peruerſæ:*

*d inter quos lucetis ſicut
 luminaria in mundo:*

*e Verbum vitæ continen-
 tes ad gloriam meam in
 die Chriſti,*

*f quia non in vacuum cu-
 curri, neque in vacuum
 laboraui.*

*g Sed & ſi immolor ſu-
 præ sacrificium & obſe-
 quium fidei veſtra, gau-
 deo, & congratulor om-
 nibus vobis.*

a Idipsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi.

b Spero autem in domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos, ut ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.

c Neminem enim habeo tam unanimum, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit.

d Oēs enī q̄ sua sunt, quæ vnt: nō quæ Iesu Christi.

e Experimentum autē eius cognoscitis, quoniā sicut parvi filius, mecum seruiuit in euangelio.

f Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt.

g Confido autem in domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito.

h Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & cōmilitonē meum, vestrum autem Apostolū, & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos.

i Quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea gaudieratis illū infirmatū.

k Nā & infirmatus est vsque ad mortē, sed deus misertus est eius:

l non solū autē eius, verū etiā & mei, ne tristitiam super tristitiam haberē.

m Festinaui ergo misi

a Et vos quoque debetis in hoc gaudere, propter bonum vestrum, & mecum gaudere, propter gloriam meam, siquidem sic domino placuerit. b Spero autem (si voluntas domini fuerit) me breui missurum ad vos. Timotheum, ut cum cognouero per eum, quæ apud vos aguntur, sim animo bene cōsolatus. c Hunc autem potissimum volo mittere, quoniam neminem apud me habeo, tam vnus mecum propensique animi in idem opus ministerij, qui sic pro salute vestra ac cæterorum discipulorum zelat ex integro affectu spiritus, sicut hic Timotheus.

d Nam plurimi ex iis qui videbantur magna facturi, orta tribulatione mea discedentes, sua priuata commoda, gloriæ Christi præponūt.

e Eius autem fidem, vel hoc satis probat, quod ita collaborauit mihi in prædicando euangelio quemadmodum filius patri, promptissimus ad omnia, quæcūque ei iniungo in negotio Christi. f Hunc igitur tam probatū & tam dignum Christi seruum, spero me ad vos missurū, mox ut cognouero certius aliquid, quid de me sit futurum. g Confido autem (volente domino) me ipsum quoque cito venturum, ad inuisendum vos. h Necessarium autē mihi fuit visum ut remitterem ad vos Epaphroditum fratrem meum, & cooperatorem in prædicatione euangelij, & cōmilitonem meum in sustinendis pariter aduersis: vestrum autem apostolum, & episcopum, per quem administratis mihi necessaria.

i Quoniam ipse quidem omnes vos spiritu desiderabat, & contristatus erat ex eo quod audieratis illum infirmatum, metuēs ne vos id grauius cōtristaret. k Neque falsum est, quod audieratis. Nam & infirmatus est vsq; ad mortis periculum, sed dominus pepercit ei. l Non solum autem ei, sed & mihi pepercit, ne me supra modum affligeret, & tristitiam accumularet tristitię. m Mox autem ut sanitatem recuperasset, festinaui eum remittere ad vos, ut viso eo

gaudium vestrū redintegretur, & ego sim sine tristitia: quoniam vestra tristitia me contristat, & vestrum gaudium me lætificat. a Excipite itaque illum benignè & reuerēter, & qui tales sunt habete in honore & reuerētia, obediendo eis: b quoniam propter opus Christi, pietatis, & misericordiæ, vel mortis se periculis obiectare non timuit, exponens periculo vitam suam, vt pro vobis omnibus (quod per vosipfos non poteratis absentes) mihi obsequeretur atque ministraret in necessitatibus meis.

ELUCIDATIO CAP. III.

Caeterum fratres, moneo vos, vt semper in domino sitis gaudentes. Eadem mihi scribere vobis, quæ & aliis scribo ecclesiis, aut quæ vobis alias scripsi, aut præsens alias docui: mihi quidem non est molestum, eo quod vobis cognoscā esse vtile & necessariū. b Attendite à canibus, qui vestrā libertatem volunt per inuidiam dirumpere, & considerate subdolos & infideles operarios pseudoapostolos. Obseruate circuncisos istos, docentes circuncisionem, vt ne acquiescatis dogmatibus eorum. c Nos enim sumus verè populus circūcisus, spiritali circuncisione, qui spiritu seruiamus deo, abscindentes omnes carnis concupiscentias, & gloriamur atq; placemus nobis in fide Christi Iesu, non habentes fiduciam neque cōplacentiā in carnalibus obseruatiis, sicut carnales faciunt Iudæi. d Quāquam nihilominus etiam ego habeam vnde possim gloriari (si liberet) in iis in quibus illi solēt se iactare. e Si quis enim alius videtur sibi gloriosus ex carnis propagatione, vel carnali legis obseruatione, mihi forsitan magis in his liceret gloriari, citra mendacium: f qui sum circūcisus legitimè suo tēpore, octaua die, non aduena, nec ex filiiis proselytorū, sed ex semine Israel, de tribu non ignobili Benjamin. g Hebræus ex Hebræis natus, secundum legis quidem obseruationem sectæ

illum, vt viso illo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.

a Excipite itaq; illū cum omni gaudio in domino, & cuiusmodi cum honore habetote:

b quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suā, vt impleret id quod ex vobis deerat, erga meū obsequium.

TEXT. CAP. III.

a De cætero fratres mei, gaudente in domino. Eadē vobis scribere, mihi quidem nō pigrum, vobis autē necessarium.

b Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

c Nec enim sumus circūcisus, qui spiritu seruiamus deo, & gloriamur in Christo Iesu, & nō in carne fiduciam habentes:

d quāquam & ego habeam cōfidētiā in carne.

e Si quis alius videtur cōsidere in carne, ego magis,

f circūcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin,

g Hebræus ex Hebræis,

secūdam legē Pharisaus,
secūdam emulatiōē per-
sequens ecclesiam dei,
a secūdam iustitiam qua
in lege est, conuersatus si-
ne querela.

b Sed quæ mihi fuerunt
lucra, hæc arbitratus sum
propter Christum detri-
menta.

c Veruntamen existimo
omnia detrimentum esse
propter eminentem scien-
tiam Iesu Christi domi-
ni mei:

d Propter quem omnia
detrimentum feci, & ar-
bitror vt stercora,

e vt Christū lucrificā:
vt & inueniar in illo nō
habens meam iustitiam
quæ ex lege est, sed illam
quæ ex fide Christi Iesu,
quæ ex deo est iustitia in
fide,

f ad cognoscēdum illum,
& virtutem resurrectio-
nis eius,

g & societatem passio-
nis illius,

h cōfiguratus morti eius:

i si quo modo occurrā
ad resurrectiōē quæ est
ex mortuis,

k Nō q̄ iam acceperim,
aut iam perfectus sim.

pharisaicæ, quæ erat aliis sectis commendatio:
quantū ad æmulationem, adeo feruidus pro
lege, vt persequeretur ecclesiam Christi, quam
nunc verè scio esse dei: a secundum iustitiam
quæ ex lege haberi poterat, ita conuersatus vt
non possit me quispiam arguere trāsgressæ le-
gis. b Sed quæ hactenus in Iudaismo velut ma-
gna & pretiosa studui cōgregare, postquā Chri-
sti veritatē agnouī, reputaui vt impedimēta ver-
itatis percipiēdæ. Qui enim in hæserit vmbra,
impeditur à contēplatione veritatis. c Imò ve-
rò omnia prorsus, siue legalia, siue terrena, ego
existimo impedimētū præstare veritati euan-
gelicæ, & velut detrimenta abiicienda, propter
illam præclarā fidem & cognitionē Christi Ie-
su domini mei, & sanctorū mysteriorum eius,
d propter cuius amorē atque fidem, omnia pe-
nitus reputaui impedimēta à lucro spiritali &
velut stercora nihili pēdo ad verā salutē conse-
quendā, e vt Christū mihi & eius iustitiā ve-
ram lucrari valeā: vt per fidē illius iustificatus,
inueniar non habens iustitiā meam (hoc est ex
meis operibus, in obseruatione legis operatis)
sed eam iustitiā qua iustificatur homo per fidē
Christi Iesu, quæ iustitia ex deo gratis nobis
cōfertur, & gratis per eam iustificamur, in fide
viua, non ex operibus legis. f Quæ fides hoc
mihi præstat, vt cognoscā Christū & virtutem
ac mysterium resurrectionis eius, per quā nobis
etiam credētibz, sp̄e dat resurgēdi: g vt insu-
per cognoscā societatem & cōmunionem, qua
communicant, credētes, merito passionis eius,
h vt inueniar, in quā, configuratus similitudini
mortis eius per veteris vitæ omissionē, & noui-
tatem vitæ melioris, i vt suo tēpore Christo ad
iudiciū vēturo vnā cū cæteris sanctis valeam in
gaudio occurrere, & obuiā pergere à mortuis
resurgēdo. k Hęc autē dico, non quòd me pu-
tem iam accepisse, quod expecto, præmium re-
surrectionis, aut vsque ad eò esse in configura-
tione

tionem mortis eius perfectū, vt vel cadere ab eo non possim, vel ulterius non proficere: a spem tamen habēs bonam, tam ad brauium obtinendum quàm ad perfectionis cōsequutionem, viriliter curro: si quo modo comprēhendam aliquando, & assequar quod quero, quemadmodum olim me Christus insequutus est & comprēhendit, quādo pergenti ad persequutionem membrorum suorum in luce & virtute apparēs me sibi captiuum abduxit, in seruitutem suam.

b Fratres (apertē fateor) licet apostolus sim, non tamē arbitror me cōprāhendisse, sic quasi de brauiō iam certus aut summum perfectionis fastigium consecutus.

c Vnū autem istud est, ad quod laboro. Népe vt ea quæ retrō sunt (id est priores legis obseruātiās item cuncta terrena bona) nihili pendens, ad ea verò quæ anteriora sunt (id est potiora gratiæ, & cælestia bona) meum desiderium excitās sollicitē, diligenter, atque seruenter cōtendam ad scopum perfectionis, qui nobis est præfixus: atque ita consequenter, si illum attigerimus, ad brauiū quod à deo desuper proponitur, in vocatione nostra, omnibus Christi fidelibus.

d Quicūque ergo veri & perfecti fideles esse volumus, hoc nobis est sentiendum, ne quis putet se in hac vita perfectum aut penitus securum.

e Et si quid aliud amplius sapueritis, & hoc ex dei vobis munere reuelatum agnoscite. f Veruntamen ad id ad quod nūc peruenimus quòdque nobis iam reuelatione cōpertum est, necesse est vt quātum ad hanc partem, cōcordi simus sentētia, & necesse est vt in eodem permaneamus canone fidei, quē à deo iam didicimus.

g Estote autem imitatores mei, & obseruate eos vt sint vobis in exemplum & imitationem, qui ambulāt secundum exēplum nostrū, quod habetis cognitum, eo quòd vidistis meam cōuersationē inter vos.

h Nec id sine causā admoneo, multi enim pseu-

a Sequor autē si quo modo comprēndam, in quo & comprēhensus sum à Christo Iesu.

b Fratres ego me nō arbitror comprēndisse.

c Vnū autem quæ quidem retrō sunt, obliuiscēs, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum ad destinatum persequor ad brauiū supernæ vocationis dei in Christo Iesu.

d Quicūque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus:

e & si quid aliter sapitis, & hoc vobis deus reuelabit.

f Veruntamen ad quod peruenimus, vt idē sapiamus, & in eadem permaneamus regula.

g Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formam nostram.

h multi enim ambulāt, quos sepe dicebā vobis, nunc autē & flens dico, inimicos crucis Christi:

conuerfantur, quos sapius denuntiaui vobis, & etiam nunc cum lachrymis denuntio esse inimicos crucis Christi: quoniã & libertati quam illa peperit prædicando aduersantur, & humilitatẽ atque austeritatem & cõmentiam quam illa docet, aspernantur, contrario modo viuente: a quorum finalis retributio mortis æternę damnatio erit. b Qui omnia ad ventrem referunt, & gulę atque luxurię seruiunt: & id quod sibi gloriam reputant, erit in cõfusione ipsorum: qui affectu prorsus terreni sunt, & terrena quærunt. c Nos autem in cælis conuersamur dum non nisi cælestia quærimus & sapiamus: atque ob hoc fiducialiter expectamus aduentum domini nostri Iesu Christi, de cælestibus ad iudicium, vt sit nobis saluator: d qui immutabit corpus hoc vilissimum quod nunc nos gerimus asimilans id corpori suo glorioso, per immortalitatis donum, e secundum virtutem & operationem illam diuinitatis, qua etiam potest omnia subicere. f Nam per virtutem diuinitatis fecit vt Christo homini post iudicium sint plenẽ subiecta omnia, tam cælestia quàm terrestria.

a quorum finis interitus:
 b quorum deus vëter est,
 & gloria in confusione
 ipsorũ, qui terrena sapiũt.
 c Nostra autẽ cõuersatio
 in cælis est. Vnde etiã Sal
 uatorem expectamus do
 minũ nostrũ Iesum Chri
 stum,
 d qui reformabit corpus
 humilitatis nostra, confi
 guratum corpori clarita
 tis suę,
 e secundum operationem
 virtutis suę,
 f qua etiã possit sibi sub
 icere omnia.

TEXT. CAP. IIII.

a Itaque fratres mei cha
 rissimi & desideratissimi
 gaudium meum, & coro
 na mea, sic state in domi
 no charissimi.
 b Euodiã rogo & Syn
 tychei deprecor id ipsum
 sapere in domino.
 c Etiam rogo & te ger
 mane cõpar, adiuua illas
 qua mecum laborauerũt in
 euangelio cum Clemente,
 & cæteris adiutoribus
 meis, quorũ nomina sunt
 in libro vite.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

P^a Roinde fratres mei, quos & summẽ cha
 ros, & summẽ habeo in Christo desidera
 tos, in quibus gaudeo, & pro quibus mer
 cedem expecto æternę retributionis, sic state
 (precor) vt decet eos qui tãtam spem habent in
 fide & operibus deo dignis. b Vos quoque ð
 Euodia & Syntyche nominatim deprecor, vt
 idem sapiatis in fide Christi, sicut oportet. c Et
 te rogo mi germane collaborator, qui tam in
 genuẽ in negotio Christi mihi cooperaris, vt
 adiuues illas si habuerint in vlla re tuo auxilio
 opus, quę laborauerunt mecum in negotio eu
 angelij, cum Clemente & cæteris coadiuto
 ribus meis, quorum nomina deus ad salutem,
 in sua æterna prædestinatione (vt spero) de-

scribit. a Gaudete semper in domino spirituali gaudio: & rursus (vt magis inculcem) repeto, vt gaudere studeatis. b Vestra modesta, & benigna, & m̄suetu cōuersatio luceat corā omnib⁹ hominibus etiā infidelibus. c Sciētes quoniam dominus prope est, vt conspiciat, atq; vt iudicet cōuersationē nostram. d Pro nulla re tēporali vos angat atq; affligat sollicitudo, sed ab omni sollicitudine liberi, iugiter in oratione eleuati, & attētorii obsecrationi intēti, agentes gratias de prāteritis bonis acceptis, facite vt petitiones vestrę pro iis quę adhuc desideratis, exaudiantur apud dominū. e Et pax illa cęlestis, quę est à deo in cordibus fidelīū, quę nequit cōprehendi qualis sit aut quāta, ipsa cōseruet volūtatem vestrā, atque intellectu vt permaneāt in Christo Iesu. Mox enim vt pax dei perditur cor & intelligētia à deo decidūt. f Cāterū fratres hortor vos, vt ab omni impudicitia & vanitate auertētes animū, sectemini ea quę sunt veritatis, pudicitię, iustitię, quęcūque ad sanctitatem faciunt, & quęcūque amorem fraternum nutriunt ac bonam famam promouēt, quę indubiē multum confert profectui euāgelij. g Denique quicquid est virtutis, quicquid est disciplinę laudabilis hęc, inquam, & his similia amodo meditata sunt vobis, quę & didicistis à nobis & accepistis per fidem, & audistis per nostram prædicationē & vidistis in cōuersatione nostra. h Hęc, in quā, agite dimissis pristinis operib⁹ malis, & deus à quo omnis pax vera, quę pacē diligit & in pace habitat, faciet māsionem suam in vobis. i Gauius sum autē vehemēter in domino, quum iam rursus video vos reuirefcere, ad exhibenda mihi pristina misericordię obsequia sicut solebatis mihi ex affectu compati, & opere subuenire. k Habeo autem vos excusatos, quòd aliquantulū intermiseritis officium hoc, eo quòd credam vobis defuisse mittendi oportunitatem. l Neque verò hęc

R ij

a Gaudete i domino semper, iterum dico gaudete:

b Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.

c Dominus enim prope est.

d Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestre immotescent apud deum.

e Et pax dei quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligētiās vestras in Christo Iesu.

f De cetero fratres, quęcūque sunt vera, quęcūque pudica, quęcūque iusta, quęcūque sancta, quęcūque amabilia, quęcūque bona fama,

g si quę virtus, si quę laus disciplinę, hęc cogitate: quę & didicistis & accepistis, & audistis, & vidistis in me:

h hęc agite, & deus pacis erit vobiscum.

i Gauius sum autem in domino vehemēter, quoniam tandem aliquando refluoristis pro me sentire, sicut & sentiebatis:

k occupati autem eratis.

l Nō quasi propter penur-

riã dico. Ego enim didici
in quib⁹ sum sufficiens esse

a Scio & humiliari, scio
& abundare:

b (vbique: & in omnib⁹ in-
stitutus sum) & satiari,
& esurire, & abundare,
& penuriam pati:

c omnia possum in eo qui
me confortat.

d Veritatem benefecistis
communicantes tribula-
tioni meæ.

e Scitis autem & vos Phi-
lipenses, quod in princi-
pio euãgelij, quãdo pro-
fectus sum à Macedonia,
nulla mihi ecclesia cõmu-
nicauit in ratione dati &
accepti, nisi vos soli:

f quia & Thessalonica
semel & bis in vsum mi-
hi misistis.

g Non quia quero datũ,
sed requiro fructum abũ-
dantem in ratione vestra.

h Habeo autem omnia,
& abundo.

i Repletus sum acceptis
ab Epaphrodito, quæ mi-
sistis in odorem suauita-
tis, hostiam acceptam &
placentem deo.

k Deus autem meus im-
pleat omne desiderium ve-
strum secundum diuitias
suas, in gloria, in Christo
Iesu.

dico, quasi ego de mea penuria conquerar. Iam enim experientia frequenti edoctus, didici sufficientiam habere in iis, quæ mihi contingunt: id est, præsentibus esse contentus, siue multum id fuerit, siue paruum. a Scio & in paupertate, & in abundantia exteriori tenere modum, & contentus esse in utroque: b Iam ad omnia sum instructus atque paratus, & ad omnia indifferens, potens in satietate atque esurie (id est siue in abundantia, siue in penuria) medium tenere & contentum esse. c Quicquid mihi obuenerit, omnia possum in bonum vertere, per eius virtutem qui me confortat, hoc est Christi. d Nihilominus bonam rem fecistis vos, comunicantes mihi in tribulationibus pro Christo constituto, participantes merito tribulationis meæ. Propter quod ego gaudeo, ob bonum vestrum. e Scitis autem vos Philippenses quum inciperem euangelium prædicare in vobis proficiscenti mihi à Macedonia quod nulla ecclesiarum mihi quicquam contulit: dando temporalia bona in stipendium pro spiritualibus acceptis, nisi vos soli. f Nam & mihi in Thessalonica metropoli ciuitate constituto, semel atque iterum vos necessaria victui & vsui quotidiano misistis. g Neque hoc replico, quia quero dona vestra, sed quia desidero vobis multum fructum accrescere in supputatione vestra, coram deo, ex frequenti charitate & misericordie operibus, quæ mihi præstatis. h Ego verò habeo omnia, & omnia possideo: quia dum nihil quod in mundo est præter solam necessitatem desidero, præ regibus & principibus feliciter abundo. i Denique repletus sum ex vestra largitate, iis quæ mihi misistis per Epaphroditum: mihi sanè gratissima: quæ non dubito, quin & deus velut hostiam sibi oblatam sibi que beneplacenter accipiat. k Deus autem meus, cui seruius semper, impleat omnia vestra sancta & salutaria desideria, quemadmodum optime potes est, secundum diuitias gloriæ suæ,

ARG. IN EPIST. AD COL. 131 *a Deo autem & patri no-
stro gloria, in secula seculorum, Amen.*
per Christum Iesum. a Ipsi autem deo qui est pater omnium nostrū sit gloria in secula seculorum, Amen. b Salutate omnes fideles in Christo Iesu. Salutant vos fratres qui mecum sunt. c Salutat vos omnes sancti, maxime autem qui de familia sunt Caesaris apud quos familiaris ago. d Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres, Amen.

*Finis Elucidationis in epistolam ad
Philippenses beati Pauli apostoli.*

*Salutate omnē sanctum
in Christo Iesu Salutant
vos qui mecum sunt, fratres.
Salutat vos omnes sancti,
maximè autem qui
de domo Caesaris sunt
Gratia domini nostri
Iesu Christi, cum spiritu
vestro, Amen.*

✱ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epistolam ad Colossenses beati Pauli apostoli.

Olossenses per se apostolus non docuerat sed ab Epaphra, qui tum apud apostolum agebat, quum hæc scriberet, & Archippo qui in eos accepit ministerium, fuerat in fide Christi edocti. Quos Paulus de seductoribus pseudoapostolis (quorum aliqui per legis prædicationem, alij per secularis sapientiæ doctrinam sese iactabant) semper felicitus, eos præcauere iubet: ne vllis se persuasionibus, siue horum, siue illorum, sinant à firmitate eius fidei in qua edocti fuerat amoueri. In ipso itaque epistolæ exordio gratias agit deo, super bono eorum profectu: simul & postulans, vt in bono perficiatur, in omni gudio & longanimitate per Christum super quem facta sunt & restaurata vniuersa, eo quòd in ipso totius diuinitatis plenitudo inhabitet, vt per sanguinè crucis suæ in pacem bonam cõponeret omnia: quomodo & ipsos dicit à suis peccatis emundatos. Deo esse recõciliatos, si modò in euāgelio quod susceperat in finem vsque permaneāt. Cuius se iuxta dei dispositionè ministrum, adimplètem ea quæ desunt passionum Christi, corripiètem quoque & docètem omnem hominè, ad perfectionè veræ iustitiæ, gloriatur. Secundo verò cap. suam declarat sollicitudinem, quã pro omnibus gerit, qui faciè eius non viderāt, vt bene instructi in charitate dei, non se decipi patiantur in sublimitate sermonum, aut per philosophiam, aut per varias traditiones obseruariarum Iudaicarum, sed in Christo solo permaneant, in quo per fidem circumcisi sunt, circumcisionè spirituali, per baptismum regenerati: vbi & declarat, quomodo per Christi mortem remissionem simus cõsequuti peccatorum nostrorum, delete eo quòd

cōtra nos erat chirographo peccati. Propter quod eos qui sic per Christi mortem sunt in veram libertatem asserti, non vltra vult elementis huius mundi & carnalibus obseruantis insistere: eosque, vt per simulationem religionis, & fictæ humilitatis, se non sinant decipi, præmonet attentius. Magis autem tertio cap. rursus eos iubet affectum cordis erigere, mortificationis super terram membris, vt peccatis non viuant: quæ illic particulatim multa enumerat, & à quibus nominatim dehortatur, omne quod ad veterem hominem attinet abiici iubens, & nouum induere hominem, qui est in sancta virtutum cōnexionē, in misericordia, benignitate, mansuetudine, & aliis eiusmodi. Super omnia charitatem commendat, & pacem, & gratitudinem, & verbum dei, vt in ipsis habiter abundantē, faciāntque omnia ad gloriam dei, in gaudio spiritali. Post hæc circa finem tertij capitis, & initium quarti, vxoribus ac viris, filiis ac parentibus, seruis ac dominis, quomodo se erga inuicem gerere debeāt præscribit. Mox autē post quarti cap. initium, ad omnes sermonem cōuertens, orationi eos instāter inuigilare, atque etiam pro se speciatim orare iubet, pro euāgelicæ prædicationis fructu. Exhortatus dein de, vt in sapiētia erga infideles ambulent, & vt sermonem semper sale conditū loquātur: ad familiaria sermonē cōuertit, de eo quem ad ipsos misit Tychico & Onesimo: de Epaphra cui testimonium bonum perhibet. Salutationibusque hinc inde positis, demū Archippum sui comonefaciens ministerij, ita claudit epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPI-
stolam beati Pauli apostoli ad Colossenses.

TEXTVS EPI-
STOLAE AD CO-
lossenses beati Pauli
apostoli.

TEXT. CAP. I.

P^aulus apostol^{us} Ie-
su Christi per volū-
tatem dei, & Timo-
theus frater, iis qui sunt
Colossis sanctis & fide-
libus fratribus in Christo
Iesu,
b Gratia vobis & pax

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD COLOSSENSES,
beati Pauli apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



P^a AVLVS Apostolus Iesu
Christi, secundum diuinæ
electionis beneplacitum, &
Timotheus frater, salutem
dicūt sanctis fidelibus Chri-
stianis, Colossis in Christo
Iesu congregatis. b Sit vo-
bis gratia & pax, à deo patre nostro. Gratias

agimus deo, qui est pater domini nostri Iesu Christi, non intermittetes vestri memoriam in orationibus nostris: a dum audimus rectam in Christo fidem vestram ab aliis commendari, & misericordiae dilectionem, quam exhibetis in omnes sanctos propter spem & expectationem caelestium bonorum, quae in caelis vobis seruantur occulta, suo tempore reddenda: b quam spem audistis per verbum verissimum, verbum sancti euangelij: c quod in vobis quoque est praedicatum, sicut in omnibus mundi partibus est, & inhabitat: imo & fructum facit bonorum operum, & crescit per dilatationem & diuulgationem in ceteros: d quemadmodum & inter vos audio factum esse, statim vt audistis & intellexistis gratiam euangelij in veritate praedicationis, e sicut edocti estis ab Epaphra charissimo cooperatore nostro, qui fideliter ministrat in negotio Christi, ad vestrae salutis promotionem: qui etiam manifestauit nobis spiritualem charitatem vestram, qua & erga deum & erga nos caeterosque fideles, estis affecti. f Ideo & nos ex eo tempore quo primum auditu accepimus haec bona de vobis, non cessamus pro vobis orare & postulare: g vt plenius atque abundantius cognoscatis voluntatem dei, idque in perfecta sapientia caelestium mysteriorum, atque intelligentia spirituali diuinorum mandatorum. h Quo sic possitis conuersationem ducere dignam deo, in omnibus placentes, fructum faciendo bonorum operum, & augmentum indies sumentes in scientia spirituali, atque salutari, quae est cognitio dei. i Confortati autem in perfecto spiritus robore a domino (iuxta quod potes est in gloria maiestatis suae) ad tolerandum patienter quaeuis aduersantia, & longanimiter expectandum repromissa ventura bona, k in gaudio spirituali semper gratias pro omnibus agentes deo patri nostro, qui secundum suam misericordiam nos dignos reputauit, & idoneos fecit ad participandum cum sanctis, in

R iiii

de deo patre nostro. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes: a audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem qua reposita est vobis in caelis, b quam audistis in verbo veritatis euangelij, c quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat & crescit, d sicut & in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam dei in veritate, e sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, & etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. f Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, g vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali: h vt ambuletis digni deo pro omnia placentes, in omni opere bono, fructificantes & crescentes in scientia dei, i in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia & longanimitate, k cum gaudio gratias

agentes deo patri qui di-
gnos nos fecit in partē for-
tis sanctorum in lumine:
a qui eripuit nos de pote-
state tenebrarum, & tra-
stulit in regnum filij dila-
tionis sue:

b in quo habemus redem-
ptionem & remissionem
peccatorum,

c qui est imago dei inui-
sibilis, primogenitus om-
nis creaturae:

d quoniam in ipso cōdita
sunt uniuersa in caelis, &
in terra, uisibilia & inui-
sibilia: siue throni, siue do-
minationes, siue principa-
tus, siue potestates,

e omnia per ipsum, & in
ipso creata sunt:

f & ipse est ante omnes,
& omnia in ipso cōstant,

g Et ipse est caput corpo-
ris ecclesiae, qui est princi-
pius, primogenitus ex mor-
tuis, ut sit in omnibus ipse
primatum tenens:

h quia in ipso complacuit
omnem plenitudinem di-
uinitatis inhabitare: &
per eum reconciliare om-
nia in ipso,

i pacificans per sanguinē
crucis eius, siue quae in ter-
ris, siue quae in caelis sunt.

k Et vos cum essetis ali-
quādo alienati & inimici
sensu, in operibus malis:

sorte atque hereditate aeternae beatitudinis, in
lumine claritatis atque uisionis diuinæ. a **Qui**
etiā uolenta manu extorsit nos de ditione dia-
boli, peccati, mortis, & inferni, quæ omnia tene-
bræ sunt, ac transtulit nos in regnum atque glo-
riā filij, sibi singulariter prædilecti, b per quē
consequuti sumus redemptionem à captiuitate
nostra, & peccatorū omniū remissionē: c **Qui**
est consubstantialis & perfecta similitudo dei
patris aeterni, quem nemo uidit unquam ne-
que uidere potest, ante omnem creaturam
in aeternitate de patre genitus, uerbum patris
patri coaeternum: d in quo uelut in exempla-
ri, & per quem uelut efficientem, creata sunt,
quæcunq; sunt in cælo & in terra, uisibilia atq;
inuisibilia, & throni, & dominationes, & prin-
cipatus, & potestates, cæterique angelorum or-
dines, atque multò magis cætera corporea.
e Omnia, inquam, per ipsum ut efficientem &
in ipso, ut uerbo atque exemplari, creata sunt.
f Et ipse est in aeternitate ante omnia, & om-
nia in ipso perdurant. g Et ipse est caput eius
corporis, quod est ecclesiae, estque principium sa-
lutis omnibus, & primitiuus atque præcipuus tā
dignitate quā tēpore, & in resurrectione mor-
tuorum, ut sit inter omnes electos unus ipse pri-
matum tenens, uelut consubstantialis filius in-
ter adoptiuos. h Quoniam sic decretum fue-
rat, & ab aeterno placitum diuinitati, ut ipsa ha-
bitaret in eo, non ad mensurā (quomodo in cæ-
teris solū adoptione filij) sed secundum ple-
nitudinem, cōiuncta naturæ humanæ in unitate
suppositi, atque ut per eum omnia reconcilia-
rentur sibi: i pacem cōponens per sanguinem
quem in cruce effudit, inter cælestia simul at-
que terrestria: Id est, angelos & homines, quos
prius offensā dei dissociauerat. k Et vos quo-
q; cum olim fuissetis alieni facti per Gentilita-
tis conuersationem, & inimici dei affectu per-
uerso atq; cogitatione uacantes operibus malis:

a nunc tamen pacem fecit habere secū per fragile corpus suum, morti illud tradēs: b vt nos efficeret sanctos, ab omnibus peccatis emūdatos, sine macula & sine crimine ante cōspectum suum in veritate. c Euit autem hoc si modō, (vt spero) permanetis in fide vera bene fundati atque instructi, stabilesque ac bene firmi, minimeque vacillantes, vt nullis peruerforum suasionibus dimoueamini à spe promissa vobis in euāgelio quod audistis. d Quod ipsum etiam prędicatum est in vniuerso orbe terrarum, & in omnibus terrę partibus, quę sub cęlo sunt. e Cuius ego Paulus à deo sum minister constitutus & prędicator, qui nunc gaudeo in passionibus quas pro vestra & omnium fidelium salute perpetior, & residuum passionum Christi adimpleo in carne mea, f pro corpore eius integrandō, & ecclesia sancta in vnum congregāda. Quemadmodū enim Christus per suam propriam passionem, corpus ecclesię redemit: ita per passiones apostolorum velut membrorum suorum, cōgregauit redemptam, atque in vnum corpus collegit. g Cuius ecclesię ordinatus sum ego, minister & apostolus, secūdam dei prouidam dispositionem, quę mihi cōmisit in vobis ministerium implendi, & penitus explicandi euangelium dei: h quod est secretum quoddam plenum sanctitate, quod ab æterno quidem in diuina prędestinatione fuit absconditum hominibus & angelis vsque modō ignotum, i nunc verō factum est manifestum electis sanctis eius quibus deus voluit notā facere superabūdantem gloriam mysterij huius inter Gętes: quod mysterium est Christus dominus, qui in vobis est, & habitat: per quem speramus etiam gloriam futuram suo tempore consequi. k Quem nos prędicantes annuntiamus hominibus, corripientes eos, vt à vitis pristinis recedant, & sapienter edocentes quomodo ad nouę vitę opera exurgant: l laborātes quantum in

a nunc autē recōciliāuit in corpore carnis eius per mortem,

b vt exhiberet vos sanctos & immaculatos & irre-

prehensibiles coram ipso: c si tamen permanetis in

fide fundati & stabiles, & immobiles à spe euāge-

ly, quod audistis, d quod prędicatū est in v-

niuersa creatura quę sub cęlo est,

e cuius ego factus sum ego minister: qui nunc gau-

deo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quę

desunt passionum Christi in carne mea,

f pro corpore eius quod est ecclesia.

g cuius factus sum ego minister, secundum dispensa-

tionem dei, quę data est mihi in vobis, vt impleā

verbum dei, h mysteriū quod absconditum fuit à seculis & ge-

nerationibus,

i nunc autem manifestatum est sanctis eius, qui-

bus voluit deus notas facere diuitias glorię sacra-

menti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis

spes glorię k quem nos annuntiamus corripientes omnem ho-

minem, & docentes in omni sapientia,

l vt exhibeamus omnem

hominem perfectum in Christo Iesu:

a in quo & laboro, certando secundum operationem eius quam operatur in me in virtute.

nobis est, ut omnem hominem efficiamus perfectum in fide Christi Iesu. a Ad quod omnem laborem impedo, cum multa in super solitudine & persecutionum laboribus viriliter certando ex operatione dei, quam pro me & in me sua virtute operatur, non autem ex propriis meis viribus.

ELUCIDATIO CAP. II.

TEXT. CAP. II.

a Volo enim vos scire qualē sollicitudinē habeā pro vobis, & pro iis qui sunt Laodicæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne,

ut consolentur corda ipsorum, b instructi in charitate, & in omni divinitas plenitudinis intellectus, in agnitione mysterij dei patris, & Christi Iesu:

c in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

d Hoc autem dico, ut ne mo vos decipiat in sublimitate sermonum.

e Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum & firmitermentum eius, quæ in Christo est fidei vestra.

f Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominum in ipso ambulante,

g radicati & superedificati in ipso, & confirmati in fide, sicut & didicistis,

h abundantes in illo in gratiarum actione.

i Videte ne quis vos de-

V^a Olo enim vos scire quam sollicitus sim ego pro vobis Colossensibus, & pro Laodicensibus & in uniuersum pro omnibus apud quos ego secundum corpus nunquam fui presens, ut saltem absentes, sint corde & spiritu consolati, b ut sint instructi atque edocti in charitate dei, & in copiosissima illa ac prædiuite plenitudine intelligentiæ spiritualis, quæ est in agnitione mysterij humanæ redemptionis, à deo patre, & per Christum exhibiti. c In quo Christo inhabitat ab æterno, omnis plenitudo sapientiæ & scientiæ spiritualis. Est enim patris verbum & æterna sapientia, à quo omnis sapientia deriuatur. d Dico autem me sollicitum esse pro vobis, nimirum ut vos cautos reddam atque prouidos: ne finatis vos decipi per verba sublimitatis siue per sapientiā philosophiæ secularis, siue per eloquentiæ mundanæ venustatē. e Quamquam enim corporali præsentia absens sum à vobis, spirituali tamen cura præsens versor in medio vestrum, gaudens dum video & contemplor in spiritu, ordinem bonum qui in vobis est & processum profectus vestri, & firmitatem fidei vestræ, qua creditis in Christum. f Sicut ergo de Christo Iesu domino nostro & audistis & credistis, sic secundum eius exemplum & doctrinam studete conuersari, g ipsi ut radici coherentes, tanquam rami, ut ab eodem spiritu vegetemini & super ipsum per fidem & spem superedificati, & firmi facti in fide secundum quod instructi estis: h magnas & copiosas gratiarum actiones per illum semper reddetes patri. i Iterum dico attendite vobis, ne vos finatis à quo-

piam seduci per philosophiam, secularē mundi huius, & superstitiosam, vanam, atque fallacem doctrinam eorum quæ ab hominibus traduntur atque docentur, non à deo: a & secundum naturæ cursum corporaliūque rerum conditiones procedunt, atque corporalibus obseruantis insistent, & non secundum Christum, cuius virtutem non agnoscunt. b Cū in ipso Christo inhabitet diuinitas ipsa, sine mensura ad omnem plenitudinem, humanitati cōnita in vnitate personæ, per quam potest etiam illa quæ longè virtutem naturæ superexcedant.

c Et vos estis repleti in illo, qui vos inhabitat omnibus bonis: qui est supereminens omnibus cælestibus spiritus, principatibusque ac potestatibus dominatur. d In quo credentes, circumcisi estis, circumcissione non corporali, neque manu sciendentis facta, quæ fit, in eo quod corpus istud carneum circumcidimus extrinsecus, e sed circumcissione spirituali, & verè Christiana, quæ cōsistit in præcissione vitiorum, & concupiscentiæ continentia. f Hanc autè circumcissionem Christi accipimus, quādo in baptismo cōfiguramur sepulturæ Christi. g In quo baptismo vel Christo, etiam resurrexistis à veteri vita ad nouam, per fidem operationis dei, qui illum à mortuis resuscitauit: id est, per fidem operantem opera dei, vel per fidem quam deus operatur in vobis, vel per fidem qua credimus operationem dei, in suscitando Christū à mortuis. h Et vos cū olim essetis mortui propter peccata vestra, & carnalem vitam, quam in præputio seu Gentilitate vixistis, cum illo ad vitam resuscitauit de morte, dimittendo vobis omnia delicta. i Imò delens penitusque rescindens chirographum illud diuini decreti, quod aduersum nos in pœnā fuerat peccati cōstitutum. k Et vt omnē prorsus obligationē tolleret à nobis, tulit ipsum de medio, destruxitque penitus, in cruce exoluens delicta vniuersa, ad quæ nos

*cipiat per philosophiam
& inanem fallaciam, secundum traditionem hominum,*

a secundum elementa mundi, & nō secundum Christum,

b quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:

c & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis:

d in quo & circumcisi estis circumcissione non manufacta in expoliatione corporis carnis,

e sed in circumcissione Iesie Christi,

f consensuli enim in baptismo:

g in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illū à mortuis.

h Et vos cū mortui essetis in delictis & præputio carnis vestra, cōiunificauit cū illo, donans vobis omnia delicta,

i delens quod aduersus nos erat, chirographū decretum, quod erat contrariū nobis.

k Et ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci: & expoliās principatus &

potestates, traduxit confidenter palam.

a triumphans illos in semetipso.

b Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu,

aut in parte diei festi,

aut neomenia, aut sabbatorum:

e quæ sunt umbra futurorum,

d corpus autem Christi.

e Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum (quæ non vidit) ambulans,

f frustra inflatus sensu carnis suæ.

g & non tenens caput, h ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratū & constructū, crescit in augmentum dei.

i Si ergo mortui estis cū Christo ab elementis mundi,

k quid adhuc tanquā viuentes mundo decernitis?

obligabamur, expoliānsque principes tenebrarum malignos, præda quam aliquanto tempore occupauerat, confidenter atque palam eisdem traduxit, (id est, mirè cōfudit, & exemplum fecit esse confusionis) a triumphum in superagens velut victor de illis, siue quos vicit principibus, siue quos eripuit electis patribus captiuis.

b Idque per proprium corpus & in proprio sanguine. Cū igitur tanta sitis à Christo libertate, tam magnificè donati, non amplius debetis sustinere, vt quis vos iudicet in cibi potusue sumptione, vt idcirco vos putetis cōdemnatos, quod cibum sumpseritis lege vetitum. Neque in obseruandis secundum legem diebus festis, aut in aliqua parte, quæ admodum in agni manducatione, pars diei (id est, vespera) obseruari debebat, neque in obseruatione nouilunij aut sabbatorum. c Quæ omnia tātū sunt figuræ & signa eorum, quæ ventura erant in tempore gratiæ. d Corpus verò ipsum, & quod significatur per hæc signa, ad Christum spectat, & ipsa sunt, quæ Christus peregit in corpore suo, redēptionis mysteria. e Nemo vos seducat, volens conuersari tāquam angelus, artificiosa sua & cōposita hypocrisis miram quandam humilitatem, & nouam religionem simulando, quas tamen virtutes penitus secundū veritatem non nouit, f propter quod etiam frustra intumescit in animo suo, cū habeat verè religionis nihil, sed ficta & simulata sint eius omnia. g Neque qui eiusmodi est in Christo capite manet, qui odit omnem fictionē, & amat veritatem. h Ex quo capite depēdet totū ecclesiæ corpus, quod per spirituales cōnexiones atque iuncturas, per mutuas administrationes cōstituitur atque cō-

pingitur, & in augmento spiritali proficit, augmentū debitum sumēs. i Nunc igitur si Christo cōsepulti estis, & ad exēplum Christi mortui, mundanis atque carnalibus obseruantis, k quænam hæc est dementia, vt adhuc quasi

eisdem mortui non sitis dogmatizari atque discerni vobis finatis de lege vetitis, ab his qui vos monent dicentes: a Illud non licet tãgere, hoc non licet gustare, aliud nec cõtrectare, aut contingere, atque id genus alia. b Quæ omnia in interitum fiunt vtetibus atque obseruatibus, si in eis spẽ suam locauerint: quæ sunt secundum traditiones & dogmata humana: c quæ secundum speciem quidẽ videtur in se aliquid habere sapietie, propter simulatã ab eius doctoribus eximiam religionem & fictam humilitatem, d & quum videntur corpori suo non parcere, sed austerẽ illi cibos certos interdicerere, quod etiam magnũ videtur. e Neque tamen in honorem aliquem hoc illis reputatur, quod non permittant corpora sua quantum opus habeant refici, atque expleri sine distinctione, iis quæ dominus permisit, cum gratiarum actione. Magis enim cõfusio est illis quod libertatẽ quam eis Christus donauit nolunt acceptare vt pro sua necessitate reficiantur iis quæ creauit ad vsum hominum deus.

ELUCIDATIO CAP. III.

Ia Taque si cum Christo cõresuscitati estis: a morte peccatorum ad vitam spiritus reducti, iustum est, vt deinceps quæratis quæ in cælis sunt, vbi Christus est cum patre in æterna & æquali gloria imperium tenes. b Cælestia sapite, iisque solis affectũ & cor apponite, terrena prorsus obliuiscite. c Mortui enim estis mũdo, & omnibus quæ super terrã sunt. Et nunc quidem vita viuitis, Christo cõfigurati, sed latet in deo abscondita. d Cũ autem tẽpus erit, vt se Christus vita vestra reuelet in gloria sua, in die illo & vos cum eo apparebitis palam omnibus, in eadem gloria, & tunc patebit omnibus vita vestra quæ nunc latet, donec in corpore agitis, quando mortui potius secundum corpus reputamini. e Studete igitur mẽbra veteris hominis, quæ terrena sunt mortificare, ab operibus

a Ne tetigeritis neque gustaueritis, neque cõtrectaueritis:

b quæ sunt omnia in interitum, ipso vsq; secundum præcepta & doctrinas hominum:

c quæ sunt rationem quidem habentia sapientia, in superstitione & humilitate,

d & non ad parcendum corpori,

e non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

TEXT. CAP. III.

a Igitur si cõsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite: ubi Christus est in dextera dei sedens:

b quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terram.

c Mortui enim estis: & vita vestra est abscondita cum Christo in deo.

d Cũ autẽ Christus appa- ruerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

e Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram,

a fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam, quæ est simulachrorum seruitus,

b propter quæ venit ira dei, super filios incredulitatis, e in quibus ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.

d Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

e Nolite mēiri inuicem, f expoliātes vos veterem hominē cum actibus suis, & induētes nouum eum

g qui renouatur in agnitione dei, secūdam imaginē eius qui creauit illum:

h vbi nō est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, circumcisio & præputiū, Barbarus & Scythæ, seruus & liber:

i sed omnia & in omnibus Christus.

concupiscētię prioribus ea subtrahendo: a extirpando fornicationē, & quamlibet carnis immundiciam, omnem libidinosum ardorem, & quamlibet malam concupiscentiam, & peculiariter auaritiā: quæ per omnia conuenit cum idolorū cultura. b Propter quæ vitia atque similia, venire solet ira & indignatio dei super homines incredulos & inobedientes mādati dei.

c Quomodo & vos quodāmodo cōuersati estis cum adhuc vitiis & cōcupiscentiis operā daretis. d Nūc autē postquam mortui estis iisdem, sit vobis cura abiiciēdi huiusmodi omnia: imō & iram animi, & omnem indignationem signo aut vultu aut verbo ostēsam, malitiam quamlibet aduersus alterū, conuitium quoque ex animi malitia prodiens: & omnem turpem sermonem atque indecētem, ne loquamini per os vestrum.

e Nolite inuicem vobis, siue verbo, siue opere mentiri. f Magis autem exuite & abii-cite prorsus veterem hominem, cum operibus suis malis (id est, concupiscentiam malam cum omnibus vitiis atque peccatis) nouū hominem assumendo, cum suis actibus, g qui secundum suam nouitatem acquiritur, per veram agnitionem dei, in fide, cum spe & charitate, ad expressam assimilationē, & cōformitatē dei, qui creauit illū. Per veram nāque dei cognitionē, fide, spe, & charitate homo interior deiformis efficitur, & imago creatoris per cōcupiscentias deturpata, sic innouatur. h Quātū verò ad deum creatorē, aut quantū ad interiorem imaginem, non est vlla distinctio, quantū ad salutis priuilegium: neque ex sexu inter masculū & fœminam, neque ex natione inter Gentilem & Iudæum, neque ex obseruatione inter circumcisum & incircuncisum, neque ex patria, inter Barbarum & Scytham, neque ex cōditione, inter seruum & liberū: i sed est Christus vnus, omnia in omnibus, quē solum oportet in interiori homine attēdere, sine cōsideratione eiusmodi tē-

poraliū distinctionū. a Curate igitur vt indua-
mini, sicut decet sanctos & electos dei, & pecu-
liariter dilectionē viscerosam, & compasīuam
misericordiā, māsuētudinē ac lenitatē, humili-
tatem, & in omnibus rebus sanctā modestiam,
b cum patiētia sustinētes ac ferētes inuicē, inui-
cēmque dimittētes, si quē cōtingat ab altero of-
fensum, iustā habere causā irā, exēplo domi-
ni: c qui sicut nobis dimisit: ita & nos vicissim
inuicem dimittere debemus iis, aduersus quos
querelam habemus. d Super omnia autē secta-
mini charitatē, quā est virtutū perfectissima, &
totius perfectionis vinculū, in qua omnes virtu-
tes colligātur, & velut cōiūntur. Omnes enim
virtutes in radice charitatis vnū sunt, & ipsa o-
mnes custodit, atque colligatas cōseruat. e Et
pax Christi, pax vera, exultet, triumphet, domi-
netur, & superuincat in spiritu vestro: in qua, &
ad quam vos deus sua gratia vocarit, ex contur-
batione seculi, & secularium desideriorum tu-
multu: & grati estote deo, de vocatione vestra,
ceterisque omnibus in vos collatis beneficiis.
f Verbū Christi intra vos inhabitet abundanter,
maneātque & fructificet in vera ac perfecta ca-
lesti sapientia, docete atque cōmonete vos ipsos
& vos inuicē, in psalmis & hymnis & cāticis, nō
carnalibus, aut lasciuis, sed spiritualibus: non in
carnis lasciuia, quēadmodum qui choreas du-
cunt, sed in gratia cantantes domino, in tripu-
dio & exultatione spiritus. g Omne quod faci-
tis, siue loquendo, siue opus operando, quale-
cunque sit ad gloriam & honorem domini no-
stri Iesu Christi facite, semper in omnibus & de
omnibus gratias agentes deo patri, per Chri-
stum: quoniam à patre nobis omnia per Chri-
stum bona procedunt. h Vt vero tandem ad
mores particularium descēdam primo loco vxor-
ibus præcipio atque denuntio, vt subditæ sint
viris suis in domino, sicut decet: id est amore
dei & ppter præceptū eius ex animo. i Dein-

a Induite vos ergo sicut
electi dei sancti & dile-
cti viscera misericordiæ,
benignitatē, humilitatē,
modestiam, patientiam:
b supportantes inuicem,
& donantes vobismet-
ipsis, si quis aduersus ali-
quem habet querelam,
c sicut & Dominus dona-
uit vobis, ita & vos.
d Super omnia autē hæc,
charitatē habete, quod est
vinculum perfectionis:

e & pax Christi exul-
tet in cordibus vestris, in
vno corpore: & gratie-
stote.

f Verbū Christi habitet
in vobis abundanter in o-
mni sapientia, docētes &
cōmonentes vosmetipsos,
in psalmis, hymnis & cā-
ticis spiritualibus, in gra-
tia cantantes in cordibus
vestris deo.

g Omne quodcunq; faci-
tis in verbo, aut in opere,
omnia in nomine domini
nostri Iesu Christi, gra-
tias agentes deo & patri
per ipsum.

h Mulieres subditæ esto-
te viris sicut oportet in
domino.

i Viri diligite vxores ve-
stras, & nolite amari es-
se ad illas.

a Filij obedite parētibz de & vos, ò viri, ne contemnite quos ex domino per omnia, hoc enim placitū est domino. *b* Patres nolite ad indignationē provocare filios vestros, ut nō pusillo aīo fiāt. *c* Serui obedite p̄ oīa dominis carnalibus, non ad oculū serviētes, quasi hominibz placentes, sed in simplicitate cordis timētes dominum. *d* Quodcūque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus, sciētes q̄ a domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite:

e qui enim iniustitiā facit, recipiet id quod iniquē gessit: *f* & non est personarum acceptio apud deum.

TEXT. CAP. IIII.

a Domini quod iustū est & equū, seruis præstate: scientes quod & vos dominum habetis in celo.

b Orationi instate, vigilantes in ea gratiarum actione:

c orantes simul & pro nobis ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquēdū mysteriū Christi (propter quod etiā vincit̄ sū) ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui.

d In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redemptes.

de & vos, ò viri, ne contemnite quos ex domino præcepto habetis subditas uxores vestras, sed diligite eas in veritate, & nolite amaritudinem aduersus eas habere. *a* Filij obedite parētibz vestris per omnia, quoniam sic domino placitum est, & sic mandauit. *b* Vicissim patres, nolite superfluis contentionibus filios vestros irritare, ut non ad impatiētiam concitati in malum veniant. *c* Serui per omnia præstate abedientiam dominis vestris tēporalibus, non ad oculum tantūm serviētes, quasi ad placendum hominibus, sed in cordis simplicitate timētes dominum, & illi soli placere quærentes. *d* Quicquid agitis, ex animo simpliciter agite, tanquam ante cōspectum domini, ad placendum ei, non autem ad fauorem tantūm humanum vobis ipsi cōciliandum: scientes quod dominus est, qui vobis retribuet pro opere vestro, æternæ hæreditatis præmiū. Propter quod Christo semper ut præcipuo domino seruite in omnibus. *e* Nam qui fecerit iniustitiā recipiet mercedem suam condignam quisquis is fuerit, siue seruus, siue dominus. *f* Et non attendit deus personam, in suo iusto iudicio.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

D *a* Omni cum seruis suis agāt, ut iustitia & equitas postulat. Cōsiderantes se quod dominum habere in cælis, qui pro seruis aduersum ipsos iudicabit, si iniquē eos modò tractauerint. *b* Vniuersi verò estote in orationibus assidui & vigilantes, atque solliciti, cum gratiarum actione, *c* memores etiam nostri in orationibus vestris, ut deus opportunitatem nobis faciat ad prædicandum verbum dei, & mysterium Christi, ob cuius prædicationem etiam vincit̄ sum, ut illud audacter & intrepidè manifestum faciam, sicut ex officio me loqui oportet. *d* Debetis autē cautè admodum & prudenter cōuersationem vestram instituerē, inter infideles, tēpus dum habetis redemptes, ne

tes, ne pereat: id est, in operibus bonis bene expendentibus, ne per vos scandalizati infidèles blasphemēt Christi nomen, utque per vos ad Christum valeant conuerti. a Sermo vester quemcunque protuleritis, sit sale sapientiae atque discretionis conditus, ut sit gratus audientibus, & fructum queat efficere: diligenter attendentes, qualis sermo cui conueniat, ne cuiquam præter decorum loquamini, ne quenquam vestro incōdito, in tempestiuo, aut indiscreto sermone offendatis. b *Quæ* autem circa me & de me aguntur, omnia vobis faciet nota Tychicus charissimus frater, & fidelis minister, conseruus quoque & operarius meus, omniumque vestrum, in domino. c *Quem* ad vos in hoc ipsum nūc mitto, harum literarū portatorem, ut quo in statu res vestrae sint perdiscat, & consoletur spiritum vestrum in verbo suo, vnā cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui à vobis ad me accessit in vinculis constitutum. Hi (inquam) omnia quæ hīc de me agūtur, indicabunt vobis. d *Salutat* vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus Barnabæ confobrinus, de quo mādatum accepistis: e *Si* illum contingat ad vos venire, benignè eum suscipite. Et Iesus cuius cognomen est Iustus: qui sunt ex Iudæis credentes. f *Hi* ex circuncisione soli sunt adiutores & cooperatores mei in prædicatione regni celestis, qui mihi suo adiutorio atque obsequio, impēderunt, impenduntque solatium. g *Salutat* vos Epaphras, qui à vobis huc accessit, verus Christi seruus licet nunc corpore à vobis absens, semper tamen spiritu sollicitus, ac peruigil in orationibus, pro vobis: quibus precatur deum, ut stetis immobiles & perfecti in fide, & pleni in voluntate dei, nihilque omittētes eorum quæ sunt diuinæ voluntatis. h *Hoc* enim de eo testimonium assero, quòd multo zelo & cura so-

a *Sermo* vester semper in gratia, sale sit conditus: ut sciatis quomodo oporteat vos vnicique respondere.

b *Quæ* circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister & conseruus in domino:

c *quem* misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & cōsoletur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex vobis est, qui omnia quæ hīc aguntur, nota facient vobis.

d *Salutat* vos Aristarchus cōcaptiuus meus, & Marcus cōsobrinus Barnabæ (de quo accepistis mandata, e *si* venerit ad vos, suscipite illum) & Iesus qui dicitur Iustus: qui sunt ex circuncisione:

f *Hi* soli sūt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio.

g *Salutat* vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei.

h *Testimoniū* enim illi perhibeo quòd habet multum laborē pro vobis, & pro iis qui sunt Lazdicæ, & qui Hierapoli.

a Salutat vos Lucas medicus
 & charissimus, & Demas.
 b Salutate fratres qui sunt
 Laodicæ, & Nympham,
 & quæ in domo eius est ec-
 clesiam.

c Et cum lecta fuerit apud
 vos epistola hæc, facite ut
 & in Laodicensium eccle-
 sia legatur: & ea quæ Lao-
 dicensium est, vobis legatur.

d Et dicite Archippo: vi-
 de ministerium quod acce-
 pisti in domino, ut illud im-
 pleas.

e Salutatio mea manu Pau-
 li.

f Memores estote vincu-
 lorum meorum.

g Gratia domini nostri Ie-
 su Christi vobiscum. Amen.

FINIS.

licitus est, multumque laborat pro vestra sa-
 lute, & pro fidelibus qui sunt Laodicæ, &
 qui Hierapoli. a Salutat vos Lucas medicus
 charissimus, & Demas. b Salutate fideles
 Laodicenses, vestros finitimos, & egregium
 illum Nympham, salutatione bene dignum,
 cum sua sancta familia, quam merito eccle-
 siam possum nominare. c Et cum lecta fue-
 rit apud vos epistola hæc, curate, ut & in Lao-
 dicensium ecclesia legatur: & ea quam ad
 Laodicenses scripsi, in vestra ecclesia recite-
 tur. d Nominatim verò Archippo vestro do-
 ctori, ex meo nomine dicite: Vide sollicitus
 ut ministerium tuum quod accepisti secun-
 dum voluntatem & imperium domini, im-
 pleas diligenter. e Salutationem vobis pro-
 pria mea manu subscribo, huiusmodi. f Me-
 mores estote vinculorum meorum, ut vos in
 patientia & fide corroloretur. g Gratia
 vobiscum.

Finis Elucidationis in epistolam ad
 Colossenses beati Pauli apostoli.

ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
 in epistolam ad Thessalonicenses priorem
 beati Pauli apostoli.



Squeadeo perfecti erant in Christo, hi ad quos nunc
 apostolus scribit Thessalonicenses, ut pro eius fidei
 etiam persecutiones patienter tolerarent a suis ciui-
 bus, ratione Christiani nominis tibi illatas. Erat au-
 tem Thessalonica (à qua Thessalonicenses dicti sunt)
 ciuitas metropolis Macedonia: Vnde fiebat, ut vir-
 tutis illorum non solum fama, sed etiam æmulatio
 latè spargeretur, prouenirétque ex eorum bono fructus plurimus. Apo-
 stolus itaque gaudens de bonis eorum profectibus, consolatoriam atque
 exhortatoriam eis scribit hanc epistolam: primùm quidem suo more
 gratias agens, de iis quæ à deo donata sunt illis, ac deinde quæ de eis
 per famam bonam cognouit, ad eorum ponit cõmendationem. Secundo

autem capitulo, volens eos ad persecutionum tolerātiā animare, suas proponit pāsiones propter quas quum nunquam ipse omiserit prædicare verbum veritatis, eo quod deo seruiret non hominibus: oportet, vt nec ipsi propter persecutiones & tribulationes corporales, à fide recta deficient: vbi & amorem nimium, quo illos se dicit prosequi, & diligentiam ac sollicitudinem, qua inter eos præfens fuerat conuersatus, reducit ad memoriā vt vel eos sic ad sui imitationem, & in fide Christi perseverantiam inducat inque eis contineat. Deinde & exemplum proponit ecclesiarum Iudææ, & Iudeorum ab antiquis diebus peruersitatem, manifestat. Se verò dicit conatum fuisse semel atque iterum, vt ad eos posset inuisendos accedere, propter amoris sui affectionem, licet minus successisset. Vnde tertio capite, eo quod per se non potuit ad illos accedere, Timotheum se dicit misisse: ad cognoscendum quomodo se inter ipsos res fidei haberet, & ad cōfirmandos eos in patientia. Ex cuius reditu, bona renunciantis de eorum patientia, ac perseverantia, plurimum fuit consolatus, eo quod nihil in hoc mundo prius haberet profectu discipulorum suorum, pro quo etiam continuo deprecationem subiungit. De hinc quarto capitulo monet eos, vt secūdam doctrinam & præcepta viuāt apostolorum, fugiētes fornicationem, & in iustitiam, & omnem immunditiam commēdānsque eos de charitate quā erga fratres exhibēt, à malo ocio eos dehortatur ad laborem manuum honestum eos exhortans: vt non vagabundi & ociosi circumambulent, quod multorum solet esse malorum occasio. Post hæc ad ipsorum consolationem, de mortuorum resurrectione eos instruit, modum simul & ordinem resurrectionis eis manifestās. Vltimo tandem capitulo, de aduentu diei nouissimi & iudicij extremi, eos commonefacit: quod sicut fur in nocte sit venturus, propter quod non dormire nos oportet lucis filios, quemadmodum infideles filij tenebrarum faciunt, sed vigilare in operibus bonis, vt semper cum domino simus. Demum eos ad mutuam consolationem peculiariter ad præpositorum reuerentiam, ad inquietorum compressionem, & alia eiusmodi, quæ morum sunt exhortans, & pro eorum perfectione ac perseverantia dominum deprecans, ita claudit epistolam.

*FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLA
priori beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.*

TEXTVS EPI-
STOLAE AD THES-
salonicenses prioris
beati Pauli a-
postoli.

TEXT. CAP. I.

P^a *Aulus & Silua-
nus & Timotheus
ecclesie Thessaloni-
censium in deo patre no-
stro, & domino nostro
Iesu Christo,
b Gratia vobis & pax.
c Gratias agimus deo sem-
per p omnibus vobis me-
moriam vestri faciētes in
orationib⁹ nostris sine in-
termissione,
d memores operis fidei ve-
stra & laboris & chari-
tatis & sustentiaē spci
domini nostri Iesu Christi
ante deū & patrē nostrū:
e sciētes fratres dilecti à
deo, electionem vestram:
f quia euāgelium nostrū
nō fuit ad vos in sermone
tantūm sed in virtute &
in spiritu sancto: & in
plenuidine multa,
g sicut scitis quales fueri-
mus in vobis propter vos.
h Et vos imitatores no-
stri facti esis, & dominū
i excipientes verbū in tri-
bulatione multa cum gau-
dio spiritus sancti,*

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD THESSALONICENSES,
priorem beati Pauli apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



P^a *AULVS Syluanus, & Ti-
motheus scribūt salutēque
precantur ecclesie Thessa-
lonicensiū quæ est cōgrega-
ta in fide dei patris, & domi-
ni nostri Iesu Christi. b Sit
vobis gratia & pax à deo pat-
tre & domino nostro Iesu Christo. c Non ces-
sam⁹ agere gratias deo, de beneficiis in omnes
vos collatis, habētes vestri memoriā in orationi-
bus nostris sine intermissione: d dū recor-
damur opus quod in fide operamini, & laborū
vestrū, atque charitatē fraternitatis quā habe-
tis in sanctos, & perseverantiā vestram qua pati-
tiēter expectatis ipem celestiū bonorū, quæ est
per Christū Iesum dominū nostrū, habētes ante
oculos deum & patrē omnīū nostrū. e Nos
(inquā) agimus gratias, eo quod certā habeamus
(fratres à deo singulari beneficio dilecti)
vestrā vocationē, sciētes eam verā & à deo fuisse,
qui vos eo quod dilexit, vocavit. f Quoniā
predicatio nostra qua vobis annuntiauimus eu-
angelīū salutis, non fuit tantū per verbū vocis
humanæ, sed fuit & virtus diuina, & spiritus
sanctus, cū abundantiā donorū suorū: g quem-
admodum ipsi & vidistis & scitis qualiter inter
vos me gesserim, aut qualia fuerim operatus, vt
vos saluaremini credētes. h Et vos non dege-
neres filij, neque segnes discipuli, mox imita-
tores nostri effecti estis: neque nostri solū sed
etiam Christi (qui est exēplar primū omnis per-
fectionis) i in eo quod verbum fidei excipistis
credentes, cū gaudio spiritus, etiā in multa tri-
bulatione vobis, propter fidē Christi ab infide-*

libus illata: a adeo vt sitis facti exēplum fidei & patientiæ, omnibus fidelibus habitantibus in regione Macedonię, cui⁹ est ciuitas vestra metropolis, & in regionibus Achaie vicinis. b Nā verbū domini a vobis resonat, & per vos spargitur atque diffunditur non modò in Macedonia tota & viciniore Achaia: sed in omni loco fidelū, fides vestra qua credidistis in deum viuum, relatu peruenit, atq; auditu diuulgata est. c Ita vt non sit nobis necesse, quicquā de vestris loqui virtutibus corā alijs ecclesijs, ad edificationē. d Iam enim audierūt vbiq; cum admiratione patientiā vestrā: & iam norunt enarrare de nobis, quonā modo ad vobis prædicandum ipsi accesserimus, e & de vobis quomodo ab idolis auersi sitis cōuersi ad deū, vt illum colatis deū viuū & verū, f vt expectetis aduentū filij eius de cælis, quo veniet iudicare viuos & mortuos: quē suscitauit ex mortuis saluatorem populorū. g qui magna violētia, per passionis suæ amaritudines, non rapuit & subtraxit damnationi, quæ super nos erat ventura si in peccatis mansissemus, & quæ veniet super omnes impios atque incredulos.

ELUCIDATIO CAP. II.

D^a E nostro quidē accessu ad vos, prædicationis gratia, ipsi didicistis experientia quòd nō sine efficacibus testimonijs diuinæ virtutis fuerit, nec ex vanitate aut superbia: b sed antequam accederemus ad vos per multas tribulationes probati, & in Philippis & peculiariter multa dura & ignominiosa perpessi, sicut audistis & scitis, nihilominus confidentes in domino ausi fuimus prædicare vobis idē illud, pro quo iam tāta passi fueram, euangelium dei: Idque multa sollicitudine, & labore plurimo. Agimus autem audacter in euangelio dei, nihil reueriti persecutiones, ob testimonium bonæ cōscientiæ: c scientes quòd nostra prædicatio atq; doctrina non est erronea, neque

a ita vt facti sitis forma omnib⁹ creditibus in Macedonia & Achaia.

b A vobis enim diffamatus est sermo domini nō solū in Macedonia & in Achaia, sed in omni loco fides vestra qua est ad deum, profecta est:

c ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui.

d Ipsi enim de nobis annūntiant qualē introitum habuerimus ad vos:

e & quomodo cōuersi estis ad deū a simulachris, seruire deo viuo & vero, f & expectare filiū eius de cælis, quem suscitauit ex mortuis Iesum,

g qui eripuit nos ab ira ventura.

TEXT. CAP. II.

a Nam & ipsi scitis fratres introitū nostrum ad vos quia non inanis fuit: b sed ante passi multa, & contumelias afflicti sicut scitis in Philippis, fiduciā habuimus in deo nostro, loqui ad vos euangelium dei in multa sollicitudine,

c Exhortatio enim nostra non de errore neque de immunditia,

neque in dolo.

a sed sicut probati sumus
à deo vt crederetur nobis
euangelium:

b ita loquimur, non qua-
si hominibus placētes, sed
deo qui probat corda no-
stra.

c Neque enim aliquādo
fuimus in sermone adula-
tionis, sicut scitis:

d neque in occasione auaritia, deus testis est.

e Neque quærētes ab ho-
minibus gloriā, neq; à vo-
bis, neq; ab alijs, cum pos-
semus vobis oneri esse, vt
Christi apostoli,

f sed facti sumus paruuli
in medio vestrum,

g tanquā si nutrix foueat
filios suos: ita desiderātes
vos cupidè volebam⁹ tra-
dere vobis nō solūm euan-
gelium dei, sed etiam ani-
mas nostras:

h quoniam charissimi no-
bis facti estis.

i Memores enim facti es-
tis fratres laboris nostri
& fatigationis, nocte &
die operantes, ne quem ve-
strum grauaremus, prædi-
cauimus in vobis euan-

ex errore nascitur, vt disciplinæ seculares non-
nullæ. Neque immūda est, neque ex immundi-
tia nascitur, quemadmodum nōnullæ philoso-
phorum doctrinæ atque Gētilium. Et hæc ipsa
nostra exhortatio non est in dolo ad seducen-
dum homines à libertate euangelij, cuiusmodi
est doctrina pseudoapostolorum: a sed loqui-
mur in veritate euangelium dei, synceriter &
purè, quemadmodum nobis illud deus prædi-
candū credidit atq; cōmisit, quos ad hoc ipsum
probatos reputauit & dignos fecit. b Ita in-
quā, loquimur, verè & fideliter: non vt placea-
mus hominibus, principalem ibi finem consti-
tuentes, sed vt deo placeamus, qui scrutatur in-
tima spiritus nostri, ad retributionē: c Neque
enim aliquādo vñ sumus sermonibus adulatori-
is, quæadmodum ipsi optimè nostis. d Neque
propter auaritiæ cupiditatē, aut lucri gratia vo-
bis prædicauimus, cuius rei mihi deus testis est.
e Neque propter laudem hominum, neque ve-
stram, neque aliorum. Quam tamen potuisse-
mus à vobis merito & honorè, & sumptū (quæ
magistris debentur) exigere tanquam apostoli
Christi, ratione officij apostolici, atque suscipe-
re. f Sed propter euangelij fructū conuerlati
fuimus velut paruuli inter omnes vos, neque
honorè, neque aliud quicquā desiderātes à vo-
bis. g Quemadmodum nutrix filios quos in
sua cura habet educandos omni cura studiosis-
sime enutrit, atque curat: Ita nos nimia chari-
tate vobis affectū cupiebamus tradere vobis:
non solūm euāgelium dei, verbo prædicando:
sed etiam vitam nostrā, pro vobis mori parati:
h quoniam charissimos vos habuimus ratione
fidei & bonæ voluntatis vestræ, neque dubito,
quin memores sitis adhuc laborum & fatiga-
tionum, quos vestri causa suscepimus. i Cum
noctē ac die assiduè operis aliquid agētes præ-
ter prædicationem publicam, & exhortationes
priuatas, etiam operi manuum infistētes: sic so-

licitè prædicauimus inter vos euangelium dei, ne quemquam vestrum grauaremus, ocioso aut onerosè panem alienum manducantes. a Vos cõsicij estis & magis deus, quàm immaculatè & iustè (ita vt nemo cõqueri de nobis iure possit) conuersati fuerimus inter vos qui deo credidistis. b Sicut scitis, qualiter non solum publicè docuerimus, sed etiam singulos vestrum, tanquam pater filios deprecando, exhortàdo, consolando obtestabamur vos & vehementissimè commonebamus, vt conuersationem dignam vestra vocatione duceretis, qua vos deus vocauit per fidem, ad retributionem regni & glorię suę, si permanseritis in vocatione vestra: c Atque ob hæc tanta vobis, partim præstita, partim promissã beneficia, non cessamus à gratiarum actione: d quoniam cùm audissetis, ex nostra prædicatione sermonem in quo auditur & dicitur mysteriũ dei, accepistis illud credètes non vt ab hominibus, sed vt verbum à deo prodiens, sicut est verè verbum dei, & tãquam deo vobis loquète, sic fidem habuistis nostræ prædicationi. e Qui deus, in vobis qui credidistis operatur, vt credatis: sicuti & in nobis operatur, vt illud dignè prædicemus. f Vos enim fratres, facti estis imitatores ecclesiarum fidelium, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu congregatæ: quia pro amore nominis Christi, similem vos persecutionè sustinulistis à vestris conciuibus, qualem & illi sustinuerunt priores à fratribus suis Iudæis secundum carnem. g Qui quidem Iudæi (ne nouum aliquid iam videatur aduersum sanctos agere) & dominum Iesum, suam Messiam occiderunt & qui hunc prænunciabãt ad se missos prophetas: & nos (qui eundem prædicamus) apostolos eius, persequi nõ desinunt, & deo non placet. h & vniuersorũ salutem propter inuidiã obstitit, quærètes impedire nos, ne Genti- bus salutem prædicemus. i Ita sanè vt impleat mēsuram patrum suorũ semper, patrũ suorum

gelium dei.

a Vos testes estis & deus q̄ sanctè & iustè & sine querela vobis qui credidistis, adsumus.

b sicut scitis, qualiter vnūquemque vestrum pater si suos deprecantes vos & consolantes, testificati sumus, vt ambularetis dignè deo, qui vocauit nos in suum regnũ & gloriã.

c Ideo nos gratias agimus deo sine intermissione,

d quoniam cùm accepissetis à nobis verbũ auditus dei, accepistis illud, non vt verbum hominũ, sed sicut est verè verbum dei,

e qui operatur in vobis qui credidistis.

f Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarũ dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à contri- bulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis,

g qui & dominum occiderunt Iesum,

& prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent,

h & omnib⁹ hominibus aduersantur, prohibentes nos Gentibus loqui, vt salui fiant,

i vt impleat peccata sua semper.

a Peruenit enim ira dei super illos vsq; in finem.

b No; autem fratres, desolati à vobis, ad tempus horæ aspectu non corde abundantiù festinauimus faciem vestram videre cū multo desiderio:

c quoniam voluimus venire ad vos ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos satanas.

d Quæ est enim nostra spes, aut gaudiù, aut corona gloria? Nonne vos ante Dominũ Iesum Christum in aduentu eius.

e Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

TEXT. CAP. III.

a Propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis solus, misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum dei, in Euangelio Christi ad confirmandos vos & exhortandos, pro fide vestra, vt nemo moueatur in tribulationibus istis,

b Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.

c Nam & cū apud vos essemus, predicabamus vobis passuros nos tribulationes, sicut factum est & scitis

d Propterea & ego am-

delictis sua adiicietes grauiora. a Nam sub ira dei sunt, propter suã obstinationẽ, & perseuerabũt vsque in finẽ seculi, quãdo reliquie Israel salua: fiẽt. b Nos autẽ (fratres) priuati, ad tempus modicũ, aspectu ac consolatione corporalis presentie vestræ, amplius laborauimus cum multo desiderio, ad vidẽdũ presentia vestram.

c ne verò nos putetis hæc vrbanitatis tantũ gratia dicere, scitote quod voluimus venire ad vos, peculiariter quidẽ ego Paulus, iam altera vice sed impedimẽtum nobis suscitauit inuidus diabolus. d Nam quid est aliud vnde remunerationẽ sperẽ, aut de quo gaudeam ante dominũ, aut propter quod coronã immortalitatis aternã expecto: nisi vos qui per meam prædicationẽ credidistis? e vtique per corã iusto iudicio domini nostri Iesu Christi in die aduentus eius, eritis gloria nostra & gaudium. Hoc est, ij de quibus & pro quibus tunc gloriabor & gaudebo, pro laboribus, quos in vobis instituentis exhibui, remunerationem suscipiens.

ELUCIDATIO CAP. III.

Oa Bnimum ergo desiderij nostri feruorem, cū amplius non sustineremus vestrarum rerũ esse ignari, cõplacuit nobis Timotheum fratrem nostrũ & ministrum dei, in Christi prædicando euangelio, nobis interim sine eo Athenis remanentibus, ad vos mittere, ad confirmandum corda vestra, atque suis exhortationibus cõsolandum pro stabilitate atque incremẽto fidei vestræ, vt nemo tribulationibus istis, quas vobis vestri cõtribules inferunt: deuictus, recedat à fide suscepta. b Iam enim edocẽti estis & scitis, quod in hoc nos deus vocauit, dum fideles fecit: vt per varias tribulationes ad regnum pertinguamus. c Nam & de nobis ipsis, cū presentes essemus apud vos prædicabamus vobis, persecutiones nobis imminere, sicut & factũ est, & iam auditu cognouistis. d Propter hoc, inquam, quoniam in tri-

bulationibus agitis, nisi Timotheū vt cognoscere certò de cōstantia fidei vestræ: Ne forte nobis absentibus tētator diabolus vos tentauerit, & deuicerit, nostròsq; labores (quantum ad vestrā salutē) irritos fecerit. a At vero nūc, posteaquā à vobis ad nos rediens Timotheus, significauit nobis de stabilitate fidei vestræ, & charitatis vigore, & quia nostri ac nostræ doctrinæ memores estis in bonum, ita nobis affecti, vt desideretis etiā plurimum nostri præsentiā, quē admodum & nos vestrā: b In his, non modicū cōsolati sumus, de vobis hæc audientes, licet in multis necessitatibus atque tribulationibus versaremur propter certitudinē vestræ fidei, quā ex hisce signis, apertē adhuc integram cognoscimus. c Quoniā illud nos quasi vitā, & quasi in humanis omnibus reputamus præcipuum si vos firmi statis in fide dei. d Et nunc quomodo condignam possimus deo gratiarū actionem retribuere pro omnibus vobis, propter vniuersum gaudiū quo gaudemus de vobis, coram deo nostro. e Quē assiduis precibus oramus, vt opportunitatē nobis faciat veniendi ad vos, vt abūdantius instruamini & compleamini doctrina prædicationis nostræ, in eo quod adhuc docendū superest, vt quē plenius vos edoceam⁹ mysteria fidei vestræ. f Ipsum autē precor deum qui est pater noster, & dominum Iesum Christum, vt dignetur iter nostrum dirigere ad vos. g Interim autem vos dominus crescere & abundare faciat charitate, erga sanctos, adinuicem, atque etiam in omnes, quemadmodum & nos abundamus erga vos charitate, vt cōfirmetur spiritus vester, sitque irreprehensibilis in sanctificatione perfectā coram deo & patre nostro, in die quādo adueniet dominus noster Iesus Christus, cum omnibus sanctis suis in gloria sua, Amen.

pli⁹ nō sustinēs nisi ad cognoscendū fidē vestrā: Ne forte tentauerit vos is qui tētator & inanis fiat labor noster.

a Nunc autē veniente Timotheo ad nos à vobis & annuntiante nobis fidem & charitatem vestrā, & quia memoriā nostri habetis bonā, sēper desiderātes nos vt deue sicut & nos quoq; vos. b Ideo cōsolati sumus fratres in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra, per fidem vestram:

c quoniam nunc viuimus si vos statis in domino.

d Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante dominum deum nostrum.

e die ac nocte abundantius orātes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ defunt fidei vestræ.

f Ipse enim deus & pater noster, & dominus Iesus Christus dirigat viā nostrā ad vos.

g Vos autē dominus multiplicet, & abundare faciat charitatē vestram in inuicē, & in omnes: quē admodum & nos in vobis, ad cōfirmāda corda vestra sine querela, in sanctitate, ante deū & patrē nostrū in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnib⁹ sanctis eius, Amen.



TEXT. CAP. IIIII.

a De cetero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, ut quæadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis. b Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum.

c Hac est enim voluntas dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos à fornicatione, d ut sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, nõ in passionis desiderij sicut & Genes quæ ignorant deum:

e Et ne quis supergrediat, neque circueumat in negotio fratrem suum, quoniã vindex est dominus de hominibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus.

f Nõ enim vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

g Itaq; qui hæc spernit, nõ hominem spernit, sed deum, h qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis.

i De charitate autem fraternitatis, non necesse habuimus scribere vobis.

k Ipsi enim vos à deo didicistis, ut diligatis inuicem.

l Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia.

m Rogamus autem vos fra-

ELUCIDATIO CAP. IIIII.

a Aeternum fratres, rogamus vos & obsecrantes exhortamur in domino Iesu: ut sic conuersemini, quemadmodum à nobis audistis, quomodo oporteat vos vitam omnem instituere, & deo placere, ut in bonis amplius proficiatis. b Scitis enim quæ præcepta vobis tradiderim per dominum Iesum, à quo ea accepi, & in cuius virtute ea tradidi vobis obseruanda. c Nam dei beneplacitum est, ut vos sanctificemini & sancti sitis, abstinendo ab iis quæ vos possent reddere conquinatos: d ut sciat vnusquisq; suum corpus custodire, in sanctitate & honore impollutum, nõ permitiendo ipsum passionibus malæ concupiscentiæ in honorari atq; corrumpi, quæadmodum gentes faciunt, deum nescientes. e Et nemo per vim opprimat, aut in negotio vel tractatu fallaciter decipiat fratrem suum: quoniam hæc omnia deus iudicabit in iudicio, sicut cum essemus apud vos, prædiximus vobis, & in verbo domini testificati sumus. f Non enim vocauit nos deus ad fidem suam, ut in immunditia peccatorum nos ipsos polluamus, sed ut in sanctitate vitam ducamus. g Itaque qui hæc præcepta transgredi non veretur, sciat ille, non me hominem tantum se continere, sed magis deum, cuius sunt præcepta, ego verò tantum denuntiator ac præco eorundem. h Qui deus etiam spiritum suum sanctum dedit in cordibus nostris, qui nobis præbet adiutorium ad obseruationem præceptorum eius. i De charitate verò fraternam enim à deo edocti estis, ut inuicem veritate & opere diligatis: l quæadmodum ipsa vestra opera monstrant, quæ in omnes fratres per vniuersam Macedoniã misericorditer in charitate exhibetis. m Rogamus insuper vos fratres, ut ad profectum quotidianum in spiritualibus bonis diligenter laboretis, ac studea-

tis quieti esse, suum quisque negotium agentes. a Et operemini manibus vestris, sicut precepimus vobis, vt honesta appareat, & decens conuersatio vestra, etiam erga infideles, & ne cogamini aliena, vel desiderare, dum propriis laboribus sustentamini. Nam ociosos, penuria fures facit. b Præterea, de mortuis scire vos volo rei plenam veritatem: vt non sic inconsolabiliter tristitia deiciamini, quomodo illi qui spem futuræ resurrectionis nullam habent.

c Nam quia credimus (vt verum est) Christum à mortuis surrexisse: sic & de reliquis qui in domino mortui sunt credere debemus, quòd deus pater adducet eos per Christum, vnà cum eo, in nouissimo die. d Hoc enim vobis vt certum & firma fide tenendum dicimus, tanquam

verbum domini quòd illi qui viui tunc relictæ erunt, quòsque dies illa superstites inuenerit (de quorum numero possibile est vt nos quodque futuri simus, propter quod me illis quoque connumero) e in aduentu domini ad iudicium, nullo modo priores erunt in resurgendo, iis qui multò ante mortui sunt. f Quoniam ipse dominus tanquam Imperator habens potestatem iudicium faciendi, per imperium iustionis suæ, per ministerium vocis archangeli & angelorum sub eo constitutorum, ac tubæ quæ personabit ad resurrectionem mortuorum, descendet à patris dextera in qua nunc refidet gloriosus, ad inferiora aeris huius loca, g & qui in Christo mortui sunt, resurgent dignitate priuilegiòque eximio priores obuiam procedentes iudici in assumptis corporibus glorificatis. Qui verò sine deo mortui sunt, resurgent quidem & ipsi, sed propter miseriam posteriores: quoniam in terra remanebunt, sententiam horribilem cum formidine expectantes.

h Item etià & illi qui tunc viui reperiuntur atque superstites fideles, simul cū illis qui multò ante mortui fuerant diuina virtute subleuabuntur,

vt abundetis magis, & operã detis vt quieti sitis, & vt vestrū negotiū agatis,

a & operemini manibus vestris sicut præcipimus vobis: & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, vt nulli aliquid desideretis.

b Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt nō cōtristemi n. sicut & ceteri qui spem non habent.

c Si enim credimus q. Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

d Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus,

e in aduentu domini nō praueniemus eos qui dormierunt.

f Quoniã ipse dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba dei descendet de celo:

g & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.

h Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera:

a & sic semper cum domino erimus.

b Itaque consolamini in vicem in verbis istis.

TEXT. CAP. V.

a De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis.

b Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte, ita veniet.

c Cùm enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient.

d Vos autem fratres, non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat.

e Omnes enim vos filij lucis estis, atque filij diei: f non sumus noctis neque tenebrarum.

g Igitur non dormiamus, sicut & ceteri. sed vigilemus & sobrii simus.

h Qui enim dormiunt, non esse dormiunt, & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

i Nos autem qui diei sumus, sobrii simus.

k induti lorica[m] fidei & charitatis,

l & galeam spem salutis.

vt procedat obuiam Christo in aeris superiorem locum, a & sic semper omnes pariter fideles, ex tunc cum domino erimus. b In his itaque verbis verissimis & certissimis, inuicem vos consolari debetis, ne supra modum, Gentilium more, super mortuis contristemini.

ELUCIDATIO CAP. V.

D^a E temporibus autem veteris & temporum articulis. (fratres) non fuit necesse vobis multa scribere curiosius. b Ipsi enim, quantum hac de re scire conuenit, iam scitis. Nempe quod dies illa aduentus domini, sic veniet cum non putatur: quomodo fur solet in nocte, ea potissimum hora qua nescitur, aduenire. c Cum enim existimauerint se securos & sine periculo tunc subito eos opprimit mors, & perditio, & veniet is dolor inestimabilis, cuiusmodi est dolor parturiētis (quæ cum certo expectet mulier, horam tamen nescit, sed plerumque opprimit etiam nihil cogitantem) & non euadent. Hæc autem non dicta sint ad terrorem vestrum. d Vos enim non estis increduli, in nocte versantes, vt vos dies illa depræhendere valeat, tanquam fur, imparatos atque dormiētes. e Omnes enim vos in luce estis atque in die, propter fidem vestram. f Non autem sumus in nocte incredulitatis, neque in peccatorum tenebris. g Propter quod neque dormiendū est nobis, aut cessandū ab operibus bonis, quemadmodum faciūt ceteri qui non credunt, sed vigilātes expectemus aduentū domini, & simus sobrii, in omnibus nostram concupiscentiam frenātes. h Tempus enim dormitionis & dormiētium nox est, & inebriari solent potissimum nocte homines. i Atque ob hoc nos qui in nocte non sumus, sed in die nequaquam conuenit eiusmodi noctis actionibus inuolui, sed sobrii esse debemus: k assumētes pro indumento atque defensione fidem & charitatem, velut lorica[m]: quæ ex bonis actionibus componitur, quas fides per dilectionem operatur: l assumētes item

spem æternæ salutis in galeam, quæ id quod in homine summū est, tutatur atque defendit. Idque omnino cōuenit, a quoniam non vocauit nos deus, vt iræ suæ redderet obnoxios, aut irā suam in nobis manifestaret: sed vt acquiramus salutē æternā, per dominū nostrū Iesum Christum, b qui mortuus est pro nobis saluādis, ad hoc vt siue viuētes corporaliter, siue moriētes, dormiamus, simul cum illo viuamus. c Ob hoc cōsolantes exhortamini inuicē, & ad spiritalē profectum adiuuate, sicut & cōfido vos rectē facere. d Rogamus autem vos fratres, vt obseruātes agnoscatīs eos qui laborāt intēr vos & qui præsunt vobis in domino, & monent vos atque etiā corripiūt, vt illos non solū non odio habeatis, sed etiā abūdantiori dilectione prosequamini, propter opus administrationis eorū. e Rogamus igitur vos fratres, vt eos qui inter vos morditē atque vagabūdē obambulāt, etiā acrius admonēatis eos qui sunt parui atque pusilli animi, cōsolemini: infirmiores & imperfectos, sustineatis: & in vniuersum erga omnes sitis patiētes. f Cauete ne quis malum reddat pro malo cuius hominū, sed semper studete bene facere, nō solū inter inuicem, sed etiā omnibus hominibus. g Sēper gaudete in domino, nunquam intermittite orationē, de omnibus semper deo gratias agite. h Hoc enim est beneplacitum deo per Christū Iesum, de omnibus vobis: nimirum vt semper gaudētes atque orātes, persistetis in gratiarū actione. i Nolite impedimētum præbere habitāti in vobis spiritui sancto, neque vllū spiritus donū velitis delere: peculiariter verō prophetiæ donū ne spreueritis, quod est donū inter cetera magis ecclesiā edificās. k Omnia autem probate, & examinādo diiudicate. Quod verō fuerit, iudicio eorum quorū interest iudicare, bonū cōprobatum, id teneatur: quod secus, reiiciatur. l Ab omni nō tātum malitia, sed etiā eo quod speciem habet

a Quoniā non posuit nos deus in iram, sed in acquisitione salutis, per dominum nostrū Iesum Christum:
b qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.
c Propter quod consolamini inuicē, & edificate alterutrum: sicut & facitis.
d Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborāt inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abūdantius in charitate propter opus illorū, & pacē habete cum eis.
e Rogamus autē vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes ad omnes.
f Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, semper quod bonum est, sectamini in omnes.
g Semper gaudete: sine intermissione orate: in omnibus gratias agite.
h Hac est enim voluntas dei in Christo Iesu in omnibus vobis.
i Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite spernere. k Omnia probate: quod bonum est, tenete.
l Ab omni specie mala

abstinate vos.

a Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur.

b Fidelis est qui vocauit nos qui etiam facit.

c Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto.

d Auiro vos per dominum ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

e Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

FINIS.

mali, caute vobis: ut omnē tollatis occasionem scandali, quantum est in vobis. a Ipsum autem deū, à quo est pax omnis, qui pacē diligit, eamque inhabitat precor vt p omnia plenē vos sanctos efficiat, vt spiritus vester integer atque incorruptus vitio, custodiatur. Itēque anima & corpus (id est portio rationis superior & inferior) atq; corporis sensus infirmus, & in vniuersum omnes corporis & animæ vires, in diē aduentus domini nostri Iesu Christi. De dei quidē adiutorio, nihil est dispendium. b Fidelis est enim qui etiā perficiet quod cœpit, si nos non desimus gratiæ eius. c Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes. per sanctę pacis osculū. d Distinctē vobis præcipio, atq; per dominum iuramēto vos cōstringo, vt liceat epistolā hanc omnib⁹ fratribus legere. qui id requisierint. & nemo fideliū exposcens prohibeatur. e Gratia domini nostri Iesu Christi sit & maneat cum omnibus vobis, Amen.

Finis Elucidationis in epistolam priorem ad Thessalonicenses, beati Pauli apostoli.

ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM IN
epistolam ad Thessalonicenses secundam,
beati Pauli apostoli.



Quemadmodū solent peruersi homines aliorū benedicta facile peruertere, ita videntur fuisse apud istos Thessalonicenses, qui ex verbis apostoli perterrefaciebāt simpliciū animos, quasi iam in proximo esset dies iudicij extremus. Cuius dicti occasio videri potest ex eo sumpta quod dicitur priori epistola: quoniam dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Apostolus igitur de hac re plenius eos instruere, & perturbatos quorundam animos cōsolari volēs, hęc scribit eis secūdā epistolā. In qua primū gratias agēs deo, eorum & charitatem & patientiā collaudat: eorū quidem qui nūc persecutionem patiūtur, forlicem retributionem, eorū autem qui sanctos persequuntur, vindictam in nouissimo die, & pœnam

uenturam proponens simul & orans deum, vt eos faciat sua vocatione semper dignè viuere ad gloriam Christi. Post hoc, secundo capite, ad principale propositū accedens, rogat eos, vt nulla ratione se terreri aut perturbari permittant falsis confictisque rumoribus, de nouissimi diei aduentu in proximo imminente: de quo consequenter eos veritatem edocet, dicens, primū dissensionem debere fieri, & filium perditionis antichristum reuelari: de cuius aduentu qualis sit futurus: & eorum qui ei sunt credituri, deceptione, eiusque per Christi sententiam & virtutem interemptione & condemnatione: plura disserit: gratiarū actionem, de bona eorum electione exhortationem ad apostolicarum traditionum obseruantiam, & deprecationem pro confirmatione in bono simul subnectens. Tertio deinde capitulo, pro se & profectu predicationis suæ, discipulorum orationem postulat, bene cōfidens de eis. Denunciat autem cum seueritate, vt intendant correctioni eorum qui vagabundi & ociosi obambulant, nihil operis agentes, sed parasitorum more alienum panem in ocio manducantes, quales audiuit nonnullos inter eos sustineri: & sic eos vult puniri, vt ceteri ab eorum consortio se separent, quo confusi emendent delictum: sic tamen, vt non odio habeantur quasi inimici, sed vt charitate fraterna hæc eis punitio & correctio adhibeatur. Post quæ, pace eis optata & salutatione in signum apposita, ita terminat epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLA
secundam ad Thessalonicenses.

ELUCIDATIO IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES,
posteriorem beati Pauli apostoli.

ELUCIDATIO CAP. I.



DA AVLVVS & Syluanus, & Timotheus scribunt ecclesie Thessalonicensi in deo patre & Christo Iesu congregatae. b Sit vobis gratia & pax à deo patre omnium creatorum & domino Iesu Christo. c Debemus sine intermissione deo gratias

TEXTVS EPISTOLAE AD THESSALONICENSES posterioris beati Pauli apostoli.

TEXT. CAP. I.

PAVLVVS & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro, & domino nostro Iesu Christo, b Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. c Gratias agere debemus

diem illum, vt tunc salui sitis. a Pro quo etiam orare nō cessamus de vobis, vt deus vos habeat & faciat dignos hac vocatione, qua iam vocati estis, faciēdo vos dignā sibi vitā ducere, & complere vos faciat atque perficiat in vobis omne suū beneplacitum, quod est in omni bonitate atque in omni virtute, & impleat in vobis operationē fidei vestræ cōgruam per virtutē spiritus sui: b ad eum finē, vt nomen domini nostri Iesu Christi in vobis credētibus glorificetur, & vos glorificemini per illū secūdam gratiam & misericordiam dei patris & domini nostri Iesu Christi, quam nobis pater per filium exhibuit.

ELVCIDATIO CAP. II.

R^a Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi ad iudicium, & per cōgregationem qua nos omnes in illo aduentu ad ipsum congregabimur, vt non faciliē à vestro iudicio in quo per nos instructi estis, recedatis neque terreamini, si qui se fingunt per spiritum prædicere quòd instet dies domini: siue sermone hoc præsentēs prædicent, siue absentes per epistolā ipsum agant, nostro nomine falsò scriptā, vel aliter quā volebamus intellectam. b Hoc, inquam, rogo vt non vos sinatis in huiusmodi erroneas persuasiones induci. c Quoniam iuxta rei veritatem dies domini non veniet, nisi ante venerit defectio Romani Imperij, atque etiam fidei & charitatis penē in vniuersis: d & nisi prius manifestatus fuerit ille homo sceleratus atque impius, quē possidebit æterna perditio: qui aduersabitur (blasphemādo, & alios blasphemare cogendo) e imò superbē efferet se, supra omnem deum: non solū verū, sed etiā aduersus & super eos, qui solo nomine dij appellātur. f Ad eò vt in tēplo quod deo erat sacratū thronum sit sibi collocaturus, exhibiturusq; seipsum vt deum, volēs omnibus diis relictis solus adorari. g Non tenetis memoria quòd hæc diceba-

monium nostrum super vos in die illo.

a In quo etiam oramus semper p vobis, vt dignetur vos vocatione sua de nosser & impleat omnē voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute: b vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secūdam gratiā dei nostri & domini Iesu Christi.

TEXT. CAP. II.

a Rogamus autē vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ cōgregationis in ipsum, vt non cuiò moueamini à vestro sensu, neq; terreamini, neq; per spiritū, neq; per epistolā, tāquam per nos missam, quasi instet dies domini. b Ne quis vos seducat vltimo modo:

c quoniam nisi venerit discessio primum,

d & reuelatus fuerit homo peccati, fili⁹ perditionis: qui aduersatur,

e & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur,

f sua vt in templo dei sedeat ostendens se tāquam sit deus.

g Num retinetis quòd cū

adhuc essem apud vos,
hac dicebam vobis?

a Et nūc quid detineat,
scitis:

b vt reueletur in suo tem-
pore.

c Nam mysterium iam
operatur iniquitatis:

d tantū vt qui tenet nūc,
teneat: donec de medio
fiat.

e Et tunc reuelabitur ille
iniquus, quē dominus Ie-
sus interficiet spiritu oris
sui, & destruet illustratio-
ne aduentus sui,

f eam cuius est aduentus
secūdam operationem sa-
tanae,

g in omni virtute & si-
gnis & prodigiis menda-
cib⁹, & in omni seductio-
ne iniquitatis

h in qui percunt, eo quōd
charitatem veritatis non
repperunt, vt salui fierēt.

i Ideo mittet illis deus o-
perationem erroris, vt cre-
dant mendacio: vt iudicē-
tur omnes qui non credi-
derūt veritati, sed consen-
serunt iniquitati.

k Nos autē debemus gra-
tias agere deo semper pro
vobis fratres dilecti a
deo.

mus vobis, quum essemus praesentes apud vos? a Et nūc ex his nostris verbis facillē potestis intelligere, quid demoretur aduentum eius (id est, vel Christi ad iudicium, vel antichristi ad regnum suum) b nimirū hoc, quod in suo tempore debet reuelari antichristus, quod quidem tempus nōdum videtur impletū. c Nam nunc quidem interim vsque dum ille veniat, figura quidem illius iniqui & pessimi forsitan regnat aut dominatur. Nam antichristi multi sunt, & omnis persequutor aut hereticus mysterium & figura antichristi est. d Illud tantū curādum est, vt quisquis nūc tenet rectā fidem atque charitatē dei, pergat tenere, ac perseveret, nec dimittat donec deficiat Romanum imperium, atque fides Christiana penē in vniuersis. e Et tūc ille iniquus reuelabitur. & iniquitas eius patebit per Christū dominum, qui illum interficiet palam omnibus, per sententiā oris sui, adueniens cōtra ipsum (siue per se siue per angelos executores) vt destruat per fulgurationem suam in magna gloria. f illum impium qui adueniet ad persuadendum hominibus non virtute diuina armatus, sed adiutorio diaboli innixus, cuius ministerio miras virtutes videbitur ardere, g signa magna & prodigia faciens, sed mendacia (quae etiam si vera fuerint nōnulla in re, tamen ad mendacium suadebūt) vt seducat homines ad iniquitatem à virtute, h homines (inquam) perditos & filios dānationis, eo quōd Christi charitatem atque veritatem noluerunt fide recipere, ad suā salutem. i Propter quod permisit venire illis operationē huiusmodi, quae in errore eos induceret, vt crederēt falsitati: vt cōdemnentur omnes qui maluerunt iniquitati credere quā veritati. k Nos verō sciētes vos ad hoc periculo dei gratia liberatos, debemus semper gratias agere deo pro vobis o fratres mei, quos deus in veritate dilexit, atque etiānum diligit? debemus (inquam) agere gratias

deo, a eo quòd ipse vos ab æterno elegerit: vt essetis inter Christo credentes, velut primitiui & temporis primitate, & fidei præcellentia, ad vestram æternam salutem. **b** Elegit (inquam) vos sanctificando per spiritum suum, in hoc quòd veritati credidistis sancti euangelij, ad quã vos deus vocauit, e per ministerium prædicationis nostræ, vt acquiratur gloria domino nostro Iesu Christo: hoc est vt nomen eius glorificetur per fidem credetium. **d** Itaque fratres, quando sic vocati estis, permanete viriliter, in fide ac vocatione vestra, obseruate præcepta atque ordinationes quas vobis tradidimus, siue per verba præsentis, siue per epistolã absentes. **e** Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus pater noster qui dilexit nos, & dedit nobis in spe cõsolationem, non vtique temporalem, sed æternam atque cælestem, & spem verè bonam per gratiam quam interim tenemus donec veniat gloria quam expectamus: **f** Ipse (inquam) vestra corda exhortationibus suis internis cõsoleretur, atque corroboret in omnibus operibus, atque sermonibus bonis: vt nec propter tribulationes instãtes, nec propter operum signa, nec propter verba mirando Christianæ fidei amittatis confesionem.

ELUCIDATIO CAP. III.

C^a Aeterum fratres petimus vt oretis deum pro nobis, vt liceat nobis iniunctum prædicationis munus debite peragere, vt verbum dei velociter proficiat, atq; late diffusum clarificetur, sicut apud vos iam habitat & prædicatum est: **b** & vt expediamur dei adiutorio ab iis qui nos impediunt, molestis siue absurdis hominibus, atq; auersis à deo cuiusmodi sunt carnales Iudei, & idololatræ Gẽtiles. **c** Non enim omnes credunt euangelio, sed ij tantum quibus datum est. **d** Fidelibus autem est deus qui vos legit & iam olim vocauit, in futuro etiã cõfirmabit

a quod elegerit vos deus primitias in salutem, b in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: in qua & vocauit vos,

c per euangelium nostrum, in acquisitione gloriae domini nostri Iesu Christi.

d Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

e Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia:

f exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

TEXT. CAP. III.

a De cetero fratres, orate pro nobis, vt sermo dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos:

b vt liberemur ab importunis & malis hominibus:

c Non enim omnium est fide.

d Fidelis autem deus est, qui cõfirmabit vos, & euodiet à malo.

a *Cōfidimus autē de vobis fratres in domino quoniam quacuq; præcipimus, & facitis & facietis*

b *Domini autē dirigat corda vestra, in charitate dei & patientia Christi.*

c *Denūtiamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatur vos ab omni fratre ambulante inordinatē, & non secundum traditionē quam acceperunt à nobis.*

d *Ipsi enim scitis quæ admodum oporteat imitari nos: e quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratias panem mādūcauimus ab aliquo,*

f *sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, nequem vestrum grauaremus.*

g *Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandum nos.*

h *Nā & cū essemus apud vos, hoc denūtiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec inducet.*

i *Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes in quiete, nihil operantes sed curiosè agentes:*

k *His autem qui eiusmodi sunt denūciamus & obsecramus in domino Ie*

in bono, & ne in malū cadatis, seruabit. a *Cōfidimus autē fratres, opinionē habētes bonā de vobis, quod omnia præcepta nostra & traditiones, obseruatis & obseruabitis.* b *Precor autē deū vt spiritus vestros inter tāta seculi mala, in recta charitatis diuinæ semita, inque patienti expectatione aduētus Christi deducat & regat ne declinetis à via huius reſtitudinis.* c *Præcipiētes autē denūciamus hoc vobis omnibus: in nomine & virtute domini nostri Iesu Christi, vt non habeatis cōmercium cū illis nomine solo Christianis qui inquietē & vagabūdē circūuagātur cōtra traditionē à nobis præscriptā.* d *Illud enim ipsi vos scitis, quomodo debeatis nostrū in hoc exēplum imitari: e quoniam cū apud vos essemus, non eramus inordinatē vagātes per ocium, neq; in ocio panē cuiusquā mādūcauimus, f sed in labore & fatigatione multa, semper & nocte & die aliquid boni operis agētes, nūc prædicādo, nūc manibus laborādo, nūc orādo, nūc priuatis admonitionibus exhortando, ne vobis essemus oneri, panē ociosē mādūcātes.* g *Neque verò sic assiduè laborauimus, etiā vsque ad labores manuum, quasi non licuisset nobis sine manuum labore victū accipere, sed vt exēplum vobis daremus in nobismetipsis, quod vobis sit imitandum.* h *Nā & olim præsentēs denūtiabamus vobis de eiusmodi hominibus quibus necesse est sibi victū quærere, necessarium esse, vt qui vellet mādūcare laboribus victū quæreret, non autē adulationibus parasiticis, atq; circumuagationibus.* i *Nā tales quosdā relatū est nobis inter vos existere, qui sic sine ordine profusus incōpositi & vagabūdi nihil quidem operis ipsi faciētes, sed curiosè aliorū omnia perscrutantes circumeūt. Et quidē tolerabile, imò laudabile extitisset, si ob orationis assiduæ instantiā, à laboribus manuum abstinuissent.* k *Huiuscemodi verò vagabundis præcipimus, imò vt vel sic acquiescāt, eos obsecramus per dominū*

Iesum Christum, vt in silētio & quiete aliquid operis faciētes, suis laboribus pascātur. a Vos autē fratres in vniuersum omnes, nolite à benefaciēdo aliquādo cessare, aut remissius agere, ob aliorū huiusmodi praua exēpla. b Siquis verò ne nūc quidem denūtiationi huic nostræ per hanc epistolam factæ voluerit acquiescere, hūc obseruātes nōtate, & cōmuni iudicio vniuersi eius defugiatis sodalitiū, quo sic tādē cōfusus emendetur. c Nolim tamen vt inimicū odio prosequēdum aut prorsus abiiciendum sed admonēdum ab iis qui gratiā habēt, atque consolandū & corripiēdum magna cura, prout expediēs videbitur, tanquā fratrem eodem baptisimate regeneratū. d Ipse autem deus pacis, det vobis pacē verā & sempiternā per omnia in omni loco. e Sit autē dominus cum omnibus vobis per suam gratiā, in vobis inhabitās, vōsque adiunās in bonis agendis, & à malis custodiēs. f Salutationē ego Paulus propria manu subscribo, quæ est in signum & testimonium in omni epistola à nobis missa, quo & à confictis pseudoapostolorum epistolis, nostræ discernantur. g Ita solitus sum scribere, Gratia domini nostri Iesu Christi sit cū omnib⁹ vobis, Amen.

su Christo vt cū silētio operantes suum panē manducent.

a Vos autē fratres nolite dehcere benefacientes.

b Quod si quis nō obedierit verbo nostro, per epistolam hanc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur:

c & nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem.

d Ipse autē deus pacis det vobis pacē sempiternam in omni loco.

e Dominus sit cum omnibus vobis.

f Salutio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola.

g Ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis.

Finis Elucidationis in epistolam secundam ad Thessalonicenses beati Pauli apostoli.

FINIS.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN
epistolam ad Timotheum priorem beati Pauli apostoli.

Timotheum ætate quidē iuniorē, sed morū maturitate fidei præclaritate, & scripturarū eruditione præcellentem Paulus apostolus Ephesius episcopū abscedēs reliquerat, ad quem nūc scribit nōdum vinculis alligatus, priorem hęc epistolam in qua, post salutationē, statim eum falsis iubet prædicatoribus se opponere: qui varia & fabulosa siue secularis sapiētix, siue Iudaicæ obseruationis figmēta prædicabāt, charitatem & bonam cōscientiam (quæ finis est omnis præcepti) negligentes: legem

T iij

tamen bonā esse non negās si quis ea vt oportet rectē vtatur: quoniam lex non nisi propter iniustos posita est ad compescēdum atque ad vlciscendum. Ipse autem deo gratias agit magnificē qui se prius blasphemum & peccatorum primum dignatus est, non solum ad fidei gratiam vocare, verū etiam in apostolatus ministerio constituere, ad exēplum & cōsolationem omnium peccatorum, vt prorsus nemo desperet propter peccatorū magnitudinem: Timotheum simul cōmonefaciens, vt Christi militiam egregiē militet, in fide recta & bona conscientia, à quibus dum aberrarunt Hymenæus & Alexander, Satanæ sunt traditi. Atque ista quidem, capite primo. Post hæc, orari iubet peculiariter pro iis qui sunt in potestate qualibet constituti, à quibus pendet bonum plurimorum, potissimum autem pax & tranquillitas temporis: & in vniversum pro omnibus hominibus eo quod deus omnes velit (quantum in se est) fieri saluos, qui seipsum dedit pro omnibus, in pretium redemptionis. De hinc viros, ad orādum patrem in spiritu, in omni loco, in cordis puritate, hortatur. Mulieribus autem, ornatum & cultum vestium superfluum, & docendi in ecclesia, atque in virum dominādi, interdicit officium, volens eas cultu decēti incedere in silentio discere atque in subiectione viro obedire, tum quod de viro primū facta sit mulier, & propter virum in auxilium formata. Tum quod ab ipsa fuerit præuaricationis initium. Saluādam autem dicit mulierem per liberorum generationem, si eos in timore dei educauerit. Post hæc tertio capitulo, episcoporum & sacerdotum atque etiam diaconorum cōditiones: quales esse debeant dilucidē & prolixē demonstrat, quæ ob hoc scribit Timotheo, vt sciat ex hac apostolica præscriptione quemadmodum in ecclesia debeat conuersari, & quales debeat super populum dei constituere, cui magnum pietatis sacramētum de incarnatione filij dei est creditum ad salutem. De hinc capite quarto, per spiritum, de seductoribus venturis in nouissimis temporibus prædicit, qui ab iis quæ deus permisit licita, sunt homines prohibitori: cum tamen omnis creatura bona sit, per verbum dei sanctificata. De his autem præinstruere eum & præmonere iubet populum dei, vt veræ pietati super omnia intēdant, quæ est sperare in deum, omnium hominum, & maximē fidelium saluatorem. Timotheum verò ipsum exhortatur, talem se exhibere in conuersatione, vt gregi suo luceat in exēplum, nec iuuetatis occasione eis veniat in contemptum. Instare autem eum iubet lectioni, exhortationi, & doctrinæ, & munus sibi iniūctum non negligere, vt se pariter & gregē sibi commissum saluet. Post hæc quinto capite, docens eum solerter cuiq; iuxta suam conditionem, ætatem & sexum intendere seniores (si quādo veniant arguendi) monet obsecrando magis quasi patres, quā acriter obiurgando, corrigendos, vbi id commodē fieri poterit. Iuuenes autem

vt fratres, adoleſcētulas vt ſorores, in charitate & lenitate, ſaluā tamen omnimoda caſtitate, & omni ſuſpicionē remota. De viduis autem, quæ deſolatae ſunt humano adiutorio, quomodo ipſæ in deum ſpem ſuam proicere, & eccleſia eas enutrire debeat, cōſequenter ordinat, & quales iſtæ ſint futuræ viduæ, quæ ad eccleſiaſticam ſuſtentationem recipiantur, ex operibus præſcribit excludens eas quæ per adoleſcentiæ ardorem ſunt minus probatæ & de quibus propter ardorem cōcupiſcentiæ, & cōuerſationis inſtabilitatem aut imperfectionem, periculum foret, vel in luxuriam cadēdi vel à Chriſto ſe auertēdi: quas mauult apoſtolus iungi matrimonio, & ſic in familia ſua regēda, ac liberis educandis occupari, quàm in ocio laſciuire, vagabundāſq; aut curioſas circumire, in ſcandalum aliorum, aut etiā à ſuo propoſito poſt Satanæ ſuggeſtiones recedere. Et ne grauetur eccleſia, illas quæ filios habent, aut tales à quibus poſſint & debeant ſuſtentari, vult ab his ad quos pertinet, priuatim ſuſtentari. Poſt hæc de præſbyteris bene ſuo officio fungentibus, duplici obſequio (nempe honoris & ſuſtentationis) honorandis, & de accuſatione aduerſus illos niſi ſub duobus aut tribus teſtibus non facilè recipiēda, edicit. Timotheum verò obteſtatur, vt inuiolatam ſemper iuſtitiam cuſtodiat, in alteram partem non declinando, neque manus cuiquam citò imponat. Modicum etiā vini propter ſtomachi debilitatem, & malam valetudinem, eidem indulget. Atque in fine capitis diſcretionem ponit operum, tam bonorum quàm malorum, quorum quædam modò manifeſta ſunt, quædam latent, donec tempus veniat quo abſcondi nihil poterit. Vltimo autem capitulo, ſeruis præcipit obedientiam & reuerentiam præſtare dominis, ſiue infideles illi fuerint, ſiue fideles eos qui diuerſa docēt redarguens, velut nihil ſcientes, ſuperbia & inuidia excæcatis, quorum omnis ſimulata pietas ad quæſtum refertur. Dicit autem ſecundum veritatem, in pietate maximum quæſtū in eſſe, iis qui tegumentis & alimētis norunt eſſe contenti, ſine auaritiæ cupiditatibus, periculis verò plurimis illos eſſe expoſitos, quibus diuitiarum in eſt ordinata cupiditas, quam etiā radicem nominat omnis mali. Timotheum verò iſta fugere, & contraria monet lectari, bonūque certamen ſecundum deum cōuerſando certare: coram deo ei præcipiens, vt mādatum dei inuiolatum, bene cōuerſando cuſtodiat, vſque in aduentum Chriſti glorioſum. Poſtremò, de iis docens qui diuitias ſeculi habent, quomodo ſuis bene vti ad ſalutem poſſint, ipſumque Timotheum, deuitādo abſurdas nouitates, ſecularis ſapientiæ de-poſitum cuſtodire iubens, ita claudit epiſtolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTO-

lam priorem beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

T iij

TEXTVS EPI- ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAE AD TI- STOLAM AD TIMOTHEVM PRIOR-
motheum prioris, bea- rem beati Pauli apostoli.
ti Pauli apostoli.

TEXT. CAP. I.

ELVCIDATIO CAP. I.

P^aulus apostolus Iesu Christi secundum imperium dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostrae:



P^aVLVS Apostolus Iesu Christi iuxta quod iniunctum est ei à deo saluatore nostro, & Christo Iesu qui est spes nostra, per quem omnia nobis bona speramus prouentura, & quo ipso frui

b Timotheo dilecto filio in fide.

c Gratia & misericordia & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro.

d Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam:

e ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent, sed neque intenderent fabulis

g & genealogiis interminatis:

h quae quaestiones praestant magis quam aedificatione dei quae est in fide.

i Finis autem praecipi est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

k A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium:

in futuro expectamus: scribit **b** Timotheo, vere germano, atque proinde merito dilecto filio: secundum fidem, non secundum carnem. **c** Sit tibi gratia & misericordia, & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. **d** Ita facito diligenter, sicut te rogavi ut faceres, cum in Macedoniam concederem (nimirum ut Ephesi remaneres episcopus) **e** ad denuntiandum cum terrore atque imperio pseudoapostolis quibusdam ne praesumant aliter quam nos praedicaui- mus, docere. **f** Caeteris vero rudioribus, ne aures auditumque praebent fabulosis illorum & commentitis sermonibus, **g** aut genealogiarum suarum narrationibus curiosis, quarum nullus est finis, quibus solent Iudaei carnales plurimum insistere in docendo. **h** Quae quidem, tam fabulosa hystoriae quam genealogiae curiosius scrutatae, contentiones quidem nonnunquam gignunt, & disceptationes: nihil verò profectus aut spiritualis aedificationis, quae ex simplicitate fidei magis comparantur. **i** Nam finis vniuersus totius legis, & nouae & veteris, est dilectio dei atque proximi de mundo corde procedens, & mente sibi bene conscia, & fide non simulata. **k** Quidam autem ab his quae verae pietatis sunt aberrantes, ad deum declinantes, conuerterunt se ad loquendum vana: id est fa-

bulosa, falsa, aut ad nihil vtilia. a Volētes quidem esse & haberi doctores legis, cum non intelligant secundum veritatem, nec ipsam quam loqui volunt legem. neque ipsa de quibus loquuntur legis præcepta. Nam qui nescit legem vmbra esse, & ad Christum referendam, non intelligit ille legem, neque quæ lex præcipit. b Illud autem certum habemus quod bona est lex, vtpote à bono deo data, si modò sic ea vtamur, quemadmodum vti conuenit & ipsamet docet: Hoc est, vt ad Christum omnia referantur, & eo adueniente omnia negligantur, vt finem consecuta. c Illud scientes, quod lex non est propter iustos posita, nec iusti (qui ex libertate quæ legis sunt faciunt, non propter legis coactionem, sed ob virtutis amorem) sub lege seruiūt: d sed propter coercēdos homines iustitiam contēnentes. & virtuti atque legi naturæ per amorē parere recusantes, impios in deū, & quouis modo in proximū peccantes, propter grauibz flagitiis oneratos & prophanos, propter patrū atque matrū cæsores, propter homicidas, fornicarios, masculorū cōcubitores, plagiarios mācipia aliena furto subducentes, propter mendaces & periuros, & cæteris obnoxios vitiis sanæ doctrinæ cōtrariis: e quæ sana doctrina consona esse debet, & est, euangelio quo prædicamus gloriam dei, solius beati, quod mihi est cōmissum vt prædicem in Gētibus. f Et ego quidem gratias ago deo, qui me robustum atque validum ad id officij effecit, in fide Iesu Christi domini nostri: g quia me fidelē duxit atque dignū, & ex sua bona gratia idoneū, cui tantū munus cōmitteret, cōstituens in apostolat^o huius ministerio me, qui ante aduersus nomen Christi blasphemabā, maledictis illud infectās & cōiuitis, persequebāq; & palam cōtumeliosē expugnabā. h Cum verò talis essem, & omnibus modis potius morte dignus: misericordiam tamen sum consecutus à deo in eo

a Volētes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

b Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur:

c scientes hoc, quia lex iusto non est posita,

d sed iniustis & nō subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorū cōcubitoribus, plagiariis, mēdacibus & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduerfatur,
e quæ est secundum euāgelii gloriā beati dei, quod creditum est mihi.

f Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu domino nostro,
g quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor & contumeliosus:

h sed misericordiam dei consecutus sum,

a quia ignorās feci in incredulitate.

b Superabūdauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu.

c Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, d quorū primus ego sum. e Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostēderet Christus Iesus omnem patiētiā,

f ad informationē eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam.

g Regi autem seculorum immortalī, inuisibili, soli deo honor & gloria in secula seculorū. Amen.

h Hoc præceptū cōmendō tibi fili Timothee, secundum præcedētes in te prophetias,

i vt milites in illis bonam militiam, habēs fidem & bonam conscientiam:

k quam quidā repellētes, circa fidē naufragauerūt: l ex quib⁹ est Hymenæus & Alexander: quos tradidi satanæ, vt discant nō blasphemare.

quod me ab errore vocauit ad veritatem, a eo quod per ignorantiam illa admisissim, propter incredulitatē meā. Non enim sciebā esse deum Christū quem persequebar, & obsequium putabam me præstare deo. b Copiosè autē super me gratia dei effusa est, & claruit in mea cōuersione, cum fide & charitate, quæ est in Christo Iesu. c Sermo quē nunc loquor tibi, certus est & indubitatus, & dignus qui ab omnibus credatur atque acceptetur. Christus Iesus venit in mundū hūc, ad saluādos peccatores: d quorum ego me præcipuum omnīū fateor, quātū quidem ex me est, si non me deus suo benigno aspectu adiuuisset. e Verū ideo misericordiam fecit mecum dominus, vt in me velut primo & præcipuo exēplo demonstraret Christus omnimodā perfectāmq; suam patiētiā: in me tolerando, tam misericorditer cōuertendo, & tāto beneficio afficiendo, quem viderat sui nominis tam seuum persequutorē: f vt in me formam daret omnibus, & ad spē animaret nostro exemplo eos, qui credituri erant in nomine ipsius, vt salui fiant in vita æterna. g Regi autē & creatori omnium seculorū & omnium quæ in ipsis sunt, qui est immortalis, & videri humanis non potest aspectibus, qui est solus deus verus, & præter quē non est alius: ipsi reddamus omnem honorē, & cum claritate omnē gloriam in æternum, Amen. h Cōmendo tibi obseruādum dō Timothee fili, hoc præceptū vnicū, vt iuxta testimonia prophetarū quæ super te prolata sunt, priusquam a me ordinareris in episcopatus ministerio, viriliter agas, verbo & exēplo illis optimis de te datis testimoniis, respondendo ac satisfaciendo: i vt milites bonā militiam, viuāque vitam bonā, fidem tenendo rectam, & conscientiam syncerā atq; immaculatam. k Quam siue fidem rectam siue cōscientiam bonā, dum quidam repulerunt, in fide periclitati sunt, & a fide exciderunt. l Ex quorum numero sunt

Alexāder & Hymenæus, quos ego excommu-
nicatos ab ecclesia, Satanæ potestati tradidi in
afflictionem carnis, vt doceantur non blasphemare,
& fidei sanæ non aduersari.

ELUCIDATIO CAP. II.

Oa Bsecro igitur atque exhortor ante omnia vt fiant deprecationes pro liberatione à malis, orationes pro cōsecutione bonorum, intercessionēs pro aliorum conuersione & salute, & gratiarum actiones pro acceptis bonis, idq; pro omnibus hominibus. **b** Peculiariter tamen pro regibus & principibus, & qui in regiminis qualibet potestate sunt cōstituti: quoniam ab his, pendet bonum plurimorum. **c** Futurū est enim, si illi orationibus nostris conuertantur, vt quietam in pace, & tranquillam à persecutionibus vitā agamus in hoc mundo, sine impedimento pietati vacantes, & vitæ puritati. **d** Hoc enim (nēpe vt pro omnibus hominibus oremus) non solū malum est, neque deo contrarium: sed etiam deo beneplacitum & gratū, **e** qui desiderat quidem, quantum in se est, omnium salutem, & gratiam dat sufficientem vniuersis hominibus, qua valeant salutem cōsequi si ipsi non desint, nolētes deo cooperari. **f** Et neminem excludit à veritatis cognitione, sed desiderat magis vt eum omnes agnoscant, & in eum credant: quoniam omnes illuminat, venientes in hunc mūdum. **g** Vnus est enim deus, & vnus mediator inter deum & homines, homo Christus Iesus, qui vt pacem faceret inter deum & homines, tradidit semetipsum in redemptionis pretium pro omnibus hominibus in vniuersum, nullo excluso. **h** Cuius Christi mediatoris, veritatis testimonium confirmatum est & comprobatum suis temporibus: nimirum & ante Christi aduentum, per vmbas legis, & prophetarum oracula, & post Christi mortem per prædicationē apostolorum,

TEXT. CAP. II.

a Obsecro igitur primū omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, **b** pro regibus & omnibus qui in sublimitate cōstituti sunt:

c vt quietam & tranquillā vitam agamus in omni pietate & castitate.

d Hoc enim bonum est, & acceptum coram saluatore nostro deo:

e qui oēs homines vult saluos fieri,

f & ad agnitionem veritatis venire.

g Vnus est enim deus & vnus mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, qui dedit redēptionē semetipsum pro omnibus: **h** cuius testimoniiū tēporibus suis cōfirmatum est:

a in quo positus sum ego
 prædicator & apostolus,
 b veritatem dico nõ men-
 tior, doctor gentium in fi-
 de & veritate.

c Volo ergo viros orare
 in omni loco,

leuantes puras manus si-
 ne ira & disceptatione,

d Similiter & mulieres
 in habitu ornato, cũ vere-
 cundia & sobrietate or-
 nantes se,

e & non in tortis crini-
 bus, aut auro, aut marga-
 ritis, vel veste pretiosa,
 f sed quod decet mulie-
 res promittentes pietatẽ,
 per opera bona.

g Mulier in silẽtio discat,
 cum omni subiectione.

h Docere autem mulieri
 non permitto, neq; domi-
 nari in virum, sed esse in
 silentio.

i Adã enim primus for-
 matus est, deinde Eua.

k Et Adam nõ est sedu-
 ctus, mulier autẽ seducta
 in præuaricatione fuit.

signaque ac prodigia spiritus sancti, sermonem
 confirmãtia. a Ad cuius testimonij & euange-
 lij publicationem, ego cõstitutus sum: & ordi-
 natus à deo, præco atq; apostolus. b Veritatem
 hoc dicẽs, loquor puram sine mēdacio ego qui
 sum doctor Gētium à deo deputatus vt illas in-
 struam in fide & veritate non in vmbra, aut ob-
 seruãtiis carnalibus. c Itaq; , vt cœpi dicere in
 genere de oratione , ita speciatim præscribens,
 volo quãtũ ad viros vt sine loci respectu, vbi-
 cunque fuerit opportunũ, orare studeãt in spi-
 ritu & veritate, extēdentes ad deum patrẽ men-
 tem & purã voluntatem in pace sine ira aut di-
 scepcionibus, quæ orationis exauditionẽ im-
 pediunt. d Item & mulieres volo orare, decẽti
 atque modesto amictu vestitas , componẽtes se
 honestẽ atque decẽter salua verecũdia & casti-
 tate : ne vel nimia nuditate in verecũdiam, vel
 nimio ornatu ostētent prouocentq; lasciuiam.
 e Non in tortura crinium artificiosa, aut auro
 superfluo, aut gēmis preciosis, aut vestitu supra
 suum statũ nimium preciso, aut alias quomo-
 docũque curioso & superfluo ornatu: f sed fa-
 ciant quod suum statũ & bonas mulieres decet
 præ se ferentes pietatẽ per bona opera , quem-
 admodum hæ curiosæ lasciuiam promittũt at-
 que ostentant , per suum ornatum superfluum.
 g Mulier in silẽtio & quiete discat, agnoscẽdo
 se subditam esse viro. h Docere autem, non ei
 permitto in ecclesia, vel præsentia virorũ fide-
 lium, neque authoritatẽ sibi dominij, vendica-
 re in virum: sed eas silere volo, & viris suis sub-
 iectas esse. Nam & natura hoc ipsum docet.
 i Adam enim formatus est antequam esset se-
 xus muliebris, deinde verò Eua de latere Adæ
 formata est , propter eum in adiutoriũ. k Ne-
 que prior fuit Adam seductus in trãsgressione,
 sed ab Eua seductio radicitus atque primitus
 orta fuit. Neque sic fuit seductus Adam vt cre-
 deret verum esse serpentis mēdaciũ. Mulier

autem à serpente persuasa, credidit ipsum vera loqui. a Habet autem, tametsi non doceat, nec dominetur, etiam ipsa, quomodo saluari possit: nempe si filios generet eosq; educare curet, in timore dei: b si modò ipsa permanferit, atque eruditione bona (quantu potest) curauerit vt & filij permaneat in fide Christi, & dilectione, & sanctitate, & puritate vitæ, atque ab omni luxu omnimoda continentia.

ELUCIDATIO CAP. III.

S^a Ermo fide dignus est quem loquimur & indubitatus. b Siquis officium episcopatus desiderat, bonum ille, haud dubiè opus desiderat: quoniam superintendere dominico gregi cum diligètia (quod est episcopi officium) bonum opus est valdè. c Oportet enim episcopum aut quèlibet sacerdotem esse talis vitæ: vt nihil grãde aut infirmatorium, aduersus ipsum iure ac meritò possit obuci: d qui non nisi vnam habuerit à baptismo vxorem, sobrium, morum grauitate ornatum, prudentem in agèdis, cõuersatione & aspectu pudicum, hospitum ac peregrinorum susceptorem, & pauperum prouisorum, de bonis quæ habet ab ecclesia, ad hospitium atque pauperum vsum, e aptum qui dicere possit. f Non sit autem vino multo deditus, neque percussor siue lingua, siue verbera, non contentionum amator, g non turpe sectans lucrum aut auarus. Sit autem familiaris suæ (si quam habet) bonus rector. Si sint ei filij, vt illos habeat suo regimini & imperio bene subditos, cum omni vitæ puritate, h Qui enim nescit familiaris vni præesse, quomodo ecclesiæ curandæ sufficiat, in qua tot sunt tam diuersarum conditionum homines? i Neque sit recès baptizatus, vt mox à baptismo euehetur ad episcopatum, sed volo morã interuenire inter baptismum & ordinationem in episcopum: k ne fortè ex hoc fumens occasionem superbiendi, qui sic subito promouetur, incidat in iudicium

a Saluabitur autem per filiorum generationem,

b si permãserit in fide & dilectione & sanctificatione, cum sobrietate.

TEXT. CAP. III.

a Fidelis sermo.

b Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

c Oportet autem episcopum, irreprehensibilem esse:

d vnus vxoris virum sobrium, ornatum, pudicum, hospitalem,

e doctorem,

f non vinolentum, nõ percussorem, sed modestum, non litigiosum,

g non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filio habentem subditos cum omni castitate.

h Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligèntiam habebit?

i Non neophytum:

k ne in superbiã elatur, iudicium incidat diaboli.

a Oportet autē & illum testimonium habere bonū ab iis qui foris sunt, vt nō in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

b Diaconos similiter pudicos, nō biligues, nō multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes,

c habentes mysterium fidei in conscientia pura.

d Et hi autem probentur primū: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

e Mulieres similiter pudicas, nō detrahētes, sobrias, f fideles in omnibus.

g Diaconi sint vnius vxoris viri:

h qui filiis suis bene præsint, & suis domibus.

i Qui enim bene ministrauerint, gradū bonum sibi acquirunt,

k & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.

l Hæc tibi scribo fili Timothee, sperans ad te venire citō.

m Si autē tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari,

impiorū, partē cum superbo dæmone accepturus. a Oportet insuper. vt bonam opinionē de eius conuersatione habeant etiam extranei & Gētilēs: ne si eius vita minus probata fuerit, per status sublimitatem, in laqueum & tētationem incidat diaboli.

b Diaconos isdē oportet moribus esse ornatos, vt sint & ipsi nō pluriū vxorum viri à baptismo, qui regant bene filios suos in bona subiectione, non duplices sermone, aut instabiles, non vini potores, nō lucrum quærentes turpe: id est, vnde nō oportet, aut quomodo non oportet: c plenē sciētēs sacramētum fidei suæ, illudque tenentes ac custodientes, cum vita bona & bona consciētia. d Et hi priusquam ordinētur, probentur: tam super doctrina fidei, quàm vitæ integritate, & si probati inueniantur, tum demum ordinentur cum nihil aduersus ipsos possit vllius momēti iustē obiūci, quod ipsos ab ordinatione prohibeat.

e Mulieres item oportet esse pudicas aspectu & cōuersatione, non detrahētes, neq; aliorum mores passim carpentes sed sobrias atq; vigilātes, f & in omnibus quæ audiunt vel quæ acceperunt peragenda, fideles. g In Diaconis (vt corpore dicere) illud præcipuē cōsideretur, vt non bigami sint: propter ministerij sui dignitatem, quod singularem requirit sanctificationem. h Deinde illud etiam vt filios sua negligentia non sinant inobedientes fieri, & propriam familiam debite regant. Alioqui nō apti erunt ministerio suo.

i Qui enim commissā sibi ministerialiter adimpleuerint, bonum locum apud deum & magno merito sibi cōparabunt, & de orationis suæ gradu, bonum fructū referent: k & magnam merito fiduciam tales habere possunt, propterea quod in fide Christi Iesu suum ministerium sibi ab illo commissum, fideliter adimpleuerint.

l Hæc ita scribo, ò fili Timothee, nō quod desperem ad te venire: m sed si quomodocunq; contingat me differre aduentū, vt scias interim

quomodo sit tibi conuersandum in domo dei: hoc est, in ecclesia dei uiui, a quæ est colūna & firmamētum, cui omnis veritas & credēdorum & agendorum innitur. Nam nec euangelicæ veritati crederetur, si non ecclesia tradidisset vt euangelium credendum. b Et omnium confessione fideliumq; concordia iudicio, mirabile est mysterium maximè charitatis dei erga nos, ipsa Christi incarnatio. c quod mysterium secundum carnem factum est manifestum, & per spiritus aduentum atque virtutem iustificatum, quod prius fuit vt stultitia reputatū, angelis visum est, gentibus prædicatum, mūdus credit, & ad patris gloriam assumptū est, quando Christus modo mirabili ascēdit in dexteram patris.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

S^a Piritus verò prophetiæ illud & firmiter denūtiat futurum, vt in posterioribus temporibus derelinquat fidem rectam quidam ex iis qui crediderant. b qui fidem habebunt spiritibus erroris: id est, erroneorū dogmatum sibi latoribus, c & falsis doctrinis, quarum est diabolus author, qui est pater omnis mendacij: d quidam (in quā) eorū qui in sua ficta & simulata sanctitate prædicaturi sunt falforum dogmatum mēdacia: e qui cōscientiam suam habebunt cauterio. hoc est, diaboli caractere notatam: quod est signum mētis obstinatæ atque reprobæ: quo à filius infidelitatis, & perditionis distinguuntur filij salutis: f qui prohibebunt nuptias, vt prorsus illicitas, sub specie extimæ religionis. g Itēque abstinere à quibusdam cibis, tanquam immundis per se & illicitis suapte natura vsui humano, h quos tamen deus in hunc vsu creauit, vt verè fidelibus, & qui veritatem euangelicæ libertatis, plena fide cognouerint, liceat sine peccato eos sumere, eisq; vti cum gratiarum actione. i Omnis siquidem creatura dei bona est per se, nec de se quicquid est immundum. Et nullus cibus, quasi natura

a quæ est ecclesia dei viui, colūna & firmamentum veritatis.

b Et manifestè magnum est pietatis sacramentum,

c quod manifestum est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

TEXT. CAP. IIII.

a Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide,

b attendentes spiritibus erroris,

c & doctrinis demoniorum,

d in hypocrisi loquentium mendacium,

e & cauteriatam habentium suam conscientiam,

f prohibentium nubere,

g abstinere à cibis

h quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus &

i us qui cognouerunt veritatem.

i Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarū actione percipitur:

- a* *Sanctificatur enim per verbū dei & orationem.* immūsus est abiiciendus aut fugiendus, modò cum gratiarū actione cōdigna sumatur. *a* Sanctificatur enim omnis cibus (vt non polluat eum māducans) per orationem & benedictionem, quæ est per verbum dei, quod sanctificat omnia. *Qui* enim sine oratione, benedictione, & gratiarum actione percipiunt dona dei: polluant isti suo abusu seipsos, eo quòd donis dei, modis non debitis, malè vtuntur. Cibus autem per sese neminem polluit. *b* Hęc atque huiusmodi, quæ solidam habent veritatem, fidelibus si proposueris, per verbum prædicationis atque doctrinæ, cōprobaberis bonus & fidelis minister Christi Iesu, *c* qui ab infantia institutus es in sacris literis, veram fidem continentibus, atque doctrinam veram, quam tu semper, sicuti sectatus es auidè, ita & verè affectus es. *d* Impias autem, atque prophanas infidelium siue etiam superfluas, & ridiculas, fabulosasque doctrinas ne secteris. *e* Exercitare autem sedulò in studiis atque operibus pietatis, vt illam perfectè consequaris. *f* Nam corporalis exercitatio, licet simul etiam bona sit, tamen ad modicum inducit: id est, ad corporis edomationè, vt spiritui non fiat repugnās. *g* Pietas verò qua interius deus colitur & possidetur, modis omnibus omnem habet vtilitatem: pro qua re promittitur, & in præsentī vita gratia dei animam viuificans, & in futuro vita gloriæ sempiterna. *h* Fide dignus est sermo ille quem de pietate modò dixim⁹, & omni acceptione dignissimus. *i* Nam & nos ipsi propter pietatis amorè, & labores perpetimur, & hominum cōiuitia: propterea quòd speremus & credamus in deū viuum. *k* quem scimus esse omnium hominū, quātūm quidem ex ipso est, saluatorem: cuius passionis virtus sufficiens, foret ad omnium peccata tollenda, omnesque vita donādos. *l* Tamen peculiariter est fidelium saluator, ad quos saluationis eius effectus deueniet à quo erunt increduli
- b* *Hęc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu,*
- c* *enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam affectus es.*
- d* *Ineptas autem & aniles fabulas deuita:*
- e* *exerce autem te ipsum ad pietatem.*
- f* *Nam corporalis exercitatio, ad modicū vtilis est,*
- g* *pietas autem ad omnia vtilis est, promissionē habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.*
- h* *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.*
- i* *In hoc enim laboram⁹, & maledicimur: quia speramus in deum viuum,*
- k* *qui est saluator omnium hominum.*
- l* *maximè fidelium.*

duli alieni. a Hæc atque huiusmodi sunt, quæ te oportet cum imperio & autoritate denun-
 tiare, atque docere: b Vide autem, vt sic probata sit cõuersatio tua, & doctrina tam efficax, vt nemo te propter ætatem adolescentiæ contemnendum ducat. c Debes enim te exhibere aliis, in exẽplum & formam bene viuendi, tam in verbo quàm in cõuersatione in charitatis operibus, in spiritus virtute, in fidei synceritate, atque in omni vitæ puritate: vt suppleat perfectio vitæ, quod deest ætati. d Donec ad te veniam, vacabis, partim lectioni scripturarum sanctarum, partim exhortationi & doctrinæ. e Ne permittas ociosum esse talentum tuum, & donum quod à deo accepisti per impositionem manuum episcopaliū, quas tibi autoritate episcopali imposui, ad cõsecrationem attestatibus iis quibus prophetiæ donum inerat in ecclesia, te ordinatione dignum, & fidelem fore ministrũ. f Hæc tibi sunt meditanda, vt in illis exerciteris: his tibi est in sistendum, vt tuus profectus fiat omnibus manifestus, quoniam in exẽplum positus es. g Attende enim primum tibi, vt te ipsum in vita bene componas, deinde vt ceteros doceas. h Atque in his diligenter permaneto. Hoc enim faciens, & tibi ipsi, & auditoribus salutem comparabis.

ELUCIDATIO CAP. V.

S^a Eniores, si admonendi erunt aut corrigendi, non feries acrioribus obiurgationibus, sed propter ætatis reuerentiam, magis vt patres cum mansuetudine obsecrabis: nisi aliud forte mereatur eorum inueterata nequitia aut obstinata peruersitas. b Iuniores vt fratres adhortaberis: Et mulieres quidem gradatim, vt matres: Adolescentiores autem, vt sorores cum omni puritate, vt sit procul omnis mala suspicio. c Viduas honora quæ sunt verè viduæ, tam ætate, quàm moribus, habe in honore. d Quod si qua vidua filios habet, aut de suo

a præcipe hæc, & doce.
 b Nemo adolescentiam tuam contemnat:

c sed esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.

d Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.

e Noli negligere gratiã quæ in te est, quia data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbiteri.

f Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus.

g Attende enim tibi & doctrinam: in ista in illu.

h Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

TEXT. CAP. V.

a Seniores ne increpaue-
 ris, sed obsecra vt patres.

b iuuenes, vt fratres: a-
 nus, vt matres: iuueniculas,
 vt sorores in omni casti-
 tate.

c Viduas honora, quæ ue-
 rè viduæ sunt.

d Signa autem vidua fi-
 lios aut nepotes habet,

EPIST. I. AD TIMOT.

a discat primim domum suam vegere, & mutuam vicem reddere parētibus:

b hoc enim acceptum est coram deo.

c Quæ autē verē vidua est & desolata, speret in deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die.

d Nā quæ in deliciis est, viuens mortua est.

e Et hoc præcipe, vt irreprensibiles sint.

f Siquis autē suorum, & maximē domesticorū, curā nō habet, fidē negauit, & est infideli deterior.

g Vidua eligatur nō minus sexaginta annorum,

h quæ fuerit vnus viri vxor, in operib⁹ bonis test. munium habens:

genere nepotes, quorum cura spectat ad ipsam: huiusmodi, ne prætextu viduitatis velit familiam suam derelinquere: a sed studeat cum omni diligētia familiam colere: piēque administrare, & parētibus suis reddere vicissitudinem: sic alendo suos liberos, quomodo ipsa à suis est enutrita progenitoribus. b Nam hoc naturalis honestas dicitur & est placitum deo magis, quàm si prætextu viduitatis curā desereret familiæ, cui ipsa est necessaria. c Illa autem quæ est penitus vidua & solitaria prorsus, omnique etiam liberorum & familiæ solatio carens, nec habens in hoc mundo subsidium, & iacet illa spem suam in dominum, & omni cura deposita studeat assiduè deo seruire nocte atque die orationi vigilādo. Atque huic de victu necessario prouidebitur, per ecclesiam, & episcopum eius dispensatorem. d Nam quæ prætextu viduitatis otio vacat, & delicias sectantur, etiam viuentes mortuæ sunt. Carne enim mūdo viuunt, & spiritu mortuæ sunt deo. e Atque hoc illis denuntia fideliter, vt se exhibeant irreprensibiles, ne tale quid possit aduersus ipsas obici. Alioquin, indignæ fuerint beneficio ecclesiasticæ sustentationis. Nequaquam verò vidua, occasione vidualis huius professionis, debet curam abicere familiæ, aut domus suæ, donec ei est necessaria. f Si quis enim eorū quæ ad curam suam spectant, & præcipuè qui de domo & familia sua sunt, curam habere recusat, fidem ille factō huiusmodi abnegat, & hac parte etiam in fidelibus deterior est. Nam Ethnici, naturali edocti pietate suorum curam non solent deserere. g Vt autem vidua eligatur digna ecclesiastica sustentatione: primum prospiciatur, ne sit intra annum sexagesimum, deinde perquiratur diligenter, an conuersatio eius digna sit beneficio ecclesiæ. Id autem poterit cognosci ex cōuersatione pristina: h Nempe si vxor fuerit vnus tantum viri, vt amore continentæ

secundas nuptias respuerit, si testimonium habeat de bona conuersatione, ab iis cum quibus ipsa est conuersata, a si filios suos comprobatur rectè aduicasse, in timore & disciplina domini, b si solita est hospitio sanctos & fideles recipere, si sanctorum pedes lauare aduetationum, aut alia id genus hospitalitatis ac benignitatis obsequia, studuit exercere, c si pro virili tribulatis studuit, vel re, vel ministerio, succurrere, si denique omni operi bono fuerit assiduè intenta. d Viduas autem quæ & ætate fuerint, & morù inconstantia, leuitatèque animi adolefcētiore, deuitabis, reuens huiusmodi ad ecclesiasticā sustentationem, & vidualem professionem recipere. In nonnullis enim iam expertū est, non expedire, vt illæ in quibus iuuenilis adhuc feruor inest libidinis, & morum leuitas ad ocium recipiatur ecclesiæ. e Nam postquam cœperint, præ delitiis & ocio, aduersus Christum lasciuire: hoc est, professionis suæ pœnitentiam habere, & spon si Christi tædere: tum rursus desiderant nuptias, quas prius per professionem viduitatis deuouerant, f obnoxia hac de causa damnationi æternæ: quoniam primâ fidem, qua Christo se spōso deuouerant, ruperunt, quærètes secūdas nuptias. g Insuper etiam in ocio viuētes eo quòd ecclesiæ opibus enuntiantur, cum orationi deberent insistere, student circumire per domos aliorum: h non solùm ociose, sed verbis etiam superfluis abundantibus, & curiosè omnia perquirètes: loquentes sapius quæ loqui non decet, vt puta vel detractoria, vel secularia, quæ illarum conditio non patitur. i Ob hæc deuitâda, permitto quidem & magis volo, vt nubât iuniores, in quibus viget vis ista libidinis, & morum leuitas, vtq; filios procreent, & familiam curēt, cum diligentia: k vt sic ocio excluso suis rebus vacâtes auferât aduersariis omnē occasionē maledicendi, siue malè loquendi. Istud autē permitto & ma-

a si filios educauerit,

b si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit,

c si tribulationē patiētibus ministravit, si omne opus bonū subsequuta est.

d Adolefcētiore autem viduas deuita.

e Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt,

f habētes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt:

g simul autem & otiose discunt circuire domos:

h nō solùm otiosa, sed & verbose & curiose, loquentes quæ non oportet.

i Volo autē iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse:

k nullam occasionem dare aduersario maledicendi gratia.

a *Iam enim quædam conuerse sunt retrò post satanam.*

b *Siquis fidelis habet viduas, subministret illis, vt non grauetur ecclesia: vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat.*

c *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur:*

d *maximè qui laborât in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti: & dignus est operarius mercede sua.*

e *Aduersus presbyterû accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.*

f *Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri timorem habeant.*

g *Testor coram deo & Christo Iesu, & electis angelis eius, vt hæc custodias sine præiudicio nihil faciens in alteram partem declinando.*

h *Manus citò nemini imposeris:*

i *neque communicaueris peccatis alienis*

k *Teipsum castû custodi.*

gis volo propter euitadum grâde malum, quod in aliquibus persensit. a Iam enim quædam auerſe à Christo, hæc de causâ sequuntur diaboli cõsilia, vt iuis desideris satisfaciât. Et quam supra diximus, viduas verè viduas ecclesiæ opibus sustentandas: b tamen fideles habentes viduas in domo vel familia sua, ad quas obligentur & sufficiant sustentandas, subministrent earû necessitati, vt nõ oneretur nimium ecclesia, in alendis iis quæ meritò deberent & possent aliunde sustetari: vt satis sit, vnde prouideatur iis quæ sunt penitus viduæ, & prorsus relicta, omni adiutorio humano carètes. c Presbyteros, qui suæ prelationis officium administrât vt debent, oportet duplici honore afficere: non modò reuerentiæ signa prætendendo, sed etiâ præbendo necessaria. d Peculiaris autè hoc illi promeretur qui laborât in verbo dei, alios docendo iuxta veteris scripturæ sententiã, quæ laboranti boui iubet nõ denegari victui necessaria. Et iuxta Christi verbum dignus est omnis operarius mercede sua. e Aduersus presbyterû, noli accusationem recipere nisi duobus aut tribus testibus accusatio cõfirmetur. f Peccates obstinatè in malitia sua, qui priuatâ correctione parui æstimât, aut publicis maculatos peccatis, p quos scâdalizari possunt alij, argue in cõspectu omnium vt ceteri timeât, & qui in iisdè sunt peccatis, vt pœniteant, & qui in iisdè non sunt, vt caueât diligētius, ne in ea incidât. g Præcipio tibi, testè inuocâs deû patrè, & Christû filiû eius, & sanctos angelos eius: vt hæc quæ præcipe tibi custodias, sine debita & diligētè ditudicatione præuia nihil facièdo, aut definièdo, sic vt in alterâ partè, omisâ iustitia deslectas propter partiales sollicitationes. h Nemini citò manus imposeris vel ad ordinadû, vel ad absoluèdum, vel ad condemnadû, antequâ idoneitas aut causâ fuerit bene perfecta. i Alioqui facilè particeps eris alienorû peccatorum. k Teipsum stude in

omnibus purū seruare & immaculatū. a Noli amplius aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachi tui debilitatē, & cōtinuā malam valetudinē tuā, quā pateris. b Quorūdam hominū peccata, per se prāmanifesta sunt, vt se cundū ea facilē possit iudicari digni sint an indigni, rei aut innocētes, absoluedi aut puniēdi. c Quorūdam verō peccata, latēt quidē nūc, sed in futuro patebūt: de quibus licet nō possit humanū iudiciū iudicare, dei tamē iudiciū illa iudicabit. d Similiter est in bonis operibus. Quorundā enim bona opera, sunt etiā nūc manifesta hominibus, & quæ aliter se habēt (id est, quæ nunc latent) nihilominus suo tēpore, in iudicio dei erunt manifesta, & latere non poterunt.

ELUCIDATIO CAP. VI.

TEXT. CAP. VI.

S^a Erui qui seruitutis iugo sunt astricti, temporales suos dominos, tametsi infideles, habeat ex animo in omni honore, b ne nomen domini & doctrina Christiana sustineat calumniā, si viderint domini, prætextu Christianitatis, à seruis suis se contēni. c Qui autē habēt dominos similiter Christianos: ne ideo putēt cōtēnendos, minūsq; reuerēdos, quia fratres sunt in Christo: d sed eo magis seruiāt eis, quod fideles sunt, & meritō diligēdi: e quoniā serui dominorū suorū beneficia percipiunt, à quibus necessāria suscipiūt. f Hæc faciēda & obseruāda doce, atq; vt faciāt opere, exhortare. g Si quis cōtrariū docet, & sanis verisq; sermonib⁹, quos ego tanquā à domino nostro Iesu Christo sum eloquutus, & doctrinæ Christianæ quæ est doctrina secundū pietatē (fidei innitēs non rationibus) neq; credit neq; obtēperat: hic superbia inflatus est, nihil vere sciēs, quoniā modum sciēdi ignorat: h sed totus lāquidus, hæret circa quæstiones malas, de omnib⁹ dubitās, & circa verbosas lites, & contentiosas disputationes. i Ex quibus exoriuntur inuidiæ aduersum defensores pietatis, & in ore cōtentio, nōnunquā

a Quicūq; sunt subiugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitretur, b ne nomen domini & doctrina blasphemetur. c Qui autē fideles habēt dominos, non cōtēnant: quia fratres sunt, d sed magis seruiāt, quia fideles sunt & dilecti: e quia beneficij participes sunt. f Hæc doce & exhortare. g Siquis contrariū docet, & nō acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū pietatē est, doctrina, superbus est, n. hil sciens, h sed languēs circa quæstiones & pugnas verborū. i Ex quibus oriuntur inuidiæ, contēntiones, blasphemæ.

miæ, suspiciones malæ, cõ
suctationes hominũ mête
corruptioram, & qui à ve
ritate priuati sunt,
æ existimãtium quæsum
esse pietatem.

b Est autem quæstus ma
gnus, pietas cũ sufficiẽtia.
c Nihil enim intulimus
in hunc mundum, haud
dubium quod nec auferre
possumus.

d Habentes autem ali
menta & quibus rega
mur, his contenti simus.

e Nã qui volunt diuites
fieri, incidũt in tentationẽ
& in laqueũ diaboli, &
desideria multa & inuti
lia & nocua, quæ mergũt
homines in interitum
& perditionem.

f Radix enim omniũ ma
lorũ est cupiditas: quam
quidem appetẽtes, erraue
rũt à fide, & in seruiunt
se doloribus multis.

g Tu autem, ò homo dei,
hac fuge: sectare verò iu
stitiã, pietatẽ, fidẽ, charita
tẽ, pauertã mãsuetudinẽ.

h Certa bonum certamẽ
fidei, & apprehende vi
tam æternam,
i in qua vocatus es, & cõ
fessus bonã confessionem
coram multis testibus.

& aperta cõuitia, & frequẽter suspiciones malæ
aduersus bonos, & prauẽ cõsuctationes infecti
uæ auditorũ: quibus agit homines illi mête pe
nitus corrupti, q̄ veritatẽ perdidẽrũt, a qui pie
tatẽ reputãt quẽstũ esse, ex pietatis simulatione
quæstui & lucro, vel pecuniæ vel vanæ gloriæ
vacãtes, Atq; illud (nẽpe quẽstũ esse pietatẽ) vt
cũque verũ est, sed nõ quomodo ipsi existimãt.

b Est enim magnũ lucrũ & p̄ maximis diuitiis
vera pietas, cõtenta iis quẽ sufficiãt necessitati.
c Nam de superfluis quid curandũ est? Nihil in
hũc mundũ intulimus: sine dubio neq; aliquid
inde nobiscũ auferemus. vnde patet, nobis nisi
vsum eorũ quæ sunt in hoc mũdo, nõ esse con
cessum, nullũ autẽ stabile dominiũ. d Habẽtes
autẽ alimenta & tegumẽta, nihil vltra requiri
mus, sed cõtenti esse volumus. e Qui verò la
xãtes habenas cupiditati, quærũt quomocun
que diuites fieri, plurimis se periculis exponũt,
incidũtq; in tẽtationes plurimas, quib⁹ ad pec
cata varia sollicitãtur, & in laqueũ diaboli, vt in
peccatis irretiãtur, & in multa desideria super
flua atq; etiã saluti noxia, quæ homines dedu
cũt in mortẽ & dãnationẽ æternã. f Est enim
cupiditas diuitiarũ, radix quædam, vnde solent
omnis generis peccata pullulare. Cui cupidita
ti quidã obsequi volẽtes, eãmq; insequẽtes ab
erratũt à fide, & seipsos multis intricauerũt do
loribus, propter auaritiã. g Te autẽ oportet ò
ferue dei, ab huiuscemodi elongari. atq; omni
studio cõtraria persequi, nẽpe iustitiã, pietatẽ, fi
dẽ rectã, charitatẽ, patiẽtiã, mãsuetudinẽ. h Vi
riliter agendũ est certandũq; tibi, in negotio
fidei: & spem tene firmã vitæ æternæ, vt tãdem
eam cõprehẽdas, i ad quã te haud dubiẽ deus
vocauit, & propter quam cõsequendã audacter
predicasti veram Christianæ fidei cõfessionem:
non in angulo, sed coram plurimis astantibus
auditoribus, qui possint testificari de veritate
confessionis tuæ: vt verò crescat tibi salutaris
obediẽtię meritũ, & magis habeas impressum

animo quod tui est officij, a præcipio tibi, teste inuocās deū, qui omnibus dat vitā, & Christum Iesum, qui corā Pilato iudice assisistens, cōfessus est bonā veritatis cōfessionem, & non negauit, dicēs se esse & regē & verū filiū dei, vt erat nihil mortis periculo à veritate deuians. b Præcipio, inquam, tibi, vt custodias mandatū omne quod accepisti per me à domino, sic vt eius trāfgressione nec maculatus inueniaris in nouissimo, nec meritō reprehēnsibilis, vsque ad aduentū domini nostri Iesu Christi. c **Quem** Christū siue quem Christi aduentū, suo tepore manifestē demōstrabit deus, sua essentia æternaliter beat⁹, & solus per se potēs, rex super omnes reges, & super omnes dominantes ipse præcellentior, vniuersalis omniū dominus: d qui solus habet ex sua natura, vt sit immortalis, qui est in maiestate sua sic absconditus, vt nemo possit ad ipsū perfectē cōprehēdendū accedere, e quē nemo hominū vidit vnquā: imō nec videre potest in vita manēs, oculis carnis, neq. oculis mētis cōprehēdere poterit. Cui est honor & imperialis potestas in sempiternum, Amen. f **Iis** autē qui sunt in hoc mūdo diuites, vt pcf sint sine peccato, & cum fructū animæ vt diuitiis, præcipe vt non exaltētur, neque superbiant propter diuitias, neq. spem aut cor apponāt instabilitati diuitiarum: g sed vt spem & cor apponant deo viuo, qui largitur generi humano cuncta necessaria copiosē, ad refecionem & consolationem necessitatis nostræ. h Præcipe, inquam, vt ex suis diuitiis sumāt sibi materiam beneficiendi, i vt studeāt magis operibus bonis abundare, vt faciles sint in distribuendo egenis, sint communes atque sociales, pauperes nō aspernātes, k cōgregātes sibi cumulū bonorū operū, vt fundamentū, super quo possit ædificari à deo plenitudo gloriæ vt tandē assequantur verā & æternā vitam. l **O** Timothee (iterū te moneo) depositū omne quod tibi deus

a Præcipio tibi corā deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testis omnium reddidit sub Pōtio Pilato, bonam cōfessionē:

b vt serues mandatū sine macula, irreprehensibile vsque in aduentū domini nostri Iesu Christi:

c quem suis temporibus ostēdet beatus & solus potens rex regum, & dominus dominantium:

d qui solus habet immortalitatem & lucem inhabitat inaccessibilem,

e quem nullus hominū vidit, sed nec videre potest, cui est honor & imperiū sempiternum. Amen.

f Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimē sperare, neque sperare in incerto diuitiarum:

g sed i deo viuo, qui præstat nobis omnia abundē ad fruendum,

h bene agere, i diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare,

k thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

l O Timothee, depositū

ARGUMENTVM IN

custodi, deuitās pphanas commēdauit & credidit, diligenter custodi, fu-
uocū nouitates, & opposi giens prophanas uocū nouitates, quæ sunt no-
tionēs falsi nominis scien- ua fallitatis dogmata conficta, & oppositiones
tia, atque obiectiones scientiæ mundanæ, quæ fal-
a quam quidā promittē- so nomen sibi vsurpant scientiæ, a quam non-
tes circa fidem exciderūt. nulli sequentes atque profitentes, à fide exci-
b Gratia tecum. Amen. derunt. b Gratia tecum, Amen.

FINIS.

*Finis Elucidationis in epistolam priorem ad
 Timotheum, beati Pauli apostoli.*

✠ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM in epistolam ad Timotheum posteriorem beati Pauli apostoli.

S

Cripfit Apostolus in carcere constitutus, imminente iam Agone martyrij (vt videtur ex capite quarto) secundam hanc ad Timotheū epistolā. In qua primū cōmendata fidei eius sinceritate, quæ & in auia illius & in matre eadem fuerat, admonet eūdem, gratiā per impositionem manū episcopaliū acceptā non negligere, propter spiritū sanctū amoris, qui datus est nobis, neque testimoniū erubescere cōfessionis Christi & dei, qui nos ex vera sua liberalitate & gratia nullis nostris preuentibus meritis, sua sancta uocatione dignatus est: quæ quidem gratia ab æterno fuit præordinata, sed in tēpore isto nouissimo nūc primū fuit in opere exhibita, per Christi mortē destruētis, operationē, atque manifestata per euāgelij prædicationē, pro quo (cū sit à deo Gētium ordinatus apostolus) nihil pati erubescit, sciēs potētē esse ad remunerationē, illum pro quo laborat & patitur. Ipsum quoque Timotheū monet, depositū custodire, & recti dogmatis Christiani formā tenere, eoque attētius, quōd nūc in tribulationibus istis plurimi Asianorū scādalizati, ab eo defecissent, quorum duos cōmemorat nominatim, Phygelum & Hermogenē. Onesiphoro autē eiusq; familiæ, pro beneficiis, & olim & etiā nūc in captiuitate sibi exhibitis, bona precatur apud deum. Capite verō secūdo, cōfortari eum iubet in gratia dei, & quasi militem bonum Christi, atq; fidelem agricolam, strenuē agere, diligentēque esse iubet in negotio Christi, secularibus omnibus abiectis negotiis: vt sic & legitimē certando coronā, & pro agricolatione fideli fructū percipiat æternæ retributionis. Quo autem magis corroboretur in spiritu Christi eum memorē esse iubet: qui per passionē ad resurrectionis glo-

riam peruenire promeruit, iuxta euangelium suum quod prædicat, pro quo dura & grauiam pati nihil formidat, propter electorum salutem: & quia si cõmorimur, cõregnabimus, eo quod fidelis sit dominus, qui seipsum negare non potest. Atque huiusmodi, quæ sunt vtilia docere præcipit, fugiendo contentiones verborum inutiles: vtque seipsum exhibeat coram deo operatorem incõfusibilem, hominum hæreticorum falsa dogmata deuittando, quæ vt cancer serpūt ad impietatem promouendam. Firmum tamen stare dicit fundamentum sanctæ Christianæ fidei, diuina prouidentia & liberi arbitrij cooperatione obfirmatum: quanquam nonnulli reperiuntur minus probati & minus integri in ecclesia, quomodo in magna domo etiã vilia sunt vascula, lignea & fictilia. Spes tamen dat etiam huiusmodi, vt se emudando fieri possint vasa honoris, & domino sanctificata. Iterumque monet discipulum, vt quæ virtutis sunt studiose sectetur, iuuenilia fugies desideria, stultasque ac ineruditas quaestiones, ex quibus non nisi lites oriuntur: quæ seruo dei non cõpetunt, sed magis mansuetudo & erga errantes bona instructio, & patiens correptio, si forte ad pœnitentiam eos queat ex diaboli laqueis educere. Capite autem tertio de iisdem, de quibus in priori epistola dixerat, veteris seductoris, sermonem replicat, eorum hypocrisim & malitiam egregie describens: quos, eo quod veritati resistēt, asserit cõfundendos, quomodo olim magi Pharaonis veritati resistentes, cõfusi sunt. Ipsum verò Timotheum suam doctrinam & institutionem morum assequutum, ad passionem quales ipse pro Christo pertulit Iconij & Lystris & plerisque; alius in locis, hortatur, vtque obstinatis in sua obstinatione relictis, ipse in iis quæ credidit permaneat, quorum veritatem ex sacris literis, quas à puero didicit, possit habere cõpertam. Cuius occasione, scripturæ sanctæ multimodam vtilitatem, commemorat. Quarto autem capitulo, coram deo illi obtestatur: vt opportunè, importunè, arguat, obsecret, & omni instet diligentia, dum tempus est priusquam illa nouissima tempora prædicta adueniant: quãdo non veritatem, sed placetia audire volent seculi illius homines: sui que agonis, cursus, & militiæ finem prædicēs, hortatur suo exemplo discipulum, vt ad coronam festinet, quã iustus iudex omnibus diligentibus se est redditurus. Post hoc eum ad se quãtotius venire iubēs ante hyemen, & alia quedam familiaria de diuersis discipulis, quos ad diuersa loca dimisit, ac de Alexandri ærarij malis machinationibus, & solius dei in sua defensione assistentia, per quam se gloriatur liberatum omni opere malo, & saluandum per corporis mortem, palma martyrij in regnum cæleste, pertractat, atque ita adiunctis familiaribus nonnullis salutationibus, terminat epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLA
secundam ad Timotheum.

TEXTVS EPI- ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAE AD TI- STOLAM AD TIMOTHEVM POSTE-
motheum posterioris, riorem beati Pauli apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.

P^aulus Apostolus Iesu Christi per uoluntate dei secundum promissionem uitae, quae est in Christo Iesu Timotheo charissimo filio.

b Gratia & misericordia & pax à deo patre nostro, & Christo Iesu domino nostro.

c Gratias ago deo meo cui seruiò à progenitoribus meis in conscientia pura, & sine intermissione habeo tui memoriam in orationibus meis nocte & die desideras te videre, memor lachrymarum tuarum, d vt gaudio implear recordatione accipiens eius fidei, quae est in te non ficta, e quae habitauit primò in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te.

f Propter quam causam admonéo te, vt resuscites gratiam dei quae est in te per impositionem manuum mearum.

g Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.

h Noli erubescere testi-



a AVLVS Apostolus Iesu Christi ex diuina uoluntate, ad euangelizandum uitam aeternam, fidelibus re-promissam in Christo Iesu, scribit Timotheo filio uerè dilecto. **b** Sit tibi gratia, & misericordia & pax à deo patre, & Christo Iesu domino nostro. **c** Gratias ago deo meo, cui quemadmodum progenitores mei seruierunt, ita & ego seruiò in conscientia pura: quòd indefinenter sim tui memor in orationibus meis assidue, pariter desideras & te in carne uidere, dum in memoriam ueniunt mihi lachrymae tuae, quas à te abscedens, propter nimiam mei dilectionem, te conspexi effundere: **d** ut necesse sit impleri gaudio, quoties ex istis tuis lachrymis recordor illam integram & non simulatam fidem quam in Christo habes: **e** quae etiam prius in auia tua Loide & matre tua Eunice firma fuit. Neque dubito quin & in te nunc eadem sic habitat.

f Propter quam causam, comonefaciens admonéo te, ut donum illud & munus apostolicum, quod per impositionem manuum mearum suscepisti, non finas extingui ocio aut negligentia, sed per diligens exercitium & sedulum, resuscita atque innoua, ut quotidianis crescas profectibus. **g** Spiritus enim ille quae nobis dedit deus non est talis: ut timidos nos aut tardos, vel efficiat, vel esse sinat: sed ipse est spiritus uirtutis, qui nos robustos faciat, ut nihil formidemus aduersi: per quem & dilectionem consequimur, & sobrietatem, quae est debita in omnibus temperantia. **h** Tali igitur spiritus uirtute confortatus, ne erubescas sanctae fidei Christianae confessionem,

neq; te pudeat captiuitatis meæ, quæ magis tibi est gloria ducenda. a Imò verò, etiã ad malorũ tolerantiã labora mecũ afsiduus, in euãgelij negotio: b secundũ illã dei virtutẽ, qua te spiritus corroborauit. Qui sanè deus (vt sciamus nos obligatos ad fideliter agendũ pro nomine eius) liberauit nos à mortis imperio: deinde & vocauit sancta sua vocatione, ad cognitionem fidei. c Neq; hæc ex merito operũ nostrorũ quasi fuerit debitor nobis deus: sed iuxta beneplacitũ voluntatis suæ, & secundũ gratiã suã: d quæ quidẽ data est & promissa, atq; præordinata nobis per Christũ, in æternitate ante secula: nũc verò tandem cõpleta apparuit, & manifesta facta est, per hoc quod illuxit nobis saluator mũdi Christus Iesus: qui & mortis destruxit imperiũ & illucescere fecit siue regnare, vitã & immortalitatem e atq; id quidẽ per euãgeliũ suũ, ad cuius ministeriũ me deus vocãdo cõstituit prædicatorẽ & apostolũ & peculiariter Gentiũ doctorẽ. f Ob quã causã etiã has afflictiones & vincula patior, tametsi de his non erubescam quæ mihi ex hoc officio obveniunt. g Ego enim noui, quis ille sit cui crediderim, nec de eius aut potentia, aut fidelitate, quicquã hæsito. Et hoc scio firmissimè, quòd is cui credidi vocanti, potens est, quicquid in manus eius cõmendauero: seruare in tuto, vsq; in nouissimũ iudicij diẽ. h Sint tibi velut forma, siue exẽplum, in docẽdo, atque viuẽdo, sermones illi veraces & recti, quos à me didicisti in fide recta, cũ operãte charitate, quæ est in Christo Iesu. i Illud bonum depositum, quod est tibi cõmissum, nepe munus euãgelicũ custodi per spiritũ sanctũ, qui in nobis inhabitat. Ille, enim est, qui & apud nos dona deponit, & ad deposita seruãda nobis auxiliatur. k Crede enim scire te, quẽadmodũ Asia in penè omnes, qui vjdebãtur mihi adhẽsisse à me abscesse rint: ex quorũ numero sũt, Phylgel⁹, & Hermogenes. Quo magis te eniti oportet vt fideliter

monii domini nostri, neq; me vincuntur eius:

a sed collabora euãgelio, b secundũ virtutẽ dei qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta:

c non secundũ opera nostra, sed secundũ propositum suum & gratiam,

d quæ data est nobis in Christo Iesu, ante rẽponsa

secularia: manifestata est autẽ nũc per illuminationem

saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidẽ mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem,

e per euangelium, in quo positus sum ego prædicator & apostolus, & magister Gentium.

f Ob quam causã etiã hæc patior, sed non confundor.

g Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.

h Formam habe sanorũ verborum, quæ à me audisti, in fide & dilectione in Christo Iesu.

i Bonum depositum custodi per spiritũ sanctum, qui habitat in nobis.

k Scis enim hoc, quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Philetus & Hermogenes.

a Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, sollicitè me quaesivit, & inuenit.

b Det illi dominus inuenire misericordiam à deo in illa die.

c Et quanta Ephesi ministraverunt mihi, tu melius nosti.

TEXT. CAP. II.

a Tu ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu.

b Et quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmẽda fidelib⁹ hominib⁹ qui idonei erunt & alios docere.

c Labora sicut bonus miles Christi Iesu.

d Nemo militans deo, implicet se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit.

e Nã & qui certat in agone, nõ coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.

f Laboratẽm agricolam oportet primũ de fructibus accipere.

g Intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

h Memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David:

agas, quum pauci sint veri fidelésque operarij, a Faciat dominus misericordiam cũ Onesiphori familia, quia sæpius me consolationibus suis recreavit & captiuitatẽ meam non modò non erubuit, sed Romæ existẽs sollicitè me requisivit, egitq; diligẽter, vt pateret sibi ad me accessus, & inuenit quẽ quaesivit. b Reddat illi dominus vicissitudinẽ vt inueniat apud se misericordiam, in die retributionis. c Neque enim modò cœpit benefacere, qui multa mihi & magna ministeria Ephesi sæpius exhibuit, vt tu optimè nosti.

ELUCIDATIO CAP. II.

T^a V igitur fili mi quò pauciores vides fideles operarios, eò magis corroborare vt fortiter agas, per gratiã Christi. b Et quæ audisti ex me, palam corã omnibus prædicatẽ, hæc ipsã veritatis dogmata doce alios fideles & fide dignos, qui ea populo valeãt prædicare latiusq; disseminare: c labora, ac sustine, tan quã miles strenuus Christi Iesu. d Quisquis sectator bonus vult esse militiæ, potissimum Christianæ, necesse est vt à curis atq; negotiis huius vitæ sese expediat, vt illi totus placere studeat, cui⁹ se militiæ addixit, & à quo ad militadũ est suscept⁹. e Itẽ & q in certamine publico decertat, non merebitur brauiũ accipere nisi vt oportet, iuxta certaminis leges, decertauerit, nihil omittẽs eorũ quæ sunt requisita, nullisq; parcẽs laborib⁹. f Et agricolã laborasse oportet, prius quã fructus percipiat, qui post labores solatium accipit fructuum. g Quæ tibi per similitudines dico, ad intelligẽtiam debes moralẽ transferre. Dabit autẽ tibi, vt spero, dominus cui militas intellectũ plenum in omnibus, quæ tibi ac tuis erũt necessaria. h Ne autem te certamina laborũ deterreãt, in memoriam subinde reuocet velim, quemadmodum dominus noster Iesus Christus, deuicta mortis molestia, ad vitam gloriosus resurrexit, qui erat ex progenie Da-

uid, a iuxta euangelium, quod ego prædico: *a secundum euangelium propter quod & laboro, grauiam sustinens, vsq; ad vincula quibus sum alligatus, quasi malefactor aut sceleratus: b* quanquã verbũ domini ligari non queat manũ liberũ, & pertrãsiens in vniuersum orbẽ terrarũ. *c* Cuius gratia omnia quæcũque deo permittente obuenire possunt, *c Ideo omnia sustineo pro paratus sum sufferre, ad vtilitatem electorũ: vt quos elegit ipse, cõsequantur salutẽ, quã Christus peperit omnibus credẽtibus, cũ gloria sempiterna quæ reuelabitur in cælis. d* Sermo hic fide dignus est. Si enim in hac vita fuerimus cũ Christo mortificati a desideriis concupiscentiæ nostræ, suo tẽpore pariter cum eo glorificabimur, atq; regnabimus. *e* Si nũc negauerimus eum infideli cogitatione, verbo, aut peruerso opere, & ille nos nolet agnoscere in nouissimo opere, & ille nos nolet agnoscere in nouissimo opere, *e si negauerimus, & ille negabit nos.*

f Si nos increduli & inobediẽtes fuerimus, permanet nihilominus ille firmus: & in se & in verbis quæ semel definiuit, neque cõtra id quod semel definiuit poterit facere, cùm sententiã protulit dicẽs: *Qui non crediderit, cõdemnabitur, vt certus sit de sua damnatione, quisquis modò in eum credere recusãt. g* Hæc atq; huiusmodi sunt quæ te oportet admonere populum, atque cum autoritate proponere, velut deo teste ac iudice. *h* Caue autẽ cõtendas verbis cum infidelibus & importunis hominibus. *i* Hoc enim nihil adfert vilitatis: imò auditoribus fidem subuertit nõnunquã. *k* Omni autẽ cura admittere, vt te ipsum exhibeas deo probatũ & beneplacẽtem, in operibus tuis incõfusable, vt de nullo opere tuo possis iure cõfundi, rectẽ administrãtem, atq; pro cuiusq; captu distribuẽtem verbũ veritatis. *l* Prophana autẽ & vana cõficta dogmata repellas. *m* Nam si admissa fuerint & non statim repudientur, excrescent quãtotius ad ampliorem impietatem, *n* & sermo huiusmodi vanissimorũ hominum, admodum morbi, qui cãcer vulgo dicitur, se spargẽs

a *meum, in quo laboro vsq; ad vincula, quasi maleoperans,*
b *sed verbum dei non est alligatum.*
c *Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Iesu cũ gloria caelesti.*
d *fidelis sermo. Nam si cõmortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus & conregnabimus,*
e *si negauerimus, & ille negabit nos.*
f *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest.*
g *Hæc commune, testificans coram domino.*
h *Noli contẽdere verbis: i ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.*
k *Sollicitẽ autẽ cura te ipsum probabile exhibere deo operarium inconfusibile, rectẽ tractantem verbum veritatis.*
l *Prophana autem & vaniloquia deuota.*
m *Multũ enim proficiunt ad impietatem:*
n *& sermo eorũ vt cancer serpit.*

a Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionē esse iam factam,

b & subuerterunt quorundam fidem.

c Sed firmum fundamentum dei stat,

d habēs signaculum hoc,

e Cognouit dominus qui sunt eius:

f & discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.

g In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia.

h Et quaedā quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam.

i Siquis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile domino ad omne opus bonum paratum.

latius, etiam sanos in fide inficit atq; corrūpit, si nō adhibeatur debite redargutionis remediū. a De quorū numero sunt Hymeneus & Philetus: qui à veritate deuiarūt, asserētes non expectādā esse vltiorē ex mortuis resurrectionē prāter eam quę facta est in iis qui cum Christo surrexerūt, aut prāter spirituale resurrectionē, qua per fidem credentes in Christū resurgunt.

b Atq; his nouis vanitatibus, quorūdam vanorum hominū fidē iam subuerterunt. Qui enim sic à fide facilē excidūt, firmi non fuerut. c In electis autem dei stat firma fides, velut fundamentū ecclesię, super quā deus suam ecclesiam ædificauit, d & velut desculptum habet in se fundamentū illud, huiuscemodi signaculū, quo & cōsignatur & cōfirmatur. e Cognouit suos dominus, & respectum habet ad eos, vt impleat in eis prædestinationē suam, f & ab iniquitate recedit, omnis qui cōfitemetur & inuocat de puro corde, & fide perfecta, nomen domini. Respectus enim diuinę bonitatis, liberi arbitrij per gratiam cooperatio, quorū alterū in prima signaculi parte, alterū in posteriori, cōfirmāt atque stabilīūt semper electos & velut certificāt: quod nunquā electi fideles deficiēt in finem, à quibus sustinetur tanquā à fundamēto, sancta ecclesia. Nihil autem mirū, si permittat deus, etiā inter suos, esse qui cadant à fide. g Quemadmodum in magna domo vt sit perfecta in omnibus vtēsilibus: non satis est esse vasa decoris pretiosa, aurea siue argētea, sed etiam vilia sunt, lignea & fictilia. h Et quaedā quidem ad honorificos vsus aptata, alia ad vsus cōtemptibiles atq; abiectos ita indubiē, siue in hoc mundo magno, siue etiā in Christi ecclesia graduū & ordinis meritorūque diuersitas ab optimo patrefamilias, ad gloriā domus ordinatur. i Si quis itaq; modō existens fictile vas nullius pretij studuerit abiectis prophanis illis propterque fictile vas & terreum nominatur, per sanam fi-

dem se expurgare, fiet vas sanctificatum & honorabile, & domino placitè deseruiens aptum in omne opus bonum, & sic vsum habebit honorificum. a Desyderia autem immoderata, quæ rationis freno non reguntur, cuiusmodi solent esse iuuenū, in quibus viget carnis concupiscentia, fuge modis omnibus. b Cōtra verò, omni studio conare, vt illis contraria bona consequaris. Népe verò iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum iis qui confitentur dominum de corde puro. c Stultas autem & quæ nihil erudiunt vanas quæstiones, abiice vt non occuperis in illis: sciens quod præter contentiones nihil generant. d Non est autē congruum seruis dei, vt cōtentionibus deseruiant: sed oportet seruum dei erga omnes mansuetudinem gerere, vt non cōcitetur passionibus inordinatis, iracundiæ, aut impatientiæ, e paratum esse & beneuolum ad docēdum infirmos, atque ignorantes, malos & improbos patienter sustinentem, f cum modestia maturè corripientem eos qui veritati cōtradidunt, aut non acquiescunt qui nondum in erroribus creduntur obdurati: g si fortè aliquando illuminati à deo pœniteant de errore, & reuertantur ad cognitionem veritatis & eripiantur è diaboli laqueis: hoc est erroribus infidelitatis, h quibus obstricti detinebantur, iuxta eius voluntatem agentis illos & impellentis, pro suo nequissimo placito.

ELUCIDATIO CAP. III.

H^a Oc autē scire te volo, q̄ spiritu prædicatē cognouimus, vêtura esse circa mundi cōsummatōe periculosa tēpora plena iniquitatib⁹. b Erūt enim tūc homines magna ex parte sui amatores, q̄ est omnis mali origo, auaritiæ cupiditate, exēstuatēs ad iustitiam, c per elationē magna queretes, & p̄ superbiam de se ipsis plusquam æquū est sentietēs, ad conuicia prōpti, parētibus ac superioribus rebelles.

a Iuuenilia autem desideria fuge:

b sectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatē, & pacem cum iis qui inuocant dominum de corde puro.

c Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuota sciens quia generant lites.

d Seruum autem domini non oportet ligare, sed mansuetum esse ad omnes, e docilem, patientem, f cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.

g Ne quando deus det illis pœnitentiā, ad cognoscendam veritatem, & reuertantur è diaboli laqueis: h à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

TEXT. CAP. III.

a Hoc autē scito, quia in nonisimis diebus instabūt tempora periculosa,
b & erūt homines seipso amantes, cupidi,
c elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes.

a ingrati, scelerati, sine affectione, sine pace, criminales, incontinentes,
b immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, & voluptatū amatores magis quàm dei,
c habētes speciem quidē pietatis, virtutē autem eius abnegantes.
d Et hos deuota.
e Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis,
f quæ ducūtur variis desiderijs,
g semper discētes, & nūquam ad scientiam veritatis peruenientes.
h Quæadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moysi, ita & hi reſiſtunt veritati:

a Deo atque hominibus ingrati, scelerati atque prophani, qui nec naturalis affectum pietatis habent, neque pacta seruare curant, aut fœdera pacis, calumniatores, nescientes continere.
 b immites, bonitatem non amantes, proditores proterui, in latione tumidi, cæci & voluptatum magis quàm dei amatores, c sanctitatem exteriori apparentia præ se ferentes atque simulantes cuius tamen vim atque veritatem factis abnegant.
 d Hos autem omnibus modis, cui libet Christiano censeo deuitandos.
 e Tales enim iam esse cœperunt quidam, qui clanculum subintrātes in domos (vt in tenebris doctrinam doceant tenebrarum) errorum vinculis irretiunt credulas atque instabiles mulierculas (& si qui illis similes sunt virilis sexus) peccatis onustas, f sequentes varias suas quibus sollicitantur concupiscentias persuasivæ blandientium Pseudoapostolorum falsis doctrinis, g quæ cū semper discant nunquam sunt tamen ad veritatis notitiam peruenturæ, donec falsis istis doctoribus aures præbuerint.
 h Quemadmodum autem Iannes & Mambres magi Pharaonis regis, Moysi serui dei resistebant, vt non haberetur eius sermonibus fides: ita & hi veritati obſiſtunt, vt alios à fide recta auertant, i homines mentis iudicio penitus corrupti, & circa fidei veritatem reprobi, ac desperati.
 k Sed nō in finem vsque semper proficiunt.
 l Futurum est enim suo tempore, vt eorum vanitas atque falsitas manifestetur omnibus, sicut & illarum insipientia tandem conuicta fuit, quando Pharaon cum vniuerso suo exercitu ex illorum consilio malo, fuit demersus in profundum.
 m Tu vero me rectè & diligenter insequutus, mihi similis factus es in omnibus. Nempe in doctrina veritatis. in morū recta institutione, in virtutis firmo proposito, in fide sincera & in longanimitate, in vera charitate, in forti patiētia, n in persecutionibus quoque & afflictionibus variis, quales

quales mihi illatae sunt Antiochia, Iconij, & Eiftris. In talibus, inquā, persecutionibus, quales ego in his & aliis cōpluribus locis sustinui, & gratia dei nullae mihi praeualuerunt. a Et omnes qui vitam piam atque Christianam ducere volunt, animo oportet esse forti & praeprato ad tolerātiā persecutionum, quas solent impij melioribus inferre, atq; etiam caro cum demoniis. b Peruersi autem homines quorum est studium simpliciores seducere, pergunt in malitia sua à deo derelicti: ipsi miserè errantes, & (quod intolerabile est) alios secū in errorem trahētes. c Tu autem persta firmus, in his quae me docēte didicisti, & tibi sunt cōmissa vt alios doceas. d Sta, inquam, firmus nihil hæsitants, quoniam nosti me, qui te vt à Christo accepi, edocui: & quis sim, quaeue cōuersatio mea, optimè nosti. e Accedit, quod ab annis teneris sanctae scripturae eruditionem accepisti, quae te satis potest erudire ad consequendam salutem, per medium fidei Christianae quam habes, sine qua legis doctrina à Christo magis alienat. f Omnis enim scriptura quam ex inspiratione diuina locuti sunt sancti homines, utilis est: ad docendum & demonstrādum veritatis dogmata, & ad contradicentes reuincendum. g Item ad corripendum errantes, & ad erudiendum instituendūque in rectam viam virtutis, h vt perfectus fiat qui instruitur fidelis ad vacādum omnibus operibus bonis.

ELVCIDATIO CAP. IIII.

Da Enuntio igitur ego tibi, omnibusque post te futuris gregis dominici pastoribus testem inuocans deum, qui iudicaturus est suo tempore vniuersos, siue viuos, siue iam olim morte solutos: & per reuerēdum eius aduētum, ad superuenturum regnum, obtestor vt nō torpeas in euāgelij praedicatione. b Imò verò assiduus in sistē, quoties & vbicunq; oportunitatē captare fructūq; sperare potueris

X

Antiochia, Iconij, Eiftris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dominus.

a Et omnes qui pie volūt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

b Mali autem homines & seductores, proficiunt in peius: errantes, & in errorem mittentes.

c Tu verò permāne in iis quae didicisti,

d & credita sunt tibi: sciens à quo didicisti,

e & quia ab infantia sacras literas nosti quae te possunt instruere ad salutem per fidem quae est in Christo Iesu.

f Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum,

g ad corripendum, ad erudiendum in iustitia:

h vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus.

TEXT. CAP. IIII.

a Testificor coram deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius:

b praedica verbum, in sta opportune, importune:

a Argue, obsecra, incre-
pa,
b in omni patientia & do-
ctrina.

c Erit enim tempus cum
sanam doctrinam non su-
stinebunt sed ad sua desi-
deria conciterabunt sibi
magistros prurientes au-
ribus:
d & à veritate quidem
audium auertenti, ad fa-
bulas autem conuertentur.

e Tu verò vigila, in om-
nibus labora,
f opus fac euāgelistae, mi-
nisterium tuum imple: so-
brius esto.

g Ego enim iam delibor,
& tēpus resolutionis meae
instat.

h Bonum certamen cer-
taui, cursum consumma-
ui, fidem seruauit.

i In reliquo reposita est
mibi corona iustitiae,

k quam reddet mihi do-
minus in die illa, iustus iu-
dex:

l non solum autem mihi,
sed & iis qui diligunt ad-
uentum eius.

m Festina ad me venire
cisò.

n Demas enim me reli-
quit, diligēs hoc seculi, &

Nunc demonstrando docens fidei veritatem,
nunc obsecrādo, exhortās, nūc acrius increpan-
do vitia insecrās. b Idq̄, salua semper patientia,
erga malos homines atque inobedientes, &
erga infirmos minufq; perfectos, instructione
diligenti. Hæc autem age, dum tempus habes,
c Veturū est enim aliquādo tēpus, in quo salu-
tarē & verā doctrinā nolēt audire homines: sed
iuxta sua carnalia desideria, ipsi prurientes auri-
bus (hoc est titilari blādiriq; sibi à falsis docto-
ribus desiderantes) cōquirent sibi prædicatores
plurimos, qui eis loquātur placētia, & pruriores
titilēt mollibus carnis sermonibus: d & ver-
ritatē quidē pungentem ac mordentem nolent
audire, sed fabulosas & cōfictas hominū doctri-
nas quærēt, quibus in suis vitiis ac cōcupiscētis
fouentur. e Tu per omnia, labora ac sustine,
ne fatigeris: f fac quod dei euangelistā, atque
euāgelij prædicatōrē decet: administrationem
tibi cōmissam perfectē impleas, & sobrius esto
in omnibus. Hęc enim tibi in hæreditatē relin-
quo. g Ego enim iam pro Christi confessione
breui sum immolādus, & in proximo imminet
tempus depositionis ac mortis meae. h Donec
placuit domino in huius corporis me vita ser-
uare, maximè post eius fidem semel susceptam,
militiā istam bonā sollicitè ac laboriosè peregi,
cursum vitæ meae, cum omni diligētia, vsq; ad
finem perduxi. i Quod superest expecto illud
æternæ gloriæ præmium: Coronā, inquam, ex
iustitia pollicitantis iudicis victoribus debitam,
k quam (non dubito) reddet mihi pro labore
certaminis ac cursus mei, secūdum fidelitatem
promissionis suæ, iustus iudex, Christus domi-
nus, in nouissimo die. l Neque verò mihi soli,
sed & omnibus quicūque in cōscientia pura &
in dilectione sincera præstolantur aduentum
eius, cum operibus bonis ei obuiam pergentes,
donec veniat. m Cura, vt quātōtius ad me ve-
nias. n Demas enim à nostro sodalicio se fe-

parauit, fractus tribulationibus, amore huius seculi pertractus, & abiit Theſſalonicam. Creſcens in Galatiam eſt à me deſtinatus, & Titus in Dalmatiam. a Solus Lucas adefit mihi, hoc tempore. b Marcum veniens aſſume, & adhuc tibi comitè. Eſt enim in quo vtilis erit mihi, in miniſteriũ Chriſti. Tichycũ autem miſi Ephreſum. c Penulã quã reliqui Troadæ apud Carpum, cùm veneris, aſſer tecũ, & libros, qui apud eundem ſeruãtur, maximè autem membranas. d Alexãder autè ararius, mala plurima eſt aduerſum me conatus. Iuſtus dominus reddet illi, quem admodũ & omnibus, pro operibus mercedè cõdignã. Nolo enim grauius aliquid aduerſum ipſum dicere, nec pro malefactis maledictũ reddere. Tantũ, tu illum ac ſimiles deuota. e Valde enim obſtitit prædicationi noſtræ, & modis omnibus conatus eſt illam impedire. f In prima mea examinatione ac reſponſione, cùm iam ante Neronem ſiſterer, nemo mihi fuit hominum adiutor: g ſed timore duſti omnes, ſe occultauerũt, ita vt nemo pro me auderet palam agere. h Deum precor, vt non illis imputet, quòd timore potius quàm malitia factum cõſtat. Hoc autem non conquerèdo recito, ſed ad gloriam Chriſti: i qui mihi, omnibus recedentibus, ſolus aſſuit, meq; adiuuit ſpiritali cõfortatione ſua, k vt per me euãgelica prædicatione ad perfectum perducatur, ita vt in ea ad mortem vſque perſeuerem: & audiant omnes gẽtes per meã prædicationẽ edoctræ, cõſtantiã fidei meæ, l quia liberatus ſum de ore leonis. m Liberauit me dominus ab omni opere malo, & ſaluũ faciet in regnum ſuum caeſte, cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen. n Saluta Priſcã & Aquilam, & Oueſiphori gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. n Saluta meo

X ij

abiit Theſſalonicã: Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

a Lucas eſt mecum ſolus,

b Marcũ aſſume, & adduc tecũ: eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Tichycum autè miſi Ephreſum.

c Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, veniẽs aſſer tecũ, & libros, maximè autè mēbranas.

d Alexãder ararius multa mala mihi oſtendit: reddet illi dominus ſecũdum opera eius: quem & tu deuota:

e valde enim reſiſit verbis noſtris.

f In prima mea deſenſione nemo mihi adfuit:

g ſed omnes me dereliquerunt:

h non illis imputetur.

i Dominus autè mihi aſſuit, & confortauit me,

k vt per me prædicatione impleatur, & audiant omnes gentes,

l quia liberatus ſum de ore leonis.

m Liberauit me dominus ab omni opere malo, & ſaluũ faciet in regnum ſuum caeſte, cui gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

n Saluta Priſcã & Aquilam, & Oueſiphori domum.

a *Erastus remāsit Corinthi. Trophimū autem reliqui infirmū Mileti. Festina ante hyemē venire.*
 b *Salutat te Eubolus & Pudēs & Linus & Claudia, & fratres omnes*
 c *Dominus Iesus Christus cū spiritu tuo. Gratia vobiscum, Amen.*

FINIS.

nomine Priscam & Aquilam, & Onesiphori familiam. a Erastus remāsit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ut ante hyemem ad me venias. b Salutant te Eubolus, & Pudēs, & Linus, & Claudia, & fratres omnes qui vobiscum sunt. c Dominus Iesus Christus, sit cum spiritu tuo, Amen. Sit gratia dei vobiscum, Amen.

Finis Elucidationis in epistolam secundam ad Timotheum beati Pauli apostoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN
 epistolam ad Titum, beati Pauli apostoli.

T Itum & ipsum probatum discipulum reliquerat Apostolus Cretēsi in sulx præfectum episcopum, quomodo Timotheum Ephesiis præfecerat. Et hunc ergo, de iis quæ ad ipsius spectabant officium, per epistolam instruit. Et primum quidem, de episcoporum & presbyterorum per ciuitates singulas ordinatione, mandatum replicat. Et ut sciat quales ordinare debeat, eorum conditiones latè simul & clarè, quomodo & apud Timotheum describit. Atque post omnia illud peculiariter exigit in episcopo, ut potens sit per sanam doctrinam, & exhortari fideles, & contradictores redarguere, suæ fidei rationem reddendo. Ait enim esse multos, qui egeant redargutione: potissimum ex Iudæis suas vanitates docentibus. Testimonio verò Epymenidis poëtæ cuiusdam Cretēsum fallaciam, malitiam, atque duritiem, pigritiamq; & gulositatem designans, eos vult durè & incircūcisè increpari, iuxta gentis conditionem: ut in fide recta permaneant, fabulisque non intédant. Per occasionem autem breuiter determinat, per se nihil esse immundum, sed infidelibus esse immunda omnia, qui licet ore confitentur deum, factis tamen pernegant. Secundo de hinc capitulo discipulū præceptor instruit, quomodo vnamquaq; ætatem & sexum, senes videlicet atque iuuenes, viros ac mulieres, debeat iuxta cuiusq; conditionem instituere, sic tamen ut in omnibus virtutibus, se proponat aliis in exemplum. Et quasi per suppletionem, de seruis, quales se erga dominos gerere debent peculiariter præscribit. Ut autem omnes ad bene viuēdum, in suo quemque statu alliciat, gratiam Christi Iesu, quæ apparuit in humani generis redemptione, proponit ante oculos, qui ad hoc ipsum dedit pro nobis: ut

ab omnibus peccatis emundati, tãquam populus eius peculiaris & acceptabilis, sectatores facti bonorũ operum, iustẽ, piẽ, ac sobriẽ viuere in hoc seculo. Tertio autẽ capitulo admoneri vult Christianos, vt suis principibus debitam præstent obedientiam, neque ad conuitia, aut lites sint prompti: sed vt erga omnes omnino homines, etiam infideles, mansuetudinem ostendant, eis per cõpasionem, de sua infidelitate compatiendo. Recordãtes, quemadmodum & olim patres nostri in eiusmodi infidelitate ac reliquis consequentibus peccatis, viuebant sub ira dei, à qua per dei clementiam & benignitatem salui facti sumus: non ex nostrorum operũ debito, sed per dei liberalitatem: qui nobis gratis filium suum saluatorem misit, baptismum in regenerationis lauacrũ instituit, & spiritum sanctum in nos effudit, vt ex solo dei gratuito munere hæreditatem expectemus vitæ æternæ. Atque huiusmodi Christianis vitia, deuitatis inanibus & contentiosis quaestionibus, ad ædificationem eum suis vult subditis sedulo proponere. De hæretico quoque post primam & alteram correptionem incorrigibili comperto, quod debeat vitari, decernit. Demum familiaria quædam & salutationes pauca adiungens, ita concludit epistolam.

*FINIS ARGVMENTI IN EPISTOLA
lam beati Pauli apostoli ad Titum.*

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM AD TITVM BEATI
Pauli apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



PAVLVS seruus dei, & apostolus Iesu Christi, ad prædicandũ fidem Christi, quam omnes electi à deo credunt, illamq; veritatis doctrinam quam Christo reuelate cognouimus, ad piẽ sancteq; viuendum, in hoc seculo, b atque ita securè expectandum vitam æternam, c quam deus natura & essentia sua verax, præfinit, & immutabiliter præordinauit in æternitate, ante omnia tempora quæ præcesserunt ab initio seculi;

X iij

TEXTVS EPI-
STOLAE AD TI-
tum beati Pauli apo-
stoli.

TEXT. CAP. I.

P^a *Aulus seruus Dei,
Apostolus autem Ie-
su Christi secundum
fidem electorum dei, &
agnitionem veritatis quæ
secundum pietatem est,
b in spem vitæ æternæ,
c quam promisit qui non
mentitur deus ante tem-*

pora secularia,
 a manifestauit autem tē-
 poribus suis verbum suū,
 in prædicatione quæ cre-
 dita est mihi, secundum
 præceptum saluatoris no-
 stri dei.

b Tito dilecto filio secun-
 dum communem fidem.

c Gratia & pax, à deo pa-
 tre & Christo Iesu salua-
 tore nostro.

d Huius rei gratia reli-
 quit te Crete, vt ea quæ de
 sunt corrigas,

e & constituas per ciui-
 tates presbyteros sicut e-
 go disposui tibi

f Si quis sine crimine est,
 vnus vxoris vir,

g filios habens fideles, non
 in accusatione luxuria,
 aut nõ subditos.

h Oportet enim episcopū
 sine crimine esse,

i sicut dei dispensatorem:

k non superbum,

l non iracundum, non vi-
 nolentem, nõ percussorem,
 non turpis lucri cupidū,
 m sed hospitalē, benignū,
 prudētē, sobrium, iustū,
 sanctum continentem,
 n amplectētē eum qui
 secundum doctrinam est
 fidelem sermonem.

a manifestū autem fecit, tēpore ad hoc deputa-
 to: hoc est nūc primū in diebus istis nouissimis,
 verbum euāgelij sui, in quo est vitæ huius prom-
 issio, per prædicationem quæ mihi est credita
 & cōmissa, vt fideliter eam exerceā, iuxta quod
 iniūxit mihi dominus: b Ille, inquā, Paulus, ia-
 lutē precatur scribitq; Tito, ob morū fideique
 ingenuitatē verē dilecto filio non carnis autem
 sed fidei, quæ est vtriq; ex dei munere cōmunis.
 c Gratia tibi sit & pax à deo patre nostro, & do-
 mino Iesu Christo, d Ob huius rei gratiam te
 Cretē in insule reliqui præfectū, vt ea quæ adhuc
 ordināda disponēdāq; supersunt, paulatim dis-
 ponas, e & cōstituas singulis ciuitatibus suos
 episcopos, quē admodum ordinaui, cum apud te
 præsens essem. f In ordinandis autē episcopis
 cōsiderandū est, vt tales sint ordinandi, qui de
 nullo crimine possint meritò infamari, neque
 duas habuerint post baptismū vxores: g quorū
 filij (si quos habēt) fideles sint, ac bonis proba-
 tisq; morib⁹, vt nec de luxuria qualibet, nec de
 inobedientia possint iure accusari. h Oportet
 enim sic eminere in sua cōuersatione, cum qui
 in episcopū venit consecrandus, vt de nullo cri-
 mine suspēct⁹ habeatur, aut infamari possit: se-
 cundum veritatē, aut probabilē æstimationem,
 i sicut decet dispensatorem atque præpositum
 domus dei, quæ est ecclesia. Neque enim ho-
 mines potentes fuerunt hominem malæ famæ
 habere suæ domus dispensatorem. k Oportet
 etiam eum esse non superbum aut pertinacem
 propriis placitis nimis in hærentem, nulliusque
 cōsilia admittētē: l Non facilem ad iram,
 non vino deditum, neque lingua, neque manu
 percussorem, non turpia lucre querentem:
 m sed e contrario oportet vt propter hospitali-
 tatem sectandam etiam sua libenter impertia-
 tur, vt sit benignus & omnium amator bono-
 rum, sobrius in omnibus, iustus, sanctus, conti-
 nens, n cum amore ac diligentia in hærens fi-

delibus & veracibus sermonibus, qui ad docendum sunt accommodati: a vt his instructus, potens sit exhortari subditos per doctrinam veritatis, & contraditores cum auctoritate reuincere atque confutare. b Sunt enim multi non subditi, vaniloqui, qui & mentes hominum seducunt in errores, c de quorum numero præcipui sunt carnales Iudæi, quos necesse est seuera correptione redargui, d qui magna diligentia per domos circumeuntes, quærunt à libertate & veritate euangelica homines passim abducere, inque suum Iudaismum pertrahere, docentes quæ docenda non sunt, quæstus gratia. e Dixit Epymenides poëta quidam, ex ipsis: Creteneses semper mendaces, mali, irrationabiles, & duri bestiarum more, homines inertes, ac pigri, ventri dediti. f Hoc testimonium (quantum ad plures, & loci peruersam consuetudinem) non abhorret à verò. g Cum igitur aptandi sint sermones iuxta auditorum qualitatem increpa illos durè & incircumcisè, nullis vtens ambagibus. h Sic enim eorum expedit ruditati, vt in fide recta firmi & integri permaneant, neque auditum, vel animum Iudæorum fabulosis narrationibus accommodent, aut humanis traditionibus: quibus solent occupari homines illi, qui veritate repulsa ad vanitates se conferunt: quemadmodum (exèpli gratia) de ciborum discretionem multa solent præcipere quæ tamen vana pro tempore prorsus existunt. i Cum secundum veritatem sint & mundis fidelibus hominibus omnia munda, ita vt nullus cibus fidelem possit cum bona conscientia & gratiarum actione manducantem coinquinare. k Contrà verò, infidelibus quos sua infidelitas coinquinat nihil est mundum: sed eorum & ratio & conscientia polluta est, ex quibus infidelitatis maculis omnis est eorum pollutio, nõ ex cibo aut potu quem sumunt. l Fatètur ore & exterioribus obseruantis, deum se nosse & colere: factis autem con-

a Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.
b Sunt enim multi etiam inobediētes, vaniloqui & seductores,

c maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui,

d qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.

e Dixit quidam ex ipsis proprius ipsorum propheta: Creteneses semper mendaces, male bestia, vères pigri.

f Testimonium hoc verum est.

g Quamobrem increpa illos durè.

h vt sani sint in fide, non intendentes Iudæicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.

i Omnia munda mundis,

k coinquinatis autē & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia.

l Confiètur se nosse deum factis autem negant.

a Cùm sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

TEXT. CAP. II.

a Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam: b Senes vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.

c Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, d bene docentes, vt prudentiam doceant.

e Adolescentulus, vt viros suos amet, filios suos, diligant, f prudentes, castas, sobrias, g domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, h vt non blasphemetur verbum dei. i Iuuenes similiter hortare, vt sobrii sint. k In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum. l In doctrina, in integritate, in gravitate: m verbum sanum, irreprehensibile,

trarium demonstrandum eius filij gratiam non recipiunt. a Cùm sint hac causa execrabiles deo & increduli, & ab omni opere verè bono desperati. Nam qui gratiã Christi & fidem sanã non recipit, nihil verè boni operis potest exercere.

ELUCIDATIO CAP. II.

T^a V autem è cõtrario loquere quæ ad salutarem doctrinã pertinent singulos quomodo in suo statu rectè conuersentur instructuës. **b** Doce senes esse sobrios, gravitate venerabiles, in cõsiliis atq; agendis circûspectos, synceros atque integros in fide, in charitate, & fustinetia vt nõ fatigetur senectutis laboribus, aut diuturna expectacione futurorũ bonorum. **c** Anus similiter doce, vt tali vtãtur habitu qui religioni sit cõgruus, vt non sint caluniatrices, detractionibus vacãtes, neq; ebrietatibus deditæ. **d** Sint autem & verbo & exẽplo bono egregiè docẽtes, vt liceat ex ipsis prudentiam atque virtutes iunioribus addiscere. Cùm enim publicè eis docere non permittatur, hac potissimùm ratione curandũ est, vt prudentiam vel moribus doceant. **e** Adolefcẽtiores etiam doce amare viros suos, filios diligere: hoc est, educare, & erudire. **f** Prudentes esse in regẽda familia, castas esse ac puras, sobrias, **g** domesticã administrationem cordi habẽtes, benignas, & viris suis bene subditas, **h** vt per verbũ dei & fides Christiana nõ veniat in caluniam, quod futurũ esset si prætextu Christianitatis mulier viro cui cohabitabit minus in licitis velit obtẽperare. **i** Adolescentulos, præter hæc peculiariter admone, vt sint in omnibus sobrii. Nam solent huiusmodi luxui & gula amplius esse dediti. **k** Et vt habeant authoritatẽ quæ tu alios doces, in omnibus te præbe in exẽplum & formã, in operibus bonis, **l** in veritatis doctrina, in integritate morũ, atq; in venerãda gravitate. **m** Verbũ quod loqueris sit verum, salutare atque proficuum, & tale quod reprehendi, aut caluniarum rationali-

ter non possit: a vt aduersarij (si qui sunt) confundatur intra se, cum se viderint nihil habere quod possint aduersum te rationabiliter obii- cere. b Seruos doce dominis temporalibus sub- iici, & studere vt eisdem in omnibus propter deum placeant, quantum in ipsis esse potest: c non contra murmuratores esse, non subtrahentes aliquid, sed in omnibus fideles se ostendentes & exhibentes: d vt doctrinam euangelicam, qua nos deus saluator noster edocuit, honestet per omnia, operibus eam bonis implendo. Profectio est neces- sarium, vt sic singuli hominum ordines, diligenter iuxta professionem suam viuam, siue senes, siue iuuenes, serui atque domini. e Palam enim mani- festata est gratia & misericordia dei in incarna- tione verbi diuini, ad omnium hominum sine ex- ceptione (modum credere velint) vtilitatem atque salutem, f quae nos pariter instruxit, quemadmo- dum huius in commune propositae salutis participes esse valeamus: g Numquam ab omni impietate falsitatis declinantes, & mundanas concupiscentias calcantes, vitam in operibus bonis denegamus, h in sobrietate omnimoda nosmetipsos conti- nentes, iuste erga omnes conuersantes, & in pie- tate veri cultus deo seruientes, in hoc tempore quod nobis ad lucrum & meritum concessum est: i deinde vt securi expectemus beatissimum illud praemium quod secundum opera bona speramus consequi, k & aduentum illum gloriosum: in quo apparebit magnus ille deus tamquam omnium iu- dex, & electorum suorum saluator Iesus Christus: l qui cum in hoc mundo esset, seipsum obtulit pa- tri & in manus dedit inimicorum pro nostra salute: m hoc est, vt nos pretio sanguinis sui ab omni peccato faceret saluos, n & sic emundatos sibi adoptaret in populum preciosum peculiari chari- tate coniunctissimum, & quem ipse in maxima ha- beret aestimatione, o qui deinceps emundatus a malis, bonis operibus cum omni diligentia vacaret. p Huiusmodi sunt quae te oportet docere, &

a vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens ma- lum dicere de nobis.

b Seruos dominus suis sub- ditos esse in omnibus pla- cente,

c Non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, d vt doctrinam saluato- ris nostri dei ornent in om- nibus.

e Apparuit enim gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus

f erudiens nos,

g vt abnegantes impieta- tem & secularia desideria,

h sobrii, & iusti,

& pie viuamus in hoc seculo,

i expectantes beatam spe- m, k & aduentum gloriae ma- gni dei, & saluatoris no- stri Iesu Christi,

l qui dedit semetipsum pro nobis,

m vt nos redimeret ab om- ni iniquitate,

n & mundaret sibi po- pulum acceptabilem.

o sectatorem bonorum o- perum.

p Hec loquere & exhor- tare, & argue cum omni imperio,

a Nemo te contemnat.

TEXT. CAP. III.

a Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, b nemine blasphemare, & non litigiosos esse, sed modestos: c omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

d Erasmus enim aliquando & nos insipientes & increduli, e errantes, seruientes desiderii & voluptatibus variis,

f in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.

g Cum autem benignitatis & humanitas apparuit saluatoris nostri dei,

h non ex operibus iustitia qua fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit,

i per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti,

k quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum,

exhortando proponere, atque cum authoritate aduersum contradicentes, reuincendo illos, demonstrare. a Cura sit te in omnibus habere, vt nō te meritō quisquis despiciat, aut paruipēdat.

ELUCIDATIO CAP. III.

A a Dmonens doce illos bene subditos esse principibus tēporalibus & inferioribus ab eis in potestate cōstitutis vt iussionib⁹ eorū pareāt, & ad omne quod iniūgitur opus bonū, animo prōptos esse, b nemine cōiūtiis insectari, neq; litibus pugnare: sed modestos potius sese exhibere vt nec læsi quærāt reddere talionē, c & omnino erga omnes homines, in omni cōuersatione perfectā māfuetudinē demonstrantes. Quod eo nos amplius nunc facere cōuenit: quo nos dei soli⁹ gratia ab eiusmodi vitiis, quibus obnoxij olim fuimus, liberatos cognoscimus. d Erasmus enim & nos qui in Christum iam credimus olim quidē (hoc est, vos cū idola adhuc coleretis) in sensati, nolētes acquiescere veritati, e ac proinde errātes & sequētes varias carnis malas affectiones, & voluptatib⁹ dediti, f vitam in prauitate cordis, & inuidia degentes, odibiles deo & hominibus, propter vestrā malitiā, & inuicē odio, habētes propter inuidiā. g At verò vbi desuper, nobis se manifestauit illa dei singularis benignitas, qua fuit erga nos ab æterno affectus, & amabilis illa erga humanū genus clementia per quā nos ab æterno, saluare proposuerat, saluos nos ab omni peccato & dānatione ipse effecit: h non ex merito operum iustitiæ, quæ per nos facta fuissent, aut patres nostros, sed propter infinitam misericordiam suā. i Fecit (inquā) nos saluos ab ira dei, à peccato & dānatione per baptismi lauacrū, per quod credētes renati sumus ex filiis iræ filij dei effecti, & renouati, exuto veteri homine, in gratia dei: quæ quidē, & regeneratio & renouatio, tota per spiritū sanctū interius operantē perfectā est. k quē in corda nostra copiosē ac diuini-

ter effudit de plenitudine filij Iesu Christi saluatoris nostri: a vt per eius gratiā iustificati à peccatis, securi expectemus hereditatē vitæ æternæ. b Dignus fide est sermo iste, atque huiusmodi salutaria fidei veritatēsq; dogmata te volo audacter asseuerare, & cōstanter proloqui vt qui fidē habent, curent & operibus bonis insistere, ita vt etiam præueniendo occasionē captare studeant bene operādi. c Hæc enim salutaria sunt dogmata, & hominibus vtilia. d Stultas autem quæstiones, & fabulosas illas Iudæorum genealogias, contentionesq; ac pugnas, quæ ex legis litera à legis solent sectatoribus moueri, reiice, neque te ipsum illis occupes: e cum sint inutiles, & nihil soliditatis habentes. f Hominem in sua heresi obstinatum, postquam semel atque iterum corripiendo admonueris, nec profectum vllum senseris reiice: vt non vltra cū illo frustra agas: g sciens quod funditus ac desperatē subuersus sit talis, h & in delicto suo permanens, quum sit suo proprio iudicio dānationi obnoxius. Eo ipso enim quod falsitati deliberata electione vult adherere, in seipsum dānationis profert iudiciū. i Cū ad te misero Arthemā & Tychicū (ne prorsus orbentur Cretēsæ, episcopi solatio) festinato ad me venire Nicopolim, vbi hyemen transigere statui. k Zenā virū peritū in lege, & Apollo in sanctis scripturis apprime instructum, viros utique honorabiles sollicitē deducēs cura, ne quicquā illis desit necessariū. l Discāt autem tuis monitis & exēplis, qui istic crediderūt bonis operibus, vel præueniēdo insistere, vt necessitatibus sanctorum prouideant, ne sint vacantes bonorum operum fructu. m Salutant te omnes fratres, qui hīc mecum sunt. Tu vicissim saluta meo nomine eos, qui apud te sunt nostri amantes in fide, dilectione spirituali. n Gratia dei cum omnibus vobis, Amen.

*Finis Elucidationis in epistolam ad Titum,
beati Pauli apostoli.*

a vt iustificati gratia ipsius heredes simus, secundum spem vitæ æternæ.

b Fidelis est sermo & de his volo te cōfirmare vt curent bonis operibus, præse qui credunt deo.

c Hæc sunt bona & vtilia hominibus.

d Stultas autem quæstiones, & genealogias, & cōtentiones & pugnas legis deuita:

e sunt enim inutiles & vane.

f Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita:

g sciens quia subuersus est qui eiusmodi est,

h & deliquit cū sit proprio iudicio condemnatus.

i Cū misero ad te Arthemā, aut Tychicū, festinato ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare.

k Zenam legisperitū & Apollo sollicitē præmitte, vt nihil illis desit.

l Discant autē & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt nō sint infructuosi.

m Salutāt te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide.

n Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

FINIS.

✱ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epistolam ad Philemonem beati Pauli apostoli.

EX familiaribus epistolis (quas non est dubium plurimas, pro diuersitate causarū, diuersis scripsisse apostolū omniū salutis cupidū) vna hæc remāsit, quæ ad Philemonem scripta fuit. Philemon autē hic, ad quē nūc scribit Apostolus, Colossis morabatur, simūlq; hæc cum illa quā ad Colossenses scripserat & per eosdē nūcios missa fuit, quemadmodū facile videri potest, si quis finem huius cū illius sine cōferat. Ac de argumēto quidē epistolæ, in summo illud est manifestū, quod pro serui fugitiui receptione (cui nomē erat Onesimus) ad Philemonem dominū à quo fugerat, scribit Apostolus amicē admodū & familiariter postulans, pro suo nomine illū in amorē recipi, in quo tam sibi fuit placitū, vt etiā detinere secū eum libēter voluisset. Cæterū de causā fugæ huius posteaquā nihil scripsit Apostolus, certū habetur nihil, neque ita multū ad rem pertinet, quid causæ fuerit vt aufugeret. Sūt qui dicūt illū tāquam furē aufugisse per malitiā, & furto subduxisse nōnulla de substātia domini, ad quod illud putāt referendū quod dicit Apostolus: Si quid debet aut nocuit tibi, mihi imputa ego reddā: Quorū authoritati nec obfistimus, neq; sententiæ tamē accedimus. Præsertim cū in ea quā ad Colossensiu ecclesiā scribit epistolā, honorificā admodū faciat Apostolus huius Onesimi mētionem. Mihi sanē mitius videtur, vt illi quē Paulus charissimū & fidelē fratrem apud totā Colossensiu ecclesiā nominat, sine causā & authoritate, crimen furti, & tātæ malitiæ, perfidiæq; fugæ infamiā, non ascribamus. Fieri enim potuit (id quod non rarō seruis solet accidere) vt per eum quoquomodo damnū rerū suarū perpeffus fuisset dominus Philemō: idq; siue per negligentia quālibet siue per insufficientē rerū domini sui custodiā, siue p̄ aliā quācūq; fortunæ aduersitatē ob quod irā heri metuēs, nec vidēs quo pacto dominū placare posset, cōsiliū habuit ad Paulū cōfugere, quē sciebat apud dominū suū plurimū authoritate valere, vt p̄ eū redire posset in gratiā domini sui eiusq; animū sibi sic recōciliare atq; horsum optimē referri potest, quod dicitur in epistola: qui tibi aliquādo inutilis fuit. Et iterū: si quid debet tibi aut nocuit mihi imputa, ego reddā. Apostolus igitur serui illius ad suū auxiliū cōfugiētis miserus, quā potest fidelissimē agit apud dominū, vt in gratiā illū sicuti fratrem charissimū imō sicuti viscera sua suscipiat: cōfidēs inobediētia charitatis eius, quoniā etiā supra quod postulat libenter efficiet. Sperās autem libertate donari, atq; ad eos inuisendos redire hospitium sibi suisq; cōmodū aptari iubet: atq; ita, additis familiarib⁹ salutationibus, terminat epistolā.

Finis argumenti.

ELVCIDATIO IN EPI-TEXTVS EPI-
STOLAM AD PHILEMONEM STOLAE AD PHI-
beati Pauli apostoli. lemonem beati Pauli
Apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.



PAVLVS pro Christi nomi-
ne v̄iculis captiuitatis aſtri-
ctus & Timothe⁹ frater phi-
lemoni, in re fidei & Christi
negotio, cooperario, & Ap-
phie mulieri bene fideli, at-
q; Archippo in Christi no-
mine strenue nobiscum agenti, & vniuerſa illi
fidelium congregationi, quæ est in domo Phi-
lemonis salutē. *b* Gratia ſit vobis & pax à deo
patre nostro, & domino Ieſu Chriſto. *c* Gratias
agere non deſino deo meo, frequētiffimam tui
faciens memoriã in orationibus meis: *d* dum
audio charitatis tuæ fraternæ, & fidei commen-
dationem, quam fidem atq; charitatē habes er-
ga dominū Ieſum, atq; etiam oſtendit erga om-
nes ſanctos: *e* ita vt iſta tua miſericordiã & libe-
ralitas qua cōmunicas ſanctorū neceſſitatibus,
fiat per diuulgationem manifeſta in agnitione
bonorum operū, quæ tu palām exhibes omni-
bus in exēplum p̄ amore nominis Chriſti Ieſu.
f Magnū enim mihi gaudium & cōſolationem
adfert nō mediocre: quod per te (vt audio) re-
ſocillantur ſancti in neceſſitatis ſubleuatione.
g Et quia tam fidelem te dei miniſtrum cōſpi-
cio, cōſido tam prōptæ te eſſe erga me obedi-
entiã, vt fiducialiter mihi liceat tibi etiam cum im-
perio iniūgere quicquid mihi fuerit viſum ex-
pediens. *h* Verūtamen malo impræſentiarum
propter charitatis fomentum atq; augmentum
obſecrare, quàm imperare: i præcipuē cū ſis
ſenex ætate, qualis ſum ego, qui præter hoc
etiã nūc vinctus ſum Chriſti Ieſu: vt tam ex ra-
tione tuæ ſenectutis, quàm ex conditione meæ

PAVLVVS vinctus
Chriſti Ieſu, & Ti-
motheus frater Phi-
lemoni dilecto adiutori
noſtro, & Appia ſorori
chariſſima, & Archippo
cōmilitoni noſtro, & eccle-
ſia quæ in domo tua eſt.

b Gratia vobis & pax à
deo patre noſtro, & domi-
no Ieſu Chriſto. *c* Gratias
ago deo meo, ſemp memo-
riã tui faciēs in orationi-
bus meis, *d* audiēs chari-
tatē tuam, & fidē quam
habes in domino Ieſu, &
in omnes ſanctos: *e* vt
cōmunicatio fidei tuæ cui
dens fiat in agnitione om-
nis operis boni in Chriſto
Ieſu. *f* Gaudiū enim ma-
gnum habui & cōſola-
tionem in charitate tua
quia viſcera ſanctorū re-
quieverunt per te frater.

g Propter quod multā ſi-
duciam habēs in Chriſto
Ieſu imperandi tibi quod
ad rem pertinet:

h propter charitatem ma-
gis obſecro,
i cū ſis talis, vt Paulus,
ſenex, nunc autem & vin-
ctus Ieſu Chriſti:

a obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo,

b qui tibi aliquando inutilis fuit:

c nunc autē & mihi & tibi utilis:

d quem remisisti tibi.

e Tu autē illum vt viscerum mea suscipe:

f quem ego voluerā mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij:

g sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonū tuum esset,

h sed voluntarium.

i Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes:

k iam nō vt seruum, sed p̄ seruo charissimū fratrem,

l maximè mihi: quāto autem magis tibi, & in carne & in domino?

m Si ergo habes me sociū, suscipe illum sicut me.

n Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

humiliationis malim nunc supplicare, quā imperare. a Obsecro (inquam) te pro meo filio, quem in captiuitate Romæ hic positus, in Christo erudiui, siue fidelem aut meliorem feci Onesimo nomine, b qui tibi aliquando inutilis fuit, & per quem rerum tuarum forsitan damnum aliquod passus fuisti. c Erit autem de cætero meis monitis bene instructus, & tibi utilis, & mihi. d Quem cū ad me familiari cognitione, recuperandi tui fauoris gratia accessisset, remittere ad te volui meis literis commendatum. e Te autem precor vt sic illum benignè suscipias, quasi quem habeam charissimum. f Et sanè percipiebam illum apud me detinere, vt tui loco mihi victo ministraret in negotiis euangelij, pro quibus mihi per vincula impedito, legatis pluribus ad diuersas ecclesias est opus. g Nolui autem sine tuo consensu tale quid attētare, ne bonum tuum istud quod in seruo exhiberes, esset quasi extortum atq; coactum, si te non requisito seruum tuum detinuissē: h sed malo sit voluntarium bonum tuum vt mihi illum, si velis liberè remittas, aut si placet amicè retineas. i Forsitan enim sic diuina prouidētia disposuit vt illa temporalis ab inuicem separatio qua nunc ad tempus à te abfuit, causā esset æternæ in domino & firmissimæ coniunctionis, modò in amore plus solitò, & in futuro sine termino: k Essetque tibi amodo non vt seruus timore subiectus sed magis vt frater charissimus in domino.

l Talis enim indubiè est mihi, qui tamen nulla speciali societate illi fueram iunctus: quāto magis erit & tibi, qui naturali dictamine quasi familiaræ tuæ, tuique partem aliquam, diligere illum debes: etiam citra Christianitatis titulum atque meam commédationem. m Si ergo me tibi reputes socium aut amicū, peto vt illum sicut me ipsum benignè in gratiam recipias. n Si autem in vlla re tibi damnum intulit, siue

per nequitiam, siue per incuriam, siue quomolibet aliter, ego me spōforem pro illo facio, mihi totum imputa, ego persoluam omnia.

a Ecce autem (ne quicquam dubites) chirographum tibi trado. Ego Paulus scripsi manu propria. b Vt taceā interim, quod tamen cum veritate dicere possum, & audeo, & tu debes agnoscere: quòd non solùm omnia tua, sed & te ipsum mihi debeas eo quòd te ad Christum adduxerim. c Ita frater mi, ita sanè, fac in te oblecter sanctè in domino. Consolare hac in re modo spiritum meum. d Liberius aliquanto scripsi tibi, eo quòd optimè confidam de promptitudine obedientiæ tuæ, firmiter sciens quoniam ampliora etiam sis facturus, quàm ego præceperim. e Simul autè & para mihi commodum locum, in quo hospitio me recipias, cum cæteris qui fuerint in meo comitatu. f Spero enim adiutorio precum vestrarum me libertate donandum, atque vos inuisurum.

g Salutat te Epaphras ille qui ex Colossensibus ad me missus fuerat, tam singulariter mihi compatiens atque afsistens, vt quasi simul vinctus videretur pro nomine Christi. Salutant vos Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, cooperatorum mei in negotio euangelij, h Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, Amen.

a Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam:

b vt nō dicam tibi quod & te ipsum mihi debes.

c Ita frater ego te fruam in domino. Refice viscera mea in Christo.

d Confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam & super id quod dico, facies.

e Simul & para mihi hospitium:

f nā spero per orationes vestras donari me vobis.

g Salutat te Epaphras cōcaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei.

h Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

FINIS.

Finis Elucidationis in epistolam ad Philemonem, beati Pauli apostoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM
in epistolam ad Hebræos, beati Pauli apostoli.

P Ropter nimiam charitatis latitudinem, non contentus Apostolus suis ecclesiis Gétium diuersas scripsisse epistolas, etiam hanc ad eos qui ex Iudæis ad Christum fuerant conuersi, sententiarum profunditate & rerum soliditate non infimam, scribere curauit, in qua hoc tantum quam caput & præcipuum querit declarare, quemadmodum Christus Iesus verus & summus sacerdos, finis sit vniuersæ legis, quæ tantum figuras habuit veritatis in Christo adimplendæ: Atque ita, ut per Christum peccatorum remissione, cælestisque regni apertione perfecta, non ultra carnalibus insistant obseruantis, sed ex fide Christi salutem querant, neque frangat eos tribulatio aut persecutio, quam pro Christi nomine sustinent. Et quoniam iuxta auditorum qualitatem sermo antandus venit, idcirco apud Iudæos loquens, ex ipsorum historiis & antiquis legalibus ritibus, plurima demonstrat. In ipso itaque epistolæ huius exordio, mox illud proponit Apostolus, quemadmodum deus pater olim per prophetas patribus loqui & apparere solitus, in hac temporis plenitudine per filium nobis sit eloquutus, sibi coæternum & per omnia coæqualem. Cuius gloriam longè super angelorum dignitatem eminere, ex testimoniis diuersis demonstrat, quæ partim de angelis ministri dei, partim de Christo dei filio faciunt mentionem, semper tamen de filio honorificentiorem, quàm de angelis administratoris spiritibus. Propter quod secundo capitulo, ex Christi præcellenti dignitate, arguit multum nobis esse obseruanda, quæ modo sunt per Christum primum, deinde & per apostolos prædicata, signisque & prodigiis confirmata. Et ne quis propter carnis fragilitatem illum paruipendat, cui deus futurum seculum & omnia subiecit: consequenter declarat, quomodo secundum dispensationem, assumpta humanæ naturæ infirmitas (iuxta quam etiam angelis ad tempus minor visus, nobisque fratribus suis per omnia fuit assimilatus) illi ad maximam exaltationem, nobisque ad summam prouenit utilitatem: quoniam propter passionem mortis, & ipse gloria fuit coronatus, & nobis omnibus qui credimus in eum, author salutis est effectus: dum per mortem destructo mortis imperio, nobis factus est pontifex fidelis, potens in eo quod tentatus fuit, nostræ quoque infirmitati auxiliari. In tertio autem capite, velut ad sequentiâ, quæ de legis imperfectione dicturus est, viam faciēs, primum vtriusque legis ministros atque latores confert adinuicem, Christum tanquam filium, Moyse seruo longè præponens. Propter quod Psalmistæ verbis vtens, exhortatur eos:

tatur eos: vt hodie, id est, in hoc tempore nouæ gratiæ, per infidelitatem corda non obfirmet, videantque ne cor malum incredulitatis aut apostasiæ à Christo in eis inueniatur, sed ad perseuerantiam mutuis sese corroborent exhortationibus, vetus exemplum adducens increduli populi Israelitici, qui propter suam infidelitatem occidi in deserto, & à promissa requie prohiberi, apud Deum promeruit. Quorum exemplo, capite quarto, nos quoque sollicitos iubet timere, ne quemadmodum illis audisse legem sine fide non profuit, sic & nobis sola fidei annuntiatio non proficiat, nisi fide quæ per dilectionem operatur, iis quæ sunt Euangelizata in hæreamus. Declarat autem consequenter, quemadmodum exhortatio illa Psalmista: Hodie si vocem eius audieritis &c. hoc potissimum tempus aspiciat, quando adhuc introitus in requiem cælestem & sabbatinus perfectus fideles manet, quomodo olim veteres illi ingressum in requiem terræ promissionis corporalem expectabant. Ad hanc autem optatissimam requiem cælestem, & perfectum sabbatinum (quem Deus initio creationis rerum, in die septimo, in quo requieuit ab omni opere, per hoc significans futuram sanctorum post labores requiem præsignauit, quam requiem Iudæis Iosue non præstitit, qui in requiem tantum terrenam suos inducere potuit) per fidem nos monet viriliter festinare: ne quomodo illi, à sua sunt requie corporali per incredulitatem priuati, sic & nobis de nostra contingat promissione cælesti, quoniam Deus iudex est discernens omnia, & cuius conspectui nihil est occultum, qui iudicabit de omnibus. Iterumque monet, vt pontificem talem habentes qui cælos penetrauit, in ipsius confessione & fide permaneamus. Et quoniam nobis assimilatus per omnia têtatus est, absque tamen peccato: vt ad ipsius thronum pro impetranda gratia, fiducia liter accedamus. Capite verò quinto, sacerdotis officium (quod est offerre dona & sacrificia pro peccatis populi) quomodo erga nos impleuerit Christus sacerdos noster, declarat. Qui non à semetipso, sed à patre missus & clarificatus in diebus carnis suæ preces & supplicationes pro nobis obtulit patri: ac per obedientiam quam patri vsque ad mortem exhibuit, omnibus nobis causam exitit nostræ salutis. De quo se dicit grandem sermonem instituire, sed illis quibus scribit (propter vmbra- rum in quibus Iudæis versantur consuetudinem) non ita facilem, nec ita paucis explicabilem. Propter quod, de Christi pontificatu ex veteribus ritibus prolixè in sequentibus capitulis prosequitur, primum se capite sexto quædam dicit omittere, quæ ad institutionem faciunt sanæ fidei, vt de veritate possit sacerdotij Christi (quod præcipuè aperire intendit) latius pertractare. Illud tantum præmonens bonis ad cautellam, & incredulis ad terrorem: quàm sit periculosa res, ac penè despe-

rata, eum qui semel caelestium particeps factus est beneficiorum, per fidei & spiritus sancti acceptionem, postmodum per apostasiam corde incredulo ea contemnere. Cuiusmodi homines sub cōparatione terræ sterilis igni æterno tradendos asserit, non quasi malè de quoquam eorum suspicans: sed ad cautelam & vt in bene cœptis charitatis operibus in finem vsque non segnes perseuerent, quo sic diuinarum promissionum secundum patrum exempla, per patientiam fiant participes. Vbi per occasionem, Abraham factam promissionem, iuramento confirmatam commemorat, vt de caelestibus bonis nulla nobis (illius promissionis veris secundum spiritum hæredibus) relinqueretur post promissionem & iuramentum de eius adimpletione hæsitatio. Septimo dehinc capitulo, de Christi sacerdotio propositum prosequens, Christum cum Melchisedech, tanquam veritatem confert cum figura. Illudque post alia multa ponderandum ducit quòd per Melchisedech, Abraham decimatus fuit atque ita quodammodo vniuersum Iudeorum genus, ipsa etiam progenies tota Leuitica, quæ erat secundum legem sacerdotalis, quæ tum erat in lumbis Abraham, cum obuiaret ei Melchisedech decimas accipiens, & tanquam maior benedicens. Vnde maiorem dicit huc sacerdotem (qui in Abraham totum Israeliticum populum decimauit) sacerdotibus legis, qui non nisi à reliquis tribubus Israel, decimas accipiunt. Dehinc & de cōsummatione perfectioneque sacerdotij Christi, quod non secundum ordinem Aaron dici potest, eo quod de tribu Iuda ortus fuerit, dominus Iesus, quæ secundum legem sacerdotalis non erat, pluribus agit rationibus. Tum quòd per ipsum lex vetus euacuetur cum sacrificiis suis propter infirmitatem. Tum quòd cum iureiurando in scripturis, filio legitur traditum suum sacerdotium. Tum quia est sempiternum, neque per mortem (quomodo sacerdotes veteres) accipit successorē: propter quod etiam perpetuò viuat ad interpellandum pro nobis, non habens necesse quotidie alias offerre hostias, neque primum pro seipso offerre, cum ipse talem infirmitatem non habeat, quæ egeat expiari, & semel oblata pro nobis hostia in sempiternum sufficiat pro dimittendis peccatis nostris. Octauo verò capitulo, quemadmodum non secundum legem sacerdotium Christi est accipiendum iuxta corporale in tabernaculo ministerium, sed quomodo secundum spiritualem intelligentiam verorum sanctorum & illius tabernaculi quod per mortem suam nobis patefecit (hoc est templi & regni caelestis) sit minister, declarat: eiusque sacerdotium, ex legis nouæ euangelicæ institutione cōmendat, quam prophetarum testimonia multo antequam præcellentiore venturam in plenitudine temporis prædixerunt, legem antiquãdo veterem. In eo autem quod cōsequitur nono capite tabernaculi prioris statū ac dispositionē describēs, simulq; sum-

mi sacerdotis ingressum per corporalis hostiæ sanguinē omnia ad mysticā refert intelligētīā. Christi autē tabernaculū, in quo per sanguinē suum introiit, vbi & modò pro nobis patri assisit ex aduerso velut precellētius cōparat. Et quomodo mediator sit noui testamētī, quod in sanguine suo dedicauit, & in morte cōfirmavit, ex veteris legis typica per sanguinē animalīū immolatorū dedicatione, declarat: simulq; & de hostiæ suæ semel facta ad omniū seculorū peccata delēda, oblatione: quādo tanquā peccator omnibus apparuit, venturus iterū in tēpore suo, in gloria patris sui. Capite verò decimo legis infirmitatē declarās, quæ per suas figuras & hostias corporales, sufficiens non erat ad emūdatiōem à peccato, sacrificiū verū placitū deo, ex psalmi testimonio adducit, nepe sanctū corpus agni immaculati, in quo semel pro nobis mortuus dei filius, & hostia factus, iam residet in dextera patris, accepturus plenū super omnes inimicos suos imperiū atq; dominiū: Ita vt iam vltra post nouā legis acceptā hostiā, veteribus illis oblationibus pro peccatis xpianis, nihil sit opus, cum vna ista semel oblata, perpetuo nobis sufficiat. A quo loco ad exhortationē transiēs Apostolus ad verā & syncerā in fide recta perseueratiā cū dilectione hortatur fideles factos: iudicij & ignis atreni pœnā (quæ manet omnes à fide apostatātes) in terrorē pponēs: ex veteris legis trāsgressē pœna illius vltionē æstimās, qui spiritui sancto per suā apostasiā iniuriā & cōtemptū intulerit. Ad cōsolationē autē bonorū terribilia illa dimittēs, ppositis illorū bonis initiis, in eo quòd & vincis cōpacti fuissent, & suorū bonorū rapinā cū gaudio in spe futurorū suscepissent, eos hortatur, vt in paciētia perseuerēt & cōfidentīā non perdāt, ne subtractionis filij effecti à retributione cœlesti excidentēs, incidāt in dānationē. Quoniā verò de fide multa præclara dixerat, Capite vndecimo fidē primū describēs, lōgè deinde ac latè per fidelīū patrū exēpla pertrāsiēs, eā cōmendat: quæ nō est necesse explicare modò per singula. Quorū exēpla, fideles iubet sequēti capite, sollicitē quoque ac diligētē imitari: sic tamen vt ante omnia Christi aspiciamus exēplū, quē dū recogitamus cōfusione contēpta per mortē (quā volūtariē sustinuit) ad patris gloriā ascēdisse, corroboramur animo, vt nō deficiamus in tribulationibus. Et quoniam in tribulationibus satis grauibus agebant cōuersi ad Christum Iudæi, dulcissimam eis cōsolationem ex verbis sapientiæ proponit, declarās quemadmodū correctio & disciplina utilis admodum sit, & testimoniū quod simus filij dei, quòdque fructum multum sit eis allatura, ea quæ nunc videtur habere acrimonia: Post hæc pacem eos cum omnibus sequi iubet, & diligenter contueri, ne qua inter eos mala pestis fursūm germinās cæterorum infectrix exurgat, proponēs Esau in exemplum, qui venditum ius primo

genitura postquam semel perdidit, amplius recuperare non potuit, ne sic etiam nobis contingat, si oblatam Dei gratiam respuamus. Ad quod, noui testamenti (quod per fidem acceptamus) & nouae ecclesiae, cui per fidem incorporamur, dignitatem explicat: praemissoque terrore in quo lex vetus data fuerat, multo magis nos qui de caelo demissum nobis Dei filium, nobis nouae legis Euangelium loquentem, audiuimus, ne recusemus loquentem commonefacit, sed ut cum metu & reuerentia seruiamus Deo. Ultimo tandem capitulo fraternae charitatis & hospitalitatis quae Deo vero placet, & miserorum qui in vinculis pro Christi nomine detinentur, eos commonefacit. Coniugium legitimum, honorabile: adulterium, detestabile praedicat. Auaritiam detestatur. In Deo confidentiam suadet. Ad praepositorum obedientiam & imitationem subditos inducit. A doctrinis peregrinis & veritati dissonis iubet attendere, & se in Dei gratia stabilire, potius quam in escarum obseruantis carnalibus. Post haec de altari nostro, quod est Christus & de immolata extra portam hostia nostra, facit sermonem, morali intelligentia fideles ad imitationem inuitans. Demum beneficentiae & communionis & obedientiae voluntariae iterum commonefaciens, eorumque pro se orationes postulans, bona illis precatus, & excusatione familiariter posita, ita nouissimam hanc & egregiam terminat Epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLA
lam beati Pauli apostoli ad Hebraeos.

TEXTVS EPI-ELUCIDATIO IN EPI-
 STOLAE AD HEBREOS
 beati Pauli apostoli.
 ELUCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.

M^a *Ut ipharie, multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis: b nouis, me diebus istis loquitur est nobis in filio suo, e quem constituit haeredem vniuersorum,*



^a *Eus pater omnipotens qui in seculis praeteritis diuersimode, id est, variis modis, maioribus nostris loqui consueuerat per prophetas praecones suos: b idem ipse tandem diebus istis nouissimis, quando venit plenitudo temporis loqui nobis dignatus est per vnigenitum filium suum, e quem constituit dominum omnis creaturae, dans ei.*

super omnia potestatem, a per quem creauit & secula: id est, omnia secularia, siue quæ in celo, siue quæ in terra. b Qui filius cum sit splendor paternæ gloriæ, & lumen de patris gloria æternaliter procedens, & imago patri consubstantialis, patrisque substantiam perfectè representans, c regensque, mouens, gubernans, atque sustentans omnia creata, sola sua potenti iussione, d perfecta peccatorum mundi expiatione per virtutem mortis & passionis suæ, e iam requiescit gloriosus, & residet accepta iudiciaria potestate ad dexteram paternæ maiestatis, in altissimis: id est, in æqualitate patris, & sublimitate gloriæ eius: f tanto angelis declaratus atque demonstratus præcellentior, quanto non me illud quod illi pater donauit, & quod ipse ut hæreditatem sibi propriam habet differentiùs est nomine illorum: hoc est quanto filij nomen antecellit nomen angelorù. g Nusquam enim in scripturis attribuitur angelis filij nomen, quod de Christo legitur in psalmo, ubi ex voce patris ad Christum dicitur: h Filius meus es tu mihi coæternus, coequalis, & consubstantialis, ego te in hoc ipso qui nunquam deficit æternitatis die, ab æterno genui. i Et alibi: Ego ero illi pater, & ipse erit mihi verus filius. k Et rursum alio in loco, cum pater filio tradit omnium quæ in mundo sunt potestatem, sic eum in orbem terrarum introducens, ita legitur ad angelos de filio dictum: Adorate eum omnes angeli eius. l Quantum verò ad angelos, multò aliter scriptura loquitur. Nam de angelis in psalmis sic dicitur: m quod deus spiritus quos tam nobiles creauit natura, angelos suos siue nuntios facit ad perferendum sua nuntia: n & supremos quoque spirituum, ipsos etiam Seraphim qui sunt ut flamma ignis facit suos ministros, qui assistant coram eo omni tempore, sicut serui in conspectu domini sui. o Ad filium autem iterum alibi scriptura ita loquitur dicens: Sedes tua regia, maiestatisque &

a per quem fecit & secula.

b Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius,

c portansque omnia verbo virtutis suæ,

d purificationem peccatorum faciens,

e sedet ad dexteram maiestatis in excelsis:

f tanto melior angelis effectus, quanto differentiùs præ illis nomen hæreditauit.

g Cui enim dixit aliquando angelorum:

h filius meus es tu, ego hodie genui te?

i Et rursum: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.

k Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorènt eum omnes angeli dei.

l Et ad angelos quidem dicit:

m Qui facit angelos suos spiritus,

n & ministros suos flammam ignis.

o Ad filium autem: Thronus tuus deus in seculum seculi,

- a *virga æquitatis, virga regni tui.* potestas tua deus æterna est, a & sceptrum regni tui est in æquitate: id est, in iustitia & æquitate est tuum imperiū. b Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis, quærens semper quæ sunt placita patri, & odio habuisti ac fugisti iniquitatē: atq; propterea deus pater, deus, in quā, tuus, secundum humanitatis infirmitatē, impleuit te spiritu sancto & eius charismatibus pretiosis velut oleo lætitiæ spiritalis plusquā cæteros omnes homines, tuos cohæredes. Cæteris enim ad mensurā, de plenitudine Christi, datur spiritus sancti gratia: Filius autē non ad mensurā accepit, in quo secundū omnē plenitudinē spiritus sanctus corporaliter inhabitauit: c & de eius æternitate atque immutabilitate alicubi sic legimus: Tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi. d Ipsi peribūt, tu autem permanebis: e & omnes vt vestimentum veterascunt. ceteris enim ad mensurā, de plenitudine Christi, datur spiritus sancti gratia: Filius autē non ad mensurā accepit, in quo secundū omnē plenitudinē spiritus sanctus corporaliter inhabitauit: c & de eius æternitate atque immutabilitate alicubi sic legimus: Tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi. d Ipsi peribūt, tu autem permanebis: e & omnes vt vestimentum veterascunt. f Et sicut mutari solet operimentum, pro veteri nouum assumēdo, ita mutabis eos & innouabis, & ipsi mutabuntur innouati. g Tu autem idem prorsus permanes immutabilis, & durationis tuæ non erit finis. h Neque etiam ad vllum aliquādo angelorum dictū legitur, quod ad filiū pater in psalmis dicit: Sede à dextris meis, donec ego subigam tibi inimicos tuos, quasi scabellū sub pedibus tuis, perfecta & omnimoda subiectione. i Imò verò omnes angeli administratorij spiritus sunt, ad perficiēdum voluntatem dei, assistentes illi iugiter: k quorum plurimi (nempe qui in inferioribus ordinibus sunt) in ministeriū emittuntur, quoties deo placuerit, ad peragendum quæcunq; ille mandauerit, l propter salu-
- Et, Tu in principio domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi.*
- d Ipsi peribūt, tu autem permanebis:*
- e & omnes vt vestimentum veterascunt.*
- f Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur:*
- g tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient.*
- h Ad quē autē angelorū dixit aliquādo: Sede à dextris meis, quoad usque ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum?*
- i Nōne omnes sunt administratorij spiritus,*
- k in ministerium missi, l propter eos qui hereditatem capient salutis.*

tem hominum, qui accepturi sunt hæreditatem salutis meæ, & secundum spem hæredes dei modo existunt.

ELUCIDATIO CAP. II.

Quia verò tam sublimis est super angelorum ordines Christus dominus, per quem nobis modò pater loqui dignatus est, ob hoc attètius atque diligètius nobis, cù omnibus obseruatione custodièda sunt, quæ ab ipso audiuiamus, b ne quo pacto còtingat ea nobis sine fructu excidere atq; disilluere. c Nā si vetus illa lex quæ per angelos personā dei repræsèntata data fuit, rata fuit & firmæ obligationis: ita vt quisquis illā præuaricaretur, facièdo quod illa vetabat, aut quisquis inobediēs existeret omittèdo quod illa iubebat, iustam & còdignā acciperet punitionē: d quæ spes erit euadèdi vltionem dei nobis Christianis hominibus, si tantam salutem tam apertè & tam nouo modo propositam, negligètia nostra præterire sinamus, nec còtendamus eius per fidem rectam fieri participes. e Quam salutem cùm incepisset primus prædicare dominus Iesus apud Iudæos, f Postmodum tamen ea per prædicationem apostolorū atq; discipulorū qui à Christo didicerant, ad nos vsq; cum firma auctoritate fideliter deducta est, g deo cooperante, còtestante, & sermonè apostolorū confirmante, variis signis in natura, atque prodigiis mōstrosis, h & variis virtutū operationibus atque spiritus sancti diuersis donis, quæ secūdum suę volūtatē beneplacitū, quibus vult, & quantum vult distribuit. i Dico autè de Christi excellentia q̄ scriptura nusquā dicit angelis esse subiectū orbē terrarū futurū, aut seculū superuētūrū, de quo nūc præcipuè secūdum mysticā intelligètiā sermonē facimus: quod tamè de Christo legimus. k Nā in quodā loco bene noto, testimoniū perhibet in signis ille nulli non optimè cognitus Dauid, dicens: **I** Quid est vniuersum

TEXT. CAP. II.

a Propterea abūdantius oportet obseruare nos ea quæ audiuiamus,

b ne forte perefluamus.

c Si enim per angelos dicitus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobediētia accepit iustam mercedis retributionem, d quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

e quæ cū initium accepisset enarrari per dominum,

f ab eis qui audierunt in nos confirmata est,

g còtestate deo signis & portentis,

h & variis virtutib⁹, & spiritussancti distributionibus secundum suam voluntatem.

i Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

k Testatus est autem in quodā loco quis dicens: b quid est homo, & me-

mor es eius, aut filius hominis, quoniã visitas eũ?

a Minusisti eum paulominus ab angelis:

b gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

c Omnia subiecisti sub pedibus eius.

d In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei.

e Nunc autẽ necdum videmus omnia subiecta ei.

f Eum autem qui modico quã angeli minoratus est,

g videmus Iesum ppter passionem mortis, gloria & honore coronatum;

h vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem.

i Decebat enim eũ propter quem omnia & per quem omnia:

k qui multos filios in gloriam adduxerat,

l authorem salutis eorũ, per passionem consummati.

genus humanum, aut hominum quilibet, vt de nobis tu recogitare digneris? aut quid est homo natus de homine, & caro de carne, vt dignũ ducas tuis singularissimis beneficiis & donis nos inuisere? *a* Christum hominem factum, etiam infra angelos aliqua ex parte constituiti, carnis illum miseriis propter hominem subiiciens: quem postmodum per passionem consummatũ suscitando, *b* gloria & honore triumphabiliter vnde quaque decorasti: & dedisti ei potestatem in conspectu omnium, super omnia quæ in cœlo sunt & in terra, *c* eius ditioni cuncta perfectẽ subiiciens: *d* Atq; in hoc quod pater filio subiecit, dicitur omnia, nihil excipitur ab eius subiectione *e* quanquam nunc ante nouissimi tempus iudicij, nõ perfectẽ videatur adhuc omnia subiici, quomodo subiicietur peracto iudicio. *f* illum autẽ ipsum Iesum qui aliquantulum infra angelos fuerat humiliatus, ppter corporis quas susceperat miseriis: *g* nũc videmus & in fide cernimus, propter passionis meritum magnifica gloria vt victorem honoratum, etiam supra angelorũ exercitus. *h* Per passionem mortis, inquam, vt ex Dei munere & dono pro omnium salute operanda, ipse solus mortem experiretur, in se suscipiens. *i* Sic enim decebat Deum patrem, per quem vt primum efficiens, & propter quem vt finem vltimum omnia facta fuerant, *k* qui multos filios adoptionis erat adducturus & ab æterno se adducturum præordinauerat ad consortium gloriæ filij sui naturalis. *l* Decens, inquam, erat & consonum patris iustitiæ, vt ille qui author & causa salutis futurus erat filiis adoptionis, consummaretur & ad perfectum gloriæ adduceretur cum fratribus suis, per mortis passionem: sic nimirum peccata delens, quæ à salute huiusmodi nos excluderent. Neque enim decẽs erat ad salutem adduci genus humanum, donec paternæ iustitiæ & maiestati esset pro delictis & in-

obediētia, à filio (qui solus potuit) satisfactum.
 a Hanc autem reconciliationem conueniens erat per filium compleri: quoniam & ipse qui sanctificat Christus Dei filius & qui sanctificatur per eum fideles, pariter ex vno sunt patre, ad quem congruo ordine filij adoptionis per filium naturæ habent adduci, b Atque ob hoc non erubescit, sed dignatur ipse Dei naturalis filius, fideles homines fratres amicabili nomine appellare, dicens in Psalmis ad patrē: c Prædicabo nomen tuū & manifestabo hominibus fratribus meis in medio cōgregationis sanctorum, velut vnus ex eis, & per eos tanquam mēbra mea laudabo te. d Et rursum in Esaia propheta: Ego ero confidens in Deo: quod secundum similitudinem nostram loquutus est, secundum quam sperare & confidere dici potest in patre, quemadmodum & nos in ipso: vt inferiores & impotentes confidimus atque speramus. e Et iterum: Ecce ego secundum voluntatem patris factus homo, & pueri mei quos mihi dedit dominus, in fratres con similes omnino naturæ: dedit, inquam, tam redimendos quàm possidendos. f Quoniam ergo pueri Christi ceteri homines, inter quos ipse est primogenitus, carnem & sanguinem habent ex quibus cōstant. & ipse in eisdē naturæ similitudine carnem similiter accepit & sanguinem, eorūque factus est particeps: g vt sic mortalis fieret nobiscum, atque ita per mortem in suo corpore voluntariè susceptam, deuinceret mortis imperatorem, id est diabolum, qui per mortē quam inuenerat sua astutia dominabatur super omne genus humanum: h & excusso iugo seruitutis atque timore expulso, liberos faceret eos qui per omnem vitam sub timore mortis anxij velut seruiebant. Cuiusmodi erant ante Christi passionem, omnes homines. i Neque verò in villo scripturæ loco legitur, quod spirituale aut angelicam Deus naturā assumpsit: sed ex se-

a Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes.

b Propter quam causam non confunditur, fratres eos vocare, dicens:

c Nūtiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.

d Et iterum, Ego ero fidens in eum.

e Et iterum: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus.

f Quia ergo pueri cōmunicauerunt carnem & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem:

g vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum:

h & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erāt seruituti.

i Nusquam enim angelos apprehēdit: sed semen Abrahæ apprehēdit.

a Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad deum, b vt repropitiaret delicta populi.

c In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

TEXT. CAP. III.

a Vnde fratres sancti, vocationis celestis participes, cōsiderate apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum:

b qui fidelis est ei qui fecit eum,

c sicut & Moyses in omni domo eius.

d Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quāto amplioris honorem habet domus, qui fabricauit illā.

e Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo: f qui autem omnia creauit, deus est.

mine Abraham natus, humanā naturā assumpsit. a Vnde debuit in omnibus quæ ad nostram redemptionem erant accommodata assimilari fratribus suis vt esset misericors & fidelis pōtifex in adiuuādo miseros apud patrem, b & vt placaret in similitudine carnis nostræ patrem pro delictis nostris. c Nam quatenus ipse eadem passus est, eadēque nobiscum expertus, potens factus est, & potens esse cognoscitur, ad ferendum etiam nobis auxilium, qui adhuc iisdem miseriis vexamur.

ELUCIDATIO CAP. III.

V^a Nde fratres sanctificati per Christū, qui vocationē dei supernam ad æterna bona suscepistis, facti fideles, contēplemini diligēter & intueamini dominū Iesum, magnū vtiq; legatū & pōtificē nobis à deo destinatum qui nos confessionē rectē fidei nostræ edocuit, quēque ex fide cōstemur. b Considerate, in quā, hūc fidelē existētem in omnibus patri suo qui ipsum fecit, & hominē esse & legatū, & pontificē nostrū, c quemadmodū & Moyses, olim in veteris legis administratione legitur in tota Synagoga (quæ erat domus dei) fuisse minister fidelis. d Imò verò tanto maiori gloria noster Christus antecedit Moysen, quanto ipsius domus vel ex ipsa domo, maiorē habet gloriā qui eam fabricauit & fecit vt suam, eo qui tantū vt minister in aliena domo ad tēpus inhabitat. Talis sanē erat Moyses ad Christū. Nā hic sibi populū illū propriū fecerat: Moyses verò tantū Synagoga ad tēpus administratio fuerat concessa, in qua tanquam aliena, & à deo non à se cōdita, versabatur Christus verò in ecclesia sua, tanquam dominus in propria domo inhabitat. e Omnis enim domus, ab aliquo tanquā ab efficiēte, & ab aliquo tāquam à domino & possidēte, cōstruitur. f Deus verò est, qui p seipsum creauit omnia, siue vt dominus, siue vt efficiēs, & ab ipso fabricata sunt vniuersa: vnde cōstat,

Christum dei filium in ecclesia vt in sua domo inhabitare. a Et Moyses quidē in illa Synagoga legitur fidelis extitisse in ministrādo & famulando, b ad proponēdum ea quæ dicēda essent à domino ad populum, vel respondenda à populo ad dominū. Moyses enim verba domini deferebat ad populū, & populi vicissim responsa referebat ad dominum, vtrorūmq; minister & famulus, quemadmodū solēt nūtij hinc inde discurrere. c Christus verò tanquā filius & hæres (cuius sunt omnia quæ patris existūt) in propria domo tāquam dominus inhabitat in ecclesia, non seruit vt famulus. d Ad quā domum pertinemus nos fideles omnes, ex quibus construitur vnitas ecclesiæ. e Si modò spem nostram in qua cōfidimus, & gloriamur ad finem vsque perseverāter teneamus, & non declinemus. Alioqui à domo eius alieni efficiemur, nec esset nobis pars in ei⁹ ecclesia. f Quapropter libet nūc mihi eisdem vos sermonibus cōpellare, quos olim per psalmistā loquutus est spiritus sanctus. g Vos (itaque) si hodie, inque hoc tempore quod est gratiæ & misericordiæ, vocem audieritis domini, siue exterius siue interius docentis, h videte sollicitè, ne obfirmetis affectum voluntatis vestræ, vt non acquiescatis verbo domini: i quemadmodū olim fecerunt patres vestri quando me ad amaritudinem & iracūdiam magnam prouocauerunt in illo tempore cum me tentarent in deserto, k vbi tentauerunt & experti sunt magnalia operum meorum, per quadraginta annos illis manna de cælo pluentem, & vestimenta illorum illæsa conseruantem. l Et quoniam ipsi me tentauerūt exacerbantes fastidio mihi fuit & displicuit generatio illa exasperans, & dixi intra me ipsum, atq; etiam ad Moysen seruum meū: m populus iste non cessat ab errore cordis sui toties iam eadē repetēs murmura. n Ipsi autem non intellexerūt cōsilia mea, & ego fir-

a Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, b in testimonium eorum quæ dicenda erant:

c Christus verò tāquam filius in domo sua,

d quæ domus sumus nos,

e si fiduciam & gloriam spei vsque in finem firmā retineamus,

f Quapropter sicut dicit spiritus sanctus:

g Hodie si vocem eius audieritis,

h nolite obdurare corda vestra,

i sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto,

k vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea, quadraginta annis:

l propter quod insensus fui generationi huic, & dixi:

m Semper hi errant corde.

n Ipsi autem non cognouerunt vias meas, quibus

iuravi in ira mea, si introibūt in requiē meam.

a Videte fratres nequādo sit in aliquo vestrū cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo:

b sed adhortamini vosmetipsos p̄ singulos dies,

c donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

d Participes enim Christi effecti sumus: e si tamen initiū substantiæ eius vsq; ad finem firmum retineamus.

f Dum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quæ admodum in illa exacerbatione.

g Quidam enim audientes, exacerbauerunt:

h sed nō vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen.

i Quibus autem insensus est quadraginta annis?

k Nonne illis qui peccauerūt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto?

missimo decreto statui & iuravi ex omnibus illis exacerbatoribus non ingressurum nec vnū in requiem terræ promissionis. Ecce fratres audistis duram conminationem & grauem incrementorum punitionem. a Vos illorum admoniti exemplo diligenter cauete, ne forte sit in vltimo vestrum affectus incredulitatis ad apostatandum à Christo Deo viuo, eius fidem deserendo, in qua iam baptizati estis: b sed mutuis exhortationibus vos inuicem atque etiam vos ipsos exhortemini atque consolemini, vt nullis tentationibus aut præssuris à fide recta iam suscepta contingat abscedere. c Idque facite nūc dum tempus est, quandiu hic gratiæ dies nobis nominatur & offertur, ne obduretur vllius affectus ex vobis qui iam credidistis, dæmonis fallacia in peccatum infidelitatis seductus. d Iam enim Christo per fidē inſiti & vniti sumus, eiq; secundum spem cohæredes facti, e si tamen quod per regenerationem spiritualementem in eo esse cœpimus, nempe per fidem noua creatura, in finem vsque constanter teneamus: hoc est, si in finem vsque fideles permaneamus vt cœpim⁹, f donec perdurat dies ille, de quo per spiritum sanctum dicitur: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in illa exacerbatione: g In tota enim multitudine filiorum Israel, fuerunt audientes sermonem domini, per incredulitatem murmurantes exacerbauerūt dominum. h Non omnes tamen eiusmodi extiterunt exacerbatores, qui fuerunt ab Aegypto Moysē duce profecti. i Neque verò ad vniuersos referri hoc debet, quod dicitur. Quibus offensus fui quadraginta annis: k sed ad illos tantum qui murmurādo peccauerunt, qui & morte percussi sunt, antequām terram promissionis ingrederentur, & sunt ipsorum cadauera in deserto prostrata, siue sepulta. Qui verò non murmurauerunt cōtra dominum (vt Iosue & Caleph & filij præuaricatorum qui il-

lius murmurationis non fuerant conscij) non sunt puniti, sed acceperunt promissionem, a atque illud iuramentum, quo iurauit in ira sua, ut non introirent in terram promissionis, non nisi aduersus illos factum fuit, qui inobedientes & increduli fuerant murmuratores. b Et per omnia ex dictis euidentis est eos qui non introierunt, & fuisse propter suam infidelitatem & inobedientiam solam prohibitos.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

T^a Imeamus ergo & præcaueamus, ne quo modo contingat, ut aliquis ex nobis qui fidem suscepimus, promissione cœlestis ingressus (facta perseverantibus in fide) per apostasiam abiecta atque contempta, conspiciatur inueniaturque sua infidelitate frustratus, ab illo ingressu deficere. b Nam & nobis annuntiatæ sunt pollicitationes dei quemadmodum & illis. c Sed non profuit illorum plurimis sermo auditionis, quem audiebant, non coniunctus cum fide, secundum ea quæ audierunt. Nam sermone cœlestium promissionum tantum audire non prodest, nisi fidem adhibeas, coniungas, & commisceas iis quæ audieris. d Sanè enim introgrediemur in requiem dei quicumque nunc fidem eius suscepimus, & in ea permaneamus, quemadmodum per contrarium indicat scriptura, dicens: e Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri: quibus iuravi, quod non ingressuri essent in requiem meam. In quo verbo, per contrarium sensum significatur, eos fuisse in requiem admittendos, nisi fuissent increduli, & omnes in requiem cœlestem ingressuros, qui verè fuerint fideles. f Et quidè de hac requie, in ipso statim fideles principio, fit sermo, postquam opera sex dierum, in quibus constitutus est mundus essent completa. g Dicitur enim illo in loco de die septima, quod requieuerit in ea dominus ab omnibus operibus

a Quibus autem iurauit, non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt?

b Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.

TEXT. CAP. IIII.

a Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introcundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse.

b Etenim & nobis annuntiatum est, quemadmodum & illis:

c sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex iis quæ audierunt.

d Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit:

e Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

f Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis.

g Dixit enim in quodam loco de die septima, sic: & requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis.

a Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam.

b Quonia ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem.

c Iterum terminat diem quendam, hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictum est:

d Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

e Nam si eis Iesus requiem praestitisset, nunquam de alio loqueretur post hac die.

f Itaque relinquitur sabbatismus populo dei.

g Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requiescit ab operibus suis,

h sicut & a suis deus.

i Festinemus ergo ingredi in illam requiem:

suis quae patrauerat, videlicet nihil novum in ea creans ut fecerat in prioribus. In quo verbo significatur electorum requies beata, qua post huius mundi finitos labores requiescent in eternitate ad exemplum dei, qui die septima cessavit ab opere. a Et rursum in isto loco dicitur: Si introibunt in requiem meam. In quo significatur per contrarium sensum, veros fideles in hanc requiem suscipiendos. b Quoniam ergo hoc restat ut ingrediantur nonnulli in illam requiem, & in illis prioribus, quibus prius fuerat nuntiatum non ut videtur impletum, qui non introierunt propter suam incredulitatem. c iterum post tantum temporis intervallum, quod ab illo exacerbatōis die usque ad David protenditur: post tantum, inquam, temporis, iterum definit scriptura alium quendam diem & aliud hodie per David, dicendo (sicut iam saepe praallegatum est) d Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Neque verò dici valet per Iosue fuisse ingressum illum perfectam & veram requiem dedisset, nullo modo scriptura proposita de alia loqueretur post ipsam diem, & alia requie, quae postmodum in tempore gratiae esset propalanda. Nunc autem (illo nihil obstante) adhuc aliam quendam diem desinit, per David. f Ergo sabbatismus perfectus, in prioribus scripturae locis utcumque designatus (id est, requies aeterna, & caelestis illa iugisque ab omni labore feratio) adhuc restat, per Christum donandus suis fidelibus. g Quisquis enim ingressus fuerit in requiem illam dei, sic ab omnibus operibus laboriosis, quibus ad meritum solet vacare, cessabit, & perpetuo velut ferietur, h quomodo supra de deo dictum fuerat, quod post sex dies laboris accepisset in sabbato requiem ab omnibus operibus suis. i Omni itaque studio contendamus in illam

tam beatam quæ nos manet, introire requiem:
 a ne fortè quis ex nobis incidat in similitudinem incredulitatem, quæ nobis debet esse in exemplum: ne quemadmodum illi propter suam infidelitatem non sunt ingressi in requiem terræ promissionis, ita nos promissa requie cælesti, fruemur, cuius illa tantum signum erat & figura. b Sermo enim dei (id est, sententia cõminationis, siue iudicij eius) viuis est, vigorèmq; habens, & in agendo siue exequèdo plurimum efficax, cuius potestati nihil resistit, sed peruia sunt ei omnia. c Cùm sit omni gladio, etiam ex utraq; parte scindente, ad penetrandum valentior: ita ut penetrare possit etiam intima, nempe animam & spiritum, super illa potestatem omnimodam habes. d Neq; obstitit illi cõpagum nodositas, neque medullarum intra ossa fortissima inclusio, quin omnia facillimè possit penetrare omnipotens sermo dei. e Insuper & discernit cogitationes humani cordis, bonas à malis: & ipsas mētis intentiones acutissimè diiudicat. f Et nulla pro sua creatura est eius subtracta cognitio: g quoniam omnia quantumvis hominibus tecta aut occulta, nuda detecta & aperta sunt eius conspectui, h coram quo nunc etiam loquimur, & coram quo nobis erit singulorum dictorum ac factorum suo tempore reddenda ratio. i Cùm ergo habeamus pontificem magnum, nempe Iesum dei filium, qui cælum nobis suo ingressu patefecit, viamque parauit: non recedamus à semel iam concepta spe nostra, sed firmiter in confessione rectæ fidei, in qua est spes nostra, postremus. k Pontifex enim iste quem à deo datum habemus, non talis est, ut nesciat compati, misereri, & condescendere nostris miseris atque imperfectionibus: l Imò vero expertus est in sese omnia quæ ipsum cõueniebat ad nostram salutem suscipere, secundum similitudinem nostri, excepta peccati miseria, à qua illū decuit semper esse alienissimū.

a ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

b Viuis est enim sermo dei & efficax,

c & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus,

d compagum quoque ac medullarum,

e & discretor cogitationum & intentionum cordis,

f Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius:

g omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius,

h ad quem nobis sermo.

i Habetes ergo pontificem magnum qui penetravit cælos Iesum filium dei, tenemus spei nostræ confessionem.

k Nō enim habemus pontificem qui nō possit compati infirmitatibus nostris, l tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

a *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius,*

b *vt misericordiam consequamur,*

c *& gratiā inueniamus in auxilio opportuno.*

TEXT. CAP. V.

a *Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad deum,*

b *vt offerat dona & sacrificia pro peccatis:*

c *qui condoleve possit iis qui ignorant & errant:*

d *quoniam & ipse circum datus est infirmitate:*

e *& propterea debet, quae admodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.*

f *Nec quisquam sumit sibi honorem:*

g *sed qui vocatur à deo, tanquam Aaron.*

h *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret:*

a Adeamus ergo cum plena confidentia, nihil haesitantes, & corde fideli accedamus ad illum, (in quo nunc residet in dextera patris) gloriae thronum, vnde peccatorum remissio fluit & gratia omnibus petentibus, b vt consequamur misericordiam eius in peccatorum nostrorum dimissionem, c & gratiam ad bene operandum adiutricem, ad auxilium, commodum, & opportunum dum tempus est misericordiam consequendi & bene operandi.

ELUCIDATIO CAP. V.

Omnis enim pontifex à medio populi quasi vnus ex eis, similis eiusdemque naturae existens assumitur, & pro caeteris hominibus (quorum est sacerdos) in diuinis peragendis ordinatur, atque deputatur, b Videlicet vt ex delegato & commisso sibi officio offerat oblationes & sacrificia, pro repropiciandis apud dominum populi peccatis. c Talis, inquam, assumitur & constituitur, qui sciat & velit compati, & misericordiam poenitentiae non negaret iis qui siue ex ignorantia, siue ex errore & lapsu fragiliatis humanae propter infirmitatem à concupiscentia seducti peccauerint:

d quoniam & ipse iisdem est infirmitatibus, etiam quae peccatum concernunt, ex omni parte subiectus, similisque in se pugnans peccatorum, quales illi experitur. e Atque ideo necesse habet, quomodo pro populo orat, ita etiam pro semetipso orare, & offerre hostias aliasque oblationes pro peccatorum remissionibus perficere. f Neque quisquam sibi debet huiusmodi honorificum sacerdotij munus, sua autoritate vsurpare, neque semetipsum ingerere: g sed qui à Deo vocatur & ordinatur, quemadmodum exemplum habemus in Aaron, quae per Moysen dominus ad sacerdotium deputauit. h Sic sanè & noster iste Pontifex Christus, non semetipsum glorificauit à semetipso sibi suum pontificatum vendicans, aut sibi ipsi de sui pontificatus

catus veritate testimoniū perhibēs, vt suus pōtificatus & dignitas quā habebat, hominib⁹ inno-
tesceret, a sed pater caelestis qui in principio
libri Psalmodum ipsum testatur esse constātia-
lem filium suum dicendo ad illum: b Filius
meus es tu, ego in aeternitate te mihi consubstā-
tialē & coæqualem filium genui, idem ipse
verum pontificem & sacerdotem eundem in
scripturis clarificat, & manifestat, c quemad-
modum alio in loco ad filium loquitur, dicens,
d Sacerdos es tu mihi pro populo electorū, eī-
que in sempiternum, ita vt sempiternum tibi
perpetuūque maneat sacerdotium non habi-
turus alium post te successorem: eritque sacer-
dotium tuum, non iuxta veteris legis ritum, id
est, nō Aaronicum, aut Leuiticum, e sed iuxta
ordinem, atque figurā & similitudinē, Melchi-
sedech, cuius præiū sacerdotiū, tui subsequuti-
ri tantū erat figura, quēadmodū posterius latius
explicabitur. f Qui sacerdos Christus in dieb⁹
quibus versabatur in carne passibili, ad patrem
suum omnipotentem (qui potens erat illum &
omnem populum eius a morte saluare, ipsum
suo tempore resuscitando) deprecationes pro sa-
lute humani generis, & humiles supplicationes
sēdque cum lachrymis & forti clamore, in testi-
monium summæ affectionis atque dilectionis,
effudit, patrique has acceptissimas offerens ho-
stias super crucis altario. g exauditus est (vt di-
gnum erat) a patre, propter suam reuerentiam,
qua vt filius consubstantialis & coæqualis, pa-
tri erat acceptus. h Et quidem cum esset filius
Dei, natura sua impassibilis: voluit tamen ex
iis quæ passus est in assumpta hominis natura
experimento dicere, & exhibere obedientiam,
in summa patientia. i Atque ita sine bono &
congruo perfectus, omnibus in se credentibus
& mandata sua obseruantibus, promeruit vi-
tam atque salutem æternam, & omnibus saluā-
dis factus est author siue causā salutis, k qui à

a sed qui loquutus est ad
eum:

b Filius meus es tu: ego
hodie genui te.

c quemadmodum & in
alio loco dicit:

d Tu es sacerdos in ater-
num,

e secundum ordinem Mel-
chisedech.

f Qui in dieb⁹ carnis suæ,
preces, supplicationesque
ad eum qui possit illum
saluū facere a morte cum
clamore valido, & la-
chrymis offerens,

g exauditus est pro sua
reuerentia.

h Et quidem cum esset fi-
lius dei, didicit ex iis quæ
passus est, obedientiam:

i & cōsummatus factus
est omnibus obtemperan-
tibus sibi, causa salutis æ-
ternæ,

k appellatus a deo pōti-

fex iuxta ordinem Melchisedech.

a De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, b quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

c Etenim cum deberetis magistri esse

d propter tempus:

e rursus indigetis ut vos doceamus quæ sunt elementa exordij sermonum dei:

f & facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo.

g Omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis institutæ:

patre appellatur in scriptura pontifex, secundum ordinem Melchisedech. a De cuius pontificatu nimium præcellenti copiosum institutum sermonem, & multa valde habemus dicenda, quæ difficile fuerit vobis perfecte explicare: non tam propter dicendorum magnitudinem, quam propter vestram imbecillitatem: b quoniam forsitan dura vobis essent ad audiendum qui magna ex parte Mosaycis adhuc institutis addicti estis, & non ita æquis auribus novi testamenti libertatem sacerdotium & sacramenta præferri auditis illis vestris veteribus, quibus assueti estis. c Etenim cum deberetis merito esse perfecte edocti in ministeriis fidei Christianæ, ita ut etiam aliis in ea erudiendis sufficeretis: d tum quia vobis primum prædicatum est, tum quia ab ipsius Christi ore sermonem audistis, tum quia legem & Prophetas optima fidei præparamenta habuistis: e vestro tamen vitio, & cordis duritia, & obstinatione cervicis duræ fit, nescio quo modo, quasi de integro indigeatis informari, & instrui, de ipsis fidei primis rudimentis, à quibus initium sumi debet Christiane prædicationis, f & tales facti estis vestro vitio, quibus sit opus lacte, & non congruat solidus cibus. Propter vestram enim duritiam, cogor nunc ex umbris veteris legis & figuris diuersis, per allegoriam ostendere veritatem, & præcellentiam sacerdotij Christi, & euacuationem legalium sacrificiorum, & cessationem legis veteris (quæ ego lac appello & minuiora quædam) propter vestram in fide paruitatem vobis ista exhibens, quæ ego opus non haberem tam latè proficere, & copiosè differere sermonibus, si simplicis veritatis solidum cibus ex ore nostro velletis accipere, citra commixtionem lactis: id est, allegoriam veterum figurarum, quibus à principio educati estis. g Omnis enim qui adhuc lacte in pabulum vitatur, & infirmioribus pascitur legis umbris,

nolens quicquam accipere, quod non illis sit conditum, capax non est, vt perfectionis verbum, & Euangelicæ libertatis prædicationem nudè accipiat. a In fide enim Euangelica paruulus est, qui adhuc in figuris hæret. b At perfectorum, qui secundum spiritum omnia diuindicant, solidus est cibus: & sine vmbri atque figuris illis sunt cælestis sapientiæ proponenda mysteria: c qui pro ipso habitu & assidua exercitatione diuinæ contemplationis, & frequenti sensu illuminationum atque affectionum cælestium, discretionis iudicium habent perfectum: d vt queant cælesti spiritus luce irradiari, vera à falsis, & credenda à non credendis, simplici iudicio discernere.

a paruulus enim est.
b Perfectorum autem est solidus cibus:

c eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus,

d ad discretionē boni ac mali.

ELUCIDATIO CAP. VI.

I^a Taque nunc seponentes siue omitentes, de iis loqui quæ sunt fidei Christianæ principia, quæque edocti estis cum primo in Christum inciperetis credere, b prius ea disseramus quæ vobis sunt potiora, necessaria, & difficiliora ad capiendum. Cuiusmodi sunt ea quæ postmodum sequentur de æternitate sacerdotij Christi, & euacuatione legalis sacerdotij, vnà cum cæteris legis cæremoniis, & veteribus offerendi ritibus. Neque iam de integro volumus quasi à fundamentis vobis illa proponere, quæ sunt fidei initia: quasi modò primùm cœperitis esse Christiani, qui iam in Christianismo multum tempus habetis.

c Non inquam, rursus latè differemus de iis quæ sunt fidei prima principia, & fundamenta vitæ Christianæ. Quæ (vt summatim perstringam) sex præcipua sunt: d Nempe agere pœnitentiam à præteritis, peccatis quæ occidunt animam, & vita antè malè acta. e Deinde ad Deum per fidem accedere. f Deinde baptismatis siue baptizationum doctrina,

TEXT. CAP. VI.

a Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem,
b ad perfectionem scemur,

c non rursus faciētes fundamentum

d pœnitentiæ ab operibus mortuis,
e & fidei ad deum,
f baptismatum doctrinæ,

a impositionis quoq; manuum,

b ac resurrectionis mortuorum,

c & iudicij aeterni.

d Et hoc faciemus si quidem permiserit deus.

e Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati,

f gustauerunt etiam donum caeleste,

g & participes facti sunt spiritus sancti,

h gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, i virtutisque seculi venturi,

k & prolapsi sunt:

l rursus renouari ad poenitentiam,

na, qua docti estis non sufficere poenitentiam, neque fidem, nisi adsit baptismalis ablutio. a Post qua est impositio manuum per qua credimus iam baptizatis gratia conferri, in bono confirmantem. b Quinto loco est mortuorum resurrectio, c qua consequitur (id quod est sextum fidei principium) iudicium veterum super bonos & malos: Idq; non ad tempus, sed vt fuerit semel definitam sine fine duraturum. De his (inquam) non interdimus iterum copiose sic disserere, quasi a fundamentis essetis in fide edificandi. Spero enim vos iam in his satis instructos. d Nihilominus tamen vbi de Christi sacerdotio sermone absoluerimus, tum si sic Deus donabit, & opportunum erit, de his quoq; non nihil dicturi sumus. Interim tamen breuiter pauca perstringamus, Haec enim super his est vera & catholica fidei summa. e Quoniam vix fieri potest, & sane per quam difficile est, atque rarissimum, vt qui semel a Deo sunt vocati, & per fide illuminati, f & perceperunt gustum suauitatis gratiae caelestis, & charitatis quae diffusa est in cordibus nostris, g & spiritum sanctum acceperunt, q eis gratiam siue gratum facientem, siue etiam alia dona sua fuerit elargitus: h & gustauerunt insuper, & mente perceperunt eloquia domini, & verbi eius bonitatem, atq; super omnia suauitatem: i sunt etiam sepius ardentiori afflati spiritus calore, virtute induti ex alto, & quasi superueterae beatae vitae experti in se virtutem: k & posteaquam haec omnia beneficia perceperunt (nisi his obstantibus) denuo prolapsi sunt, corde incredulitatis a Deo viuo Christo (cui sic fuerant familiares effecti) voluntarie se separantes, post acceptam rectae fidei notitiam. l Vix, inquam, possibile est, & per quam rarum, vt tales rursus reuerti contingat ad integram & veram poenitentiam. Qui enim semel a Deo voluntarie apostatauerit, quo maiora prius dona percepit gratiarum, eo magis in errore relinquitur: vt poenitentia ei non concedatur, & in ingra-

titudine sua pereat. a Cùm crucifigant hi rursum (quantum in se est) Christum Dei filiũ, nõ credẽtes verum esse, quòd per mortem Christi sint deleta mũdi scelera: quòd si ita esset rursum oporteret mori Christum, ad perficiendũ quod illi perfectum negant: b & ostentui eũ habet, cuius sanguinem nihilo reputat amplius quàm hominum cæterorum, nec sufficere credunt ad hominum salutẽ. Sumi potest ex terris & agris cõparatio: quæ nostro huic deseruiat instituto. c Cordis enim humani ager qui multis sacris & cælestibus fuerit visitationibus à Deo misericorditer sæpius complutus, bonorũq; operũ pluuia sic irrigatus, fructum condignum & cõgruum in vitã eternã progignit suis cultoribus, d accipit à Deo benedictionem: vt in bono confirmetur & mereatur ampliora in futurũ accipere, & beneplacitum est Deo in huiusmodi terra. e Si cuius autem cor acceptas diuinas visitationes & imbrem cælestis gratiæ frequentius superfusum, nihil proferat præter errores & opera mala, quæ non congregari valeant in horreum æternæ vitæ, cuiusmodi sunt in herbis spinæ & tribuli, illius cor Deus odio habet & reprobatur. & nisi resipiscat dignum faciẽdo fructũ pœnitentiæ, veniet super illũ maledictio, f & tãdẽ finis illi erit cõbustio ignis sempiterni. Hæc autẽ quæ videntur durius dicta, nolim sic accipiat, quasi in vos torserim, aut quenquã vestrum designauerim. g Quanquã enim ita durius loquamur, non tamen id facimus quasi de vobis malè suspicantes. Confidentes enim in domino spẽ de vobis meliorem & existimatiõẽ habemus, quòd salutis æternæ vicini estis, & in Dei gratia statis: id quod mihi ex vestris operibus meritò venit existimandum. h Dominus enim qui iustus est & fidelis remunerator, nõ obliuiscetur (sed ad remunerationẽ memor erit) operũ vestrorũ quæ in charitate fraterna exhibuistis: i & non solũ affectu aut lingua, sed etiã

*a rursum crucifigentes sibi
bimicipis filium dei,*

b & ostentui habentes.

*c Terra enim sæpe veniẽtem super se habẽs imbrẽ,
& germinans herbã oportunitam illis à quibus colitur.*

d accipit benedictionem à deo:

*e proferens autem spinas
& tribulos, reproba est,*

f & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem.

*g Confidemus autem de vobis dilectissimi meliora
& viciniora salutis, tametsi ita loquimur.*

h Non enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis,

i quam ostendistis in no-

mine ipſius, qui miniſtra-
ſt³ ſanctus, & miniſtratis.
a Cupimus autem vnū-
quēq; veſtrum eādē o-
ſtētare ſollicitudinē,

b ad expletionē ſpei vſq;
in finem,
c vt nō ſegnes efficiamini,

d verūm imitatores eorū
qui fide & patientia ha-
reditabant promiſſiones.

e Abrahā nāq; promi-
tens deus, quoniam nemi-
nem habuit per quem iu-
raret maiore, iurauit per
ſemetipſum, dicens:

f Niſi benedicēs benedi-
cam te, & multiplicans
multiplicabo te.

g Et ſic longanimiter ſe-
rens,
h adeptus eſt repromiſ-
ſionem.

i Homines per maiorem
ſe iurant:

k & omnis controuerſia
eorum ſiſis ad confirma-
tionē, eſt iuramentum:

re ipſa oſtenditis pro amore Dei, in eo quōd mi-
niſtratis ſanctis iuxta veſtram poſſibilitatem eis
in neceſſariis ſuccurrendo, & etiam nunc mini-
ſtrare non ceſſatis. a Ceterū illud vobis o-
mnibus optamus atque deſideramus, in bonis
veſtris initiis vt perfeueretis, vt eādē in exhi-
bēda charitate ſollicitudinē ſinguli, pro ſe quiſ-
que pergatis exhibere, b vt plena fiat ſpes ve-
ſtra, perfeuerando vſque in finem. c Ne fortē
remiſſi & tardi efficiamini, vel perſequutioni-
bus fracti, vel longa expectatione defatigati.
d Verūm imitatores ſtudetē eſſe patrū veſtro-
rum, qui per fidem & patientiam eo quōd nullis
aduerſis nullāq; expectationis mora frangerē-
tur, meruerūt accipere promiſſiones diuinas, nō
ſolūm ſibi, ſed in omnes etiam ſuos ſequuturos
hæredes. Quorum fuit præcipuus & præclarior
pater Abraham. e Cui Deus, nō ſolūm promi-
ſit repromiſſionem, verum etiam iuramento fir-
mauit iurans per ſemetipſum, quandoquidē ma-
ius aliquid ſeiſpo deus nō habet, quod poſſet in
ſui promiſſi cōfirmationem adducere. f Nihil
dubites Abraham (inquit dominus) verē vtique
ego benedicens copioſē benefaciā tibi & mira-
biliter te tuūque ſemen multiplicabo. g Atq;
in his Dei promiſſis ſuſtinens patienterque e-
tiam in multa tempora expectans: h promiſſio-
nis ſuæ conſequutus eſt effectum, partim quidē
in ſeiſpo, partim ī ſua poſteritate. In ſeiſpo quā-
tum ad filium: in poſteris ſecundum carnē quā-
tum ad terram promiſſionis: In ſeiſpo autem &
in veris ſecundum ſpiritum filis, quantum ad
patriā celeſtis ingreſſum. Abrahā (inquam) iu-
rauit Deus per ſemetipſum. i Nam homines
cum iurant, per maiorem aliquem ſolent iura-
re, vt homines per Deum, populus per ſalutem
regis: aut vt minimum per aliquid quod maxi-
mi reputant, vt rex ipſe per ſalutem ſuā, aut per
regnū ſuum. k Et quoties controuerſia aliqua
ſiue lis, aut cōtentio per compoſitionem termina-

natur vt sit cōpositio firma & valida, iuramentū adhibetur, quo quæcūque acta sunt velut obſignantur. a quemadmodum Deus volens veris Abrahæ filius (heredib⁹ pollicitationis illius quæ facta fuit ad Abraham patrem eorum) abundanti⁹, firmiter, certiusq; ostendere huius cōsiliij & propositi immobilitatē (scilicet illud promissionis decretum in æternum non esset reuocaturus) b iureiurando interposito, atque ad promissionem adiecto nos securos reddidit: c vt per duas illas res (nempe promissionem, & iuramenti confirmationem) quæ Dei verbum firmū & irreuocabile faciunt, d post quas impossibile est Deum mentiri, non implendo quod pollicitus fuerat, aut reuocando quod ante proposuerat, firmum omnino & indubitatum habeamus sp̄i nostræ solatium. e Nos, inquam, qui propter animarum nostrarum salutem relictis quæ in mundo sunt erroribus & vanitatibus, diligenter confugimus ad apprehendendam atque retinendam sp̄em istam, in commune omnibus qui credere volunt propositā, quæ hoc nobis est fidelibus, quod anchora nauis. f Anchora, inquam, animæ nostræ tuta, quæ eā & ab omnibus periculis securam facit, & inter fluctuantes procella huius seculi, firmā tenet, vt nō mergatur in mortem peccati: g quæ spes nos intro- ducit atq; introire facit in sancta sanctorū, quæ sunt intra velamē. i. in cælis, h in quos introiuit pro nobis tanquā præcurſor nostre: ad parad̄am nobis viam & m̄siones æternas Iesus dominus noster, i iuxta ordinē Melchisedech constitutus & declaratus à Deo pontifex in æternum.

ELUCIDATIO CAP. VII.

Dico autem Christum p̄t̄ificem nominari & existere, secundum ordinem Melchisedech, potius quàm secundū ordinē Aarō aut Leui: quoniam in plurimis Christū ille præsignauit, & secundum hystoriā quæ in scriptura de eo textitur, nil nisi Christi præcurrens figura

a in quo abundantius volens deus ostendere pollicitationibus hereditariis, immobilitatem cōsiliij sui.

b interposuit iusiurandi, c vt per duas res immobilis,

d quibus impossibile est deum mentiri, fortis munus solatium habeamus,

e qui confugimus ad tenendam propositā sp̄em,

f quam sicut anchoram habemus animæ tutā ac firmam,

g & incedentem vsque ad interiora velaminis,

h ubi præcurſor pro nobis introiuit Iesus,

i secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum,

TEXT. CAP. VII.

a Hic enim Melchisedech rex Salem, sacerdos dei summi:

b qui obuiauit Abraham regresso à cade regū, & benedixit ei:

c cui & decimas omnium diuisit Abraham:

d primū quidē qui interpretatur rex iustitiæ.

e Deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia: neque initium dierum, neque finem vitæ habens,

g assimilatus autem filio dei manet sacerdos imperpetuum.

h Intuemini autem quantum sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarchæ.

i Et quidem de filiis Leui sacerdotiū accipientes, mandatū habent decimas sumere à populo secundum legem,

k id est, à fratribus suis:

l quamquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. m Cuius autē generatio non annumeratur in eis,

fuisse videtur. a Hic enim Melchisedech Rex Salem legitur fuisse & Dei summi sacerdos: b Qui Abraham deuictis & cæsis regibus qui fratrem suum Loth captiuum abduverant, cum victoria domū redeunti obuiā processit, eiq; benedixit in nomine altissimi, cuius erat sacerdos. c Cui Abraham ob sacerdotalis dignitatis reuerentiā, decimas dedit ex omnibus. Quæ omnia ad Christum optimè quadrant. d Primū quidē quod appellatur Melchisedech: id est, iuxta nominis interpretationem, rex iustitiæ. e Deinde quod rex Salē dictus est, quod interpretatur, rex pacis: Christus enim rex est, & pacis & iustitiæ. f Inuenitur quoque ille in scripturis sine patre, sine matre, sine genealogia, sine vitæ principio, & sine termino: quatenus videlicet in scripturis, de nullo horū fit vlla mētio, atq; ita quodā modo vt de figura dicitur, quod patre caruerit, & matre, vitæq; sine, & principio. g Assimilatus autem per hoc filio Dei, vt figura & imago veritati, manet in æternū sacerdos, ita vt in scripturis nec de sacerdotij eius principio, nec de fine nec de successione cuiusquā vlla mētio habeatur, verè enim Christus secundū æternā à patre generationē, caret matre secundū humanā ex virgine natiuitatē, caret patre secundū æternā generationem genealogia illi nō textur, itēque secundū generationē humanā ex parte patris genealogiā nō habet, qui patrē non habet. h Considerate autē præcellentiā sacerdotis huius cui decimas dedit optimis eximia quæq; ipse vniuersalis Iudæorū omniū pater Abraham. i Et sanè filij Leui ad quos spectat sacerdotij ministeriū, mādātum habēt ex lege, vt à reliquo populo aliarum tribuū sumāt decimas, propter honore & officij ministerij sacerdotalis. k Verū hi tātū à reliquo populo, id est, à fratribus suis, l cū & ipsi exierint de lumbis Abraham, & ad eādem genealogiam pertineāt, respectu Abraham. m At iste Melchisedech, cuius natiuitas illorū

generationes non cōputatur, quiq; extra illorū est genealogiam, decimauit Abrahā patrē omnium vestrū, atq; omniū sacerdotū & Leuitarum, a atque ita velut maior, ipsum Abraham, qui habebat à Deo sibi factas promissiones, benedixit. b Palām autē est contradici nō potest, quin benedicens (secundū rationē officij & ministerij huius, in quo ei benedictio iure competit) præmineat, sitq; præcellētior eo qui benedicitur. c Et in hac decimatione quæ dicta est filiis Leui lege cōpetere, homines morientes decimas accipiūt: Ita vt per successiōem, mortuis prioribus, sed ad alios secundū ius suū deriuatur. d In nostro autem proposito testimonium dat scriptura, quōd sacerdos ille viuit, & nec de morte, neque de deuolutione iuris eius ad alios quicquam loquitur. e Et (vt ita quadā loquēdi figura dicā honestius) in hac Abrahæ decimatione, etiā ipse Leui, & per cōsequēs vniuersa posteritas eius in Abrahā & simul cū Abraham decimatus est. f Nā adhuc in Abrahæ lūbis latebat Leui (per generationē) postmodū ex eius semine mediātē suscitāndus, tūc cū Abrahā sic decimaretur occurrente sibi Melchisedech ad benedictionē. g Nūc itaq; si finis erat & perfectio in Leuitico & legali sacerdotio, ita vt perfectus aliud nō debuisset expectari, cui ipsum crederet tāquā imperfectius, h (ita videri posset, ex eo quod populus Israeliticus sub ipso legem accepit) i Superflue & vanē in scriptura de alio sacerdotio fieret mentio, quōd secundum ordinem Melchisedech diceretur non secundū ordinem Aaron. k Quōd si sacerdotium trāferatur, necessariō simul legis item trāslatio atque immutatio consequenter fieri debet. Lex enim vetus permanere non potest stabilis, si auferatur sacerdotium Leuiticum, quoniā & illis competit sacerdotium. l At verō ille sacerdos, de quo in Psālmis hæc dicuntur, alterius tribus existit ex qua sacerdotes non ordinātur, nec se-

decimas sumpsit ab Abraham,

a & hunc qui habebat repromissiones, benedixit.

b Sine vlla autem cōtradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.

c Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt:

d ibi autem contestatur, quia viuit.

e Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus est:

f adhuc enim in lūbis patris erat quando obuiavit ei Melchisedech.

g Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticū erat,

h (populus enim sub ipso legem accepit)

i quid adhuc necessariū fuit secundum ordinē Melchisedech, alium surgere sacerdotē, & non secundū ordinem Aaron dici?

k Trāslato enim sacerdotio, necesse est vt & legis trāslatio fiat.

l In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit.

a Manifestum est enim quod ex Iuda ortus sit dominus noster.

b in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est.

c Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos.

d qui non secundum legem mandati carnalis factus est, e sed secundum vitam insolubilis.

f Contestatur enim. Quoniam ius sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech.

g Reprobatio quidem fit precedentis mandati, propter infirmitatem eius & vilitatem.

h (nihil enim ad perfectum adduxit lex)

i introductio vero melioris spei,

k per quam proximamus ad deum:

l Et quantum est: non sine iureiurando.

m Alij quidem, sine iureiurando sacerdotes facti sunt:

n Is autem cum iureiurando,

per eum qui dixit ad illum:

o Iuravit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in eternum,

p in tantum melioris te-

cundum legem ordinari possunt, ad ministrandum altario. a Nam apertum est Christum ex tribu Iuda ortum esse: b & quantum ad hanc tribum nihil legitur apud Moysen, de sacerdotij officio. c Atque illa ipsa sacerdotij translatio, apertius demonstratur in eo quod scriptura dicit, alium sacerdotem exurgere debere, qui dicatur & sit secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem legalis sacerdotij: d qui sacerdotium accipiat, non ex vi legis veteris, quæ est mandatum carnale, de corporalibus obseruantis & cæremoniis potissimum præscribens, & corporalia promittens, e sed ex vi eterni dei, cuius est vita insolubilis & ex virtute decreti eius. f Sic enim scripturæ testimonium asserit quod sit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. g Et quidem abrogatio fit atque euacuatio prioris mandati legalis, propter infirmitatem & insufficientem vilitatem: h quia lex illa non potuit quæquam perfecte iustificare coram Deo. i Introducitur autem pro lege abrogata, spes melior excellentioris testamenti, secundum quam speramus & verè expectamus æterna bona gloriæ non autem temporalia: k per quam spem tanquam amici & familiares Deo effecti, appropinquamus ad Deum perfectam iustitiam ex ea consecuti apud Deum. l Et pro quanto hoc Christi sacerdotium iuramenti additione est confirmatum. m Nam de alijs quidem, secundum legem sacerdotibus, nihil tale legitur, quod cum iuramento acceperint ad perpetuitatem suum sacerdotium. n Christus autem noster sacerdos cum iusiurandi interpositione, ad perpetuitatem accepit suum sacerdotium à patre, qui iurando & irrevocabiliter statuendo dixit ad eum: o Tu mihi es sacerdos in perpetuum secundum ordinem Melchisedech, cuius sacerdotij autem vitæ finis nullus legitur. p Pro quanto, inquam, Christi sacerdotium sic non sine iureiurando fuit: in tā-

tum & eatenus melioris testamenti (nempe noui, quod ipse nouus sacerdos adduxit) sponsor est Iesus, id est, mediator. a Et in lege quidem plures facti sunt secundum successionem sacerdotes, dū patribus mortuis, effecti sunt filij. b Hic verò eo quòd uiuat in æternum, habet sacerdotium æternum nunquam deficiens. c Qua de causâ, ipse semetipsum absque villa alia hostia semper exhibens patri, saluare potest in perpetuum eos qui per ipsum ad patrem accedunt. d semper uiuens & permanens apud patrem, ad orandum pro nobis. e Talem enim decens erat nos habere pontificem scilicet innocentem, immaculatum, f è peccatorum numero & confortio semotum, & supra cælos omnemque cælorum gloriam ad patris dexteram eleuatum. g Qui non habet necesse quotidie offerre nouas hostias, neque etiam prius pro seipso quàm pro aliis, quemadmodum sacerdotes veteris legis quotidie inuocabant hostias & necesse habebant, prius pro se, postmodum pro aliis orare. h Christus enim, sufficienter pro omnibus peccatis semper expiandis, semel obtulit semetipsum in hostiâ, pro peccatis nostris. i Nam lex quidem sacerdotes instituit puros homines, infirmitatibus & peccatis subiectos. k Verbum autè illud Psalmi, in quo cum iuramento indicatur Christi sacerdotium, quod post legis dationem per multum tempus Dauid protulit. l non hominem purum & infirmum, sed filium Dei modis omnibus perfectum assignat & constituit futurum sacerdotem in æternum.

ELUCIDATIO CAP. VIII.

Semma autem eorū quæ dicta sunt, & eorum quæ intendimus dicere præcipuum & caput, hoc est, b quod talè habemus pontificè magnū & gloriosum, qui residet ad dextram dei patris, qui est sedes & requies maiestatis eius

testamenti, sponsor factus est Iesus

a Et alij quidè plures facti sunt sacerdotes, iccirco quod morte prohiberentur permanere:

b Hic autè eo quod maneat in æternam sempiternum habet sacerdotium.

c Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad deum,

d semper uiuens ad interpellandum pro nobis

e Talis eī decebat ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus,

f segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus:

g Qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde, pro populi

h Hoc enim fecit semel se offerendo,

i Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes:

k sermo autem iusurandi, qui post legem est,

l filij in æternū perfectū.

TEXT. CAP. VIII.
a Capitulum autem super ea quæ dicuntur.

b Talem habemus pontificem qui confedit in dextera sedis magnitudinis in cælis,

a sanctorum minister, & tabernaculi veri quod deus fixit, & non homo.

b Omnis enim pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur.

c Unde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat.

d Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerrent secundum legem munera,

e qui exemplari & vmbra deseruiunt caelestium,

f sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum.

g Vide (inquit) omnia facta secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.

h Nunc autem melius sortitus est ministerium, in quantum est melioris testamenti mediator est,

k quod in melioribus re-promissionibus sanctum est.

l Nam si illud prius culpa vacasset, non vniuersum secundum locum inquireretur.

in excelsis, a qui est administrator & pontifex verorum sanctorum: hoc est, tabernaculi veri & æterni, quod per illud vetus tabernaculum & vetera sancta erat adubratum quod Deus fecit, & non manus hominis. *b* Omnis siquidem pontifex, ad offerendum oblationes qualesbet, vnde cumque factas, & immolatas hostias constituitur. *c* Quapropter necesse est, si sacerdos, ut est, dici debeat, debere illum habere aliquid etiam quod tanquam sacerdos offerat. *d* Et quidem si esset super terram, non haberetur sacerdos, nec esset sicut ceteri, sacerdos legalis. Cum sint alij de tribu Leui quibus id secundum legem competit, de quorum numero non est ille: *e* qui ministeria peragunt sacerdotalia in tabernaculo veteri, quod est tantum figura quedam imò crassa figura & vix aliud quam vmbra illius cælestis tabernaculi, & cælestium sanctorum: *f* iuxta quod Moysi per diuinam admonitionem de tabernaculi ædificatione dictum est: *g* Attende (inquit dominus) & cura diligenter, ut quæ tibi iniunxi, omnia facias ad similitudinem exemplaris, quod in monte me tibi demonstrante vidisti. In quo mystice significatur quæcunq; in corporali tabernaculo facta sunt ad figurandum & exprimendum utcumque; æterni tabernaculi (quod hic in ecclesia militante accipit initium, & finem in triumphante) similitudinem, sic à Deo esse ordinata. Itaque licet super terram secundum legem Christus sacerdos non esset in tabernaculo Moysi. *h* Reuera tamè melius à Deo patre suo accepit sacerdotium, in cuius ministerium tantò est præstantius quantum nouum testamentum (cuius ipse administrator, lator, & doctor est) præstat veteri cuius Moyses lator, & sacerdotes legis doctores fuerunt: *k* eo quod nouum meliora promissa habeat, & in præstationibus (nempe cælestibus) est confirmatum. *l* Nam si illud prius perfectum fuisset & consummatum nullum habes imperfectum, ita ut perfectè potuisset iustificare, vanè scriptura de alte-

a Vituperās enī eos dicit:

b Ecce dies venient dicit

dominus, & cōsummabo.

c super domū Israel &

super domum Iuda testamē-

mentum nouum,

d non secūdum testamē-

tū quod feci patribus eorū

in die qua apprehēdi ma-

num eorum, vt educerem

illos de terra Aegypti:

quoniam non permanse-

runt in testamēto meo, &

ego neglexi eos, dicit do-

minns.

e Quia hoc est testamen-

tum quod disponam do-

mus Israel post dies illos,

dicit dominus.

f Dabo leges meas in mē-

tem eorum & in corde eo-

rum superscribam eas,

g & ero eis in deum, &

ipsi erunt mihi in populū,

h & non docebit vnus-

quisq; proximū suum, &

vnusquisq; fratrem suū,

dicens Cognosce dominū.

i quoniam omnes sciēt me

ā minore vsq; ad maiore,

k quia propitius ero ini-

quitatibus eorum, & pec-

catorum eorum, iam non

memorabor.

l Dicendo autem nouum,

veterauit prius

m Quod autem antiqua-

tur & senescit, prope in-

teritum est.

ro mentionem faceret. a Et tamen quodam in loco Propheta illos qui sub veteri agebant, arguit quasi impotens sub illo iustificari, dicens: b Ecce tempus veniet (dicit dominus) & finiendo vetus, faciam testamentum nouum, c populo meo fideli qui in me credet & cōstebitur mihi: d quōd nō erit simile illi priori quod patribus Israëliti populi disposui in mōte Sina, circa tēpus illud quo eduxi eos de terra Aegypti, apprehendendo manum eorum, hoc est. educēdo illos in fortitudine brachij mei, & sub custodia mea deducendo. Quoniā ipsi non obserauerunt praecepta mea, quae in testamēto praeceptam eis, & ego abieci eos ā cura mea faciens

mihī nouam ecclesiam, dicit dominus. e Quoniam hoc est testamentum nouum, quōd disponā veris Israelitis ecclesiae sanctae, post illa prioris legis tēpora, dicit dominus: f Dabo, in quā, leges meas per spiritus sancti illuminationē, in mentibus eorum, & inscribā eas in cordibus eorum. g Et Ero illis Deus, & ipsi erunt meus peculiaris & acceptabilis populus. h Et non erit nunc opus, vt prolixē doceantur quantum ad ea quae erit necessarium credere & scire ad salutē, quemadmodum in veteri lege opus erat, in qua obseruanda erant praecepta plurima: i sed vnctione spiritus sancti edocti, omnes cognoscent me, tam plebeus quā sacerdos, paruus & magnus. (Facile enim vnusquisque ea capit & intelligit, quae sunt ad salutem necessaria) k quia propitius ero iniquitatib⁹ eorū, & peccata eorū in sanguine filij mei delebo, vt nō recorder amplius. l Ecce autē dū dicit se dispositurū nouū prioris indicat vetustatē. & nouo adueniente, illud vetus defecturū vigorēq; perditurū, significat. m Quod autē antiquitate & senio ad defectiōnē pergit, propē est vt cesset atque intereat.

ELUCIDATIO CAP. IX.

Ha Abiit quidem prius illud & vetus testamentū legitimos suos ritus, quib⁹ deū

TEXT. CAP. IX.

a Habuit quidē & prius

iustificaciones cultura,
a & sanctum seculare.

b Tabernaculū enim factum est primum, in quo erant candelabra & mensa & propositio panum,

c que dicitur Sancta.

d Post velamentū autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum,

e aureum habens thuribulum,

& arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro,

f in qua urna aurea habens manna,

g & virga Aaron, que fronderat.

h & tabule testamenti i super qua erant Cherubin gloriosæ,

k obumbrantia propiciatorium, de quibus non est modo dicendum per singula.

I His verò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibāt sacerdotes sacrificiorum sacrificia consummantes: in secundo autem semel in anno solus pontifex, nō sine sanguine, quem offer

ex præscripto coli oportebat. a & quādam vix corporaliter atque seculariter sanctificandi, nēpe emundandi corpus à legis irregularitatibus, à quibus emundabatur per caeremonias corpus coinquinatum. b Factum enim fuit tabernaculum prius in quo ardentē lucernæ septem erant, ex vno candelabro in modum ramorum procedētes, itēque mensa aurea, & panes propositionis, qui super mensam coram domino apponebantur. c Atque hoc tabernaculum, vocatum est sancta. d At verò retro velamen altera erat pars tabernaculi, à priore per velum intermedium diuisa: quod vocatum est duplicato nomine sancta sanctorum. e In quo seruabatur thuribulum aureum, quo sacerdos ingrediens fumigabat incenso coram propitiatorio, & arca testamenti facta ex lignis cethim vndeque circumtectā auro purissimo: f in qua erat reposita urna aurea, manna custodiens, in testimonium diuinorum beneficiorum exhibitorū filiis Israël, g & virga Aarō que per miraculum fronderat, in testimonium sacerdotij Aaronitarum, h & tabule testamenti, in quibus erat lex Dei descripta. i Super quam arcam, & que in ea continentur, stabāt similitudines quædam Cherubin, que facta erant ad Dei gloriam representandum, & eius præsentiam glorificandam, k quæ Cherubin alis suis operiebāt propiciatorium, id est, partem arcæ superiorem, siue eius supremum operimētum, quod Deus sibi in sedem constituit: vt significaretur inter Cherubin Deus habere mansionem suam: de quibus non est hic sigillatim nunc explicandū. l Cū itaque fuissent hæc ita, suo quæque ordine, sub testamento priori disposita atque aptata, in illā anteriorem tabernaculi partem, siue in sancta, introibāt quotidie sacerdotes, ad sacrificiorum peragenda ministeria. m In altera autem, & posteriori, semel tantum per tempus anni, summus sacerdos solus & inferior nemo introibat,

Idque cum sanguine, quem pro suis populique delictis offerret, coram domino. Atque hæc quidem, figura erāt eorum quæ per Christum sunt cōpleta. a Significare enim per hæc voluit spiritus sanctus (cuius instinctu cōposita sunt omnia) donec prius tabernaculum veteris testamēti in suo vigore perstaret, nō propalandam esse neque aperiendam viam ad sancta sanctorum, ad cælos in vitam æternam: sed debere prius illud Moysi tabernaculum cessare, eiusque cultū euacuari, quam patefieret per mortē Christi via cæli. b Quæ figura tempus respicit modò presens in quo secundum veritatem figura illa cōpleta est: c iuxta quam vmbra figuram, oblationes quælibet etiam ex non viuētibz, aut immolatiuæ hostiæ offerebantur, d quæ non possunt perfectè secundum conscientiam iustificare, e eos qui vt serui ex præscripto legis & timore pœnæ tantū vacabant obseruandis cibis ac potibus, & variis ac multiplicibus adolationibus, aliisq; cōsimilibz corporalibus iustificationibus, quibz corpus à suis irregularitatibus nō cōscientia emundabatur. f quæ fuerunt Iudeis ad tēpus iniuncta, donec melius perficeretur, per oblationē hostiæ corporis Christi, cuius illæ erant præeuntes tātū figuræ. g Christus autē se exhibēs patri, & patri assisēs ad interpellandū pro nobis, tanquam pontifex, vt per eum ventura bona consequamur: h per maius atque etiam perfectius tabernaculū, non constructum artificis manu, neq; arte humana conditū semel introiuit in sancta sanctorum, id est, per cælos ad gloriam siue dexteram patris. i Introiuit autem & patri assisit tãquam pontifex, non sanguinem hircorum aut vitulorū offerendo: sed per oblationem proprii sanguinis, k per quem non vnus tantū anni delictorum fecit remissionem, sed æternam, & quæ omnium sæculorum peccatis sufficiat expiandis. l Si enim sanguis animalium mortuorum (nempe hir-

ret pro sua & populū ignorantia:

a hoc significante spiritu sancto, nondum propalandam esse sanctorū viam, adhuc priore tabernaculo hærentē statum,

b Quæ parabola est temporis instantia, c iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, d quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere.

e seruientem solum modo in cibis, & in potibus & in variis baptisimatibus, & iustitiis carnis,

f vsque ad tempus correctionis impositus.

g Christus autem assisēs pontifex futurorum bonorum,

h per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis,

i Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinē introiuit semel in sancta.

k æterna redemptione inuenta,

l Si enim sanguis hir-

corum & taurorum, & cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, a quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum
 b semetipsum obtulit immaculatus deo, emundabit conscientiam nostram
 c ab operibus mortuis ad feruendum deo viuenti?

d Et ideo noui testamenti mediator est, e vt morte intercedente, in redemptionem earum praerogationum quae erant sub priori testamento, f repromissionem accipiant qui vocati sunt aeternae hereditatis.
 g Vbi enim testamentum est, mors necesse est, intercedat testatoris.
 h Testamentum enim in mortuis confirmatum est: i alioquin nondum valet, dum viuus qui testatus est.
 k Unde nec primum quidem sine sanguine deductum est,
 l Lecto enim omni mandato legis à Moysse uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo,

corum siue taurorum) & cinis vitulae rufae combusta, super corpora hominum aspersus, inquinatos corporalibus irregularitatibus mundat secundum carnem, atque purificat ab eiusmodi, a multo magis videtur sanguis Christi, qui per spiritum sanctum secundum plenitudinem in se habitantem: b obtulit voluntarie seipsum Deo patri, in hostiam immaculatam, potes esse & efficacax ad emundandum corda. non corpora tantum, c à peccatis quae mortificant animam, ad feruendum in nouitate vitae Deo viuenti. Sanguis enim Christi propter coniunctionem cum verbo in vno supposito, in finitam habet virtutem emundandi: non modo corpora, sed etiam animas & conscientias hominum: quam vim, animalium caeterorum sanguis non habet. d Atque ob haec, ipse mediator est noui testamenti, per quem videlicet ipsum sit nobis collatum atque dispositum, e vt interueniente morte eius ad expiandum peccata illa priora quae à seculo, & sub lege erant commissa, & expiari per legis sacrificia non poterant, f accipiant firmam & tutam deinceps promissionem aeternae iam parte hereditatis, qui fuerint ex uocatione Dei in Christum credentes. Dixi autem mortem debuisse interuenire. g Nam ubi testamentum est, si ratum esse debeat, necesse est interuenire mortem eius qui condidit. h Nam tunc primum confirmationem suam accipit testamentum, cum is moritur qui illud condidit. i Alioqui donec viuus testator, nondum firmam habet atque stabilem vim quin mutari, quoties illi videbitur possit. k Unde in signum confirmationis noui testamenti, per sanguinem Christi fiendae prius testamentum etiam cum sanguine consecratum, in initium, & suo quodam modo confirmatum fuit. l Moyses enim postquam omnia legis mandata recitasset in aures populi, accipiens deinde sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua mixtum, faciensque aspergillum sibi ex hyssopi ligno, & coccinea lana rubri coloris,

Ioris, a aspersit librum ex quo recitauerat, & vniuersum populum qui se iam ad obseruationem mandatorum astrinxerat, & dixit: b Hic est sanguis testamenti confirmatiuus quod vobis Deus obseruandum disposuit, conscripsit & tradidit. Hæc autè omnia, figura sunt passionis Christi. Nam sanguis animalium mortuorum & aqua, significant sanguinem & aquam in cruce è Christo pro nobis effusa. Hyssopus quoque & lana coccinea, agnum significant cruentu ligno crucis affixum, cuius asperzione omnes sumus mundati. c Ipsum quoque tabernaculum illud vetus, & omnia vasa atque vtenilia quæ erant deputata in ministerio Domini, similiter sanguine aspersit. d Et secundum legem penè omnia per sanguinem purificantur, & omnis irregularitas per asperzione sanguinis tollitur. e Remissio autem peccatoru fieri secundum legem, nequit nisi per interfectionem hostiæ, & sanguinis effusi oblationem. f Et sic quidem necesse fuit, vt vetera illa, quæ tantum erant figuræ quædam eorum in noua ecclesia & in cælis sunt, talibus rebus, hoc est figuratiuis purificationibus, mundarentur. g Ipsa autè quæ modo in ecclesia sunt spiritualia, & ipsa cælestia meliorib⁹ hostiis quæ sunt hæc corporalia, necesse fuit conseruari, id est, sanguine Christi. Nā sanguine Christi, & ecclesia sanctificata est, & cælum mūdatur nostri gratia, siue potius cōsecratum, atq; initiatū nobis ad introitū. h Christus enim nō introiuit in sancta artificis manu constructa, sed in ipsum cælum, quod verbo firmatū est: vt nūc se exhibeat tanquā pontificem, pariter & hostiā, conspectui patris, pro nostra vtilitate & salute. i Neque verò propter hoc, vt seipsum pluribus offerat vicibus, frequenter moriendo, k secundum ritū veteris pontificis, qui per singulos annos, in alieno & nouo semper sanguine, ingreditur in sancta. l Alioqui necesse fuisset, ab initio mundi sæpius mortem iteraret, cum ab ini-

a ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens:

b Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus.

c Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit.

d Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur:

e & sine sanguinis effusione non fit remissio.

f Necesse est ergo exemplaria quidem, cælestium hu mundari:

g ipsa autem cælestia melioribus hostiis quæ istis.

h Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorū: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis.

i Neque vt sæpe offerat semetipsum,

k Quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno.

l Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.

a Nūc autē semel in cō-
summatione seculorum,

b ad destitutionem pec-
cati, per hostiam suam ap-
paruit.

c Et quēadmodum statu-
tum est hominibus semel
mori, post hoc autem iu-
dicium:

d sic & Christus semel
oblatus est:

e ad multorum exhau-
rienda peccata:

f secundo sine peccato ap-
parebit

g omnibus expectatibus
se, in salutem.

tio semper delicta præcesserint. a Nunc autē,
iuxta quod veritas habet, in plenitudine tempo-
rū semel ipse tanquā hostia apparuit, quādo suo
tēpore mortis passionē suscepit, b ad destruē-
dum regnum peccati atq; diaboli, hoc est, ad tol-
lendū peccata mundi. c Et quēadmodū om-
nibus hominibus ex dei iniunctione, definitio-
ne, atq; statuto incūbit moriendi semel neces-
sitas, & post mortē suā cuiq; iudicium. d Sic etiā
Christus in forma peccatoris apparens, seq; ex-
hibēs tanquā hostiā pro peccato, semel quidem
oblatus est, quia voluit, e ad tollendū peccata
multorū, omniū (inquā) qui crediderint in eū.
f Post hoc autem, cū secūdo manifestatus fue-
rit, in die vniuersalis iudicij, tunc apparebit san-
ctus sanctorum, non habēs formam peccatoris,
sed claritatem patris. g Apparebit, inquā, sal-
uator omnibus qui modō cum fide & desiderio
expectant aduentum illius.

TEXT. CAP. X.

a Vnram enim habens
lex futurorum bonorum,

b non ipsam imaginem
rerum,

c per singulos annos iis-
dem ipsis hostiis quas of-
ferunt indesinenter, nun-
quam potest accedentes
perfectos facere:

d alioquin cessassent of-
ferri:

e Ideo quōd nullā habe-
rēt vltra consciētiam pec-
cati, cultores semel mun-
dati:

ELUCIDATIO CAP. X.

L^a Ex enim vetus imperfectam admodū ha-
bens tantūm repræsentationē bonorū quę
in ecclesia Christi, tempore nouę legis fu-
tura erant, b non ipsam expressam veritatis si-
militudinem, (hoc est, non ipsam earum rerum
veritatē) c per suas hostias & victimas quę per
singulos annos sine intermissione semper cōsi-
miles offeruntur, nunquā potest accedētes cul-
tores atque offerentes, perfectē iustificare, ope-
rando scilicet remissionem peccatorum. d Nā
si vllō vnquā anno per oblationē vllius hostiæ
semel plenē perfectā peccatorum remissio, iam
cessassent ab oblationibus iterandis per annos
sequentes, e eo quod non haberent vltra con-
scientiam vllius peccati obseruatores illi legis
semel perfectē iustificari, quod non virtute il-
lius prioris hostiæ possēt deleri. Si enim per vl-
lam hostiam fieret peccati vnus expiatio, eadē
ratione omnium peccatorum efficax esset ope-
rari remissionem, quandoquidē infinite est vir-

tutis, facere peccati purgationem. a Modò autē in sacrificiis legalibus conspicimus, quod per singulos annos iteretur peccatorū confessio, in die expiationis: per quod significatur, nondum esse ablata peccata mundi donec illa cesset confessio, & veniat vnica illa perfecta oblatio, quā illorum figurales oblationes prætendebant.

b Prorsus enim impossibile est, vt sanguis mortuorum animalium operetur peccatorū remissionem. Peccatorū enim remissionem efficere ad infinitam spectat virtutē cuius non est vllius viuentium sanguis, præterquā Christi, qui ex verbi cōiunctione infinitatem participat huiusmodi virtutis. c Ideoq; in Psalms, vbi Christus describitur tanquam in mundū ingrediens sic introducit ad patrem loquēs: d Victimās & oblationes non requisisti propter seipsā tanquā tibi finē constituēs, aut quali p se tibi essent placita (quę nō requirebātur etiā in tēpore veteris legis nisi quatenus erāt figuræ quædā passio nis & oblationis Christi.) e At in suo tempore, quando voluisti cōplere illa corporalia sacrificia eisq; finē imponere, corpore me circūdedisti passibili, in quo vsq; ad mortē obediēs factus, essem tibi placita pro peccatis hostia. f Oblationes illę corporales siue p peccato offerētur, siue pro holocausto, non tibi per se placuerunt. g Tunc in tēpore quod à te fuerat vt homo fierē cōstitutū, dixi: h Ecce ego pater venio in carne, vt offerā tibi placitū sacrificiū, nepe vt faciā voluntatē tuā, & obediēs sim etiam vsq; ad mortē. i In libro enim vitę & diuinę prædestinationis, de me prædestinatū est & præordinatū, tanquā de primogenito præcipuo inter omnes homines, tanquam in capite libri illius, k vt tuam voluntatem faciendo atque implendo etiam vsque ad mortem, sic debeam in gloriam tuam introire, qui es secundum humanitatem Deus meus. l Ecce in his verbis, dum vetera illa legalia sacrificia velut abiiciuntur, & noua hostia Chri-

a sed in ipsis cōmemoratio peccatorum per singulos annos fit:

b impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

c Ideo ingrediens mundum, dicit:

d Hostias & oblationē noluisisti,

e corpus autē aptas mihi:

f holocaustomata & pro peccato tibi nō placuerūt.

g Tunc dixi:

h Ecce venio.

i In capite libri scriptum est de me,

k vt faciam deus voluntatem tuam.

l Superius dicens: Quia hostias & oblationes & holocaustomata, & pro peccato noluisisti, nec placita sunt tibi quę secundum legem offeruntur: tunc dixi: Ecce venio, vt faciam deus voluntatem tuam:

a aufert primūm, vt sequens statuatur.

b In qua voluntate sanctificati sumus,
c per oblationem corporis Iesu Christi semel.

d Et omnis quidem sacerdos prae se habet quotidianam ministrans, & eiusdem saepe offerens hostias, e quae non possunt auferre peccata:

f hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam in sempiternum sedet in dextera dei,

g de caetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.

h Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.

i Contestatur autem nos & spiritus sanctus.

k Postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas:

l & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

m Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.

stus in mundum veniens introducit, a satis manifestè prius illud vetus testamentum cum suis sacrificiis euacuat, vt confirmetur sequens nouum quod de sola mandat impletionem voluntatis diuinæ, non de legalium oblatione. b De qua & secundum quam patris voluntatem, semel sanctificati sumus, c in virtute oblationis corporis Christi, qui semel pro nostra redemptione mori voluit ita vt denuo per singulos annos hanc sanctificationem iterare non sit opus. d Et quidem sacerdos ille veteris legis, per singulos dies accedit ad altare ministrandi gratia saepe, que offerendi consimiles semper hostias. e Quae quotiescunque offerantur, non possunt efficere peccatorum expiationem. f Hic verò pro peccatis omnium, postquam semel vnā obtulit hostiam sui corporis, deuicta iam morte, in aeternum requiescit, in aequalitate gloriae patris, potestate iudicandi à patre accepta. g Et adhuc venturum expectatur, vt subigantur perfecta subiectione omnes aduersarij eius diaboli & eorum ministri, tanquam scabellum sub pedes eius. h Vnica enim sui corporis oblatione, electos suos ita perfecte consummauit, eisque tam perfecte prouidit: vt in sempiternum resumi opus non esset eadem vel aliam, pro expiandis mundi peccatis, oblationem. i Testimonium autem perhibet modo in scripturis de his etiam spiritus sanctus. k Nam post illud quod in propheta dicitur de nouo testamento: hoc est testamentum quod disponam illis post tempus legis veteris, dando leges meas in cordibus eorum & in mentibus eorum inscribendo eas: l postea subiungit spiritus sanctus. Et peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor ultra, ita vt de nouo aliquam hostiam velim exigere, pro expiatione eorum faciendam. m Porro vbi remissio facta fuerit, non erit ultra locus hostiis illis legalibus, quae in figuram offerrebantur huius oblationis, per quam facta est remissio. Frustra enim tenetur figura, vbi im-

pleta est veritas. a Proinde fratres qui habem^{us} talem confidentiam & tam liberam, tamq; certam fiduciam ingrediendi in cęlestia sancta, in virtute sanguinis Christi: b per eam quem nobis parauit viam, & consecrauit atque dedicauit nouam, & ad vitam perducentem. c & per velamentum, id est, per corpus suū quo velata fuit diuinitas, in quo & mortem suscepit, d pontificemq; verē magnum apud patrem, pro tota ecclesia sancta Dei & pro omnibus qui per fidem sunt de familia Dei, e nihil hęsitātes accedamus in spiritu & veritate potius quā corporeis gressibus, cum puro erga Deum affectu, plenāque & sincera fide: secundū animā per asperionem pęrque virtutē sanguinis Christi emundati à maculis cōscientiæ: g & secundum corpus, aqua munda (id est, lauacro baptismali) abluti, h perseueremus fortiter in spe illa quam cōfitemur, secundum fidem nostram: ita vt nullo pacto ab ea desectamus, propter quamlibet vel persecutionē, vel malam persuasionē. i Nihil enim hęsitare debemus qui Deū habemus promissorem sine dubio fidelissimum, in omnibus verbis & promissis suis. k Et diligenter attendamus nos inuicē, vt per proximorum bona exēpla quę cōspicimus prouocetur in nobis charitas ad profectum meliorem, & opera bona confirmilia peragenda, qualia in aliis cōsiderauimus: l nō subtrahētes vos persecutionis metu, aut quacūque de causa, à communi fidelium cęteru, in quemadmodū apud nonnullos vitiosa est consuetudo: n sed permanete in vnū pariter congregati, ad consolandū exhortādūque vos inuicē, contra eas quę ab hostibus fidei ingerūtur vobis tētationes malas. o Et id quidem tanto ardentius facere debetis, quanto ad diem mortis iudicij atque coronę vos videritis magis appropinquare. p Si enim post acceptā ex fide veritatis notitiam, rursū deliberata voluntate à Deo viuo discedentes, infidelitatis

aa iij

a Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorū in sanguine Christi, b quā inuitauit nobis viam nouā & viuētem c per velamen, id est, carnem suam: d & sacerdotem magnū super domum dei:

e accedamus cum vērō corde in plenitudine fidei,

f aspersi corda à conscientia mala,

g & abluti corpus aqua munda,

h teneamus spei nostrę cōfessionem indeclinabilē:

i (fidelis enim est qui re-promisit.)

k Et consideremus inuicem in prouocationē charitatis bonorum operum:

l non deserētes collectionem nostram,

m sicut consuetudinis est quibusdam,

n sed consolantes:

o & tantō magis, quanto viderit appropinquātem diem.

p Voluntariē enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis,

ē iam nō relinquitur pro peccatis hostia,

b *terribilis autem quā dā expectatio iudicij & ignis amulatio, c* *quæ cōsumptura est aduersarios.*

d *Irritam quis faciens legem Moyfi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur:*

e *quantō magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit?*

f *& sanguinē testamēti pollutum duxerit,*

g *in quo sanctificatus est,*

h *& spiritus gratiæ contumeliam fecerit?*

i *Scimus enim qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam.*

k *Et iterum, Quia iudicabit dominus populum suum.*

l *Horrendum est incidere in manus dei uiuentis.*

m *Rememoramini autē pristinos dies,*

n *in quib⁹ illuminati, magnum certamen sustinistis passionum.*

o *& in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti:*

peccatū nos ipsos proiecerimus: a nō est q̄ vllā expectemus aliam pro peccatorū expiatione hostiam, si ipsam quæ a patre nobis data est sic abiecerimus. b Sed expectandum est & veniet iis qui tales sunt, terribile illud iudiciū. & ignis illæ æternus, exardescens ad vindictā faciendam, cōtra aduersarios Dei, c qui infideles est cōbustione sempiterna excruciaturus. Neq; id mirū. d Nam quisquis legem Moyfi transgreditur, si duobus fuerit aut tribus idoneis testibus cōiunctus, sine vlla miseratione irrevocabiliter occiditur, vbi mortis pœna est transgressioni deputata. e Quātō existimatis maioribus illū & peioribus supplicis dignum fore, qui filiū Dei sic turpiter contēperit f & sanguinē in quo testamentū nouū confirmatū est, pollutū duxerit cōmunē illū reputās, & nihil ampli⁹ valere ad peccatorū expiationē, & animarū sanctificationē q̄ sanguinē aliorū animalū? g (in quo tamē sanguine sanctificatus fuit p̄ baptismū) h & q̄ spiritui sancto per quē fuit gratia in corde illius diffusa, fecerit contumeliam, illum per infidelitatem a se repellēdo? Vtique vindicabit acius de eiusmodi, iustus iudex. i Scimus enim quis sit qui dixit: Mea est vltio & ego sum qui retribuā pro omnibus malis. k Et alibi iudicabit dominus pro populo suo in æquitate, aduersus omnes malignos persequentes eos. l Et quidem meritō horrere debēt omnes atque summē cauere, ne in vindictam iræ diuinæ, atque potētis vltionis eius, deueniant, imparati, & insufficientes ad reddendum de suis operibus rationem. Quō verō efficiamini, ad toleranda quęcunque occurrant vel immineant vobis aduersa animo cōstantes, perseverantes, atq; patientes: m obsecro reducite ad memoriam bona vestra initia, n quomodo prioribus elapsis diebus, Dei gratia illuminati, pro eius nomine magnū persecutionū insultū sustinueritis. o Partim quidem in eo quōd opprobriis & contumeliis plu-

rimis affecti, spectaculum facti fuistis hominibus: ita ut omnes præ admiratione in vos haberent oculos intentos. a Partim quidē in eo quod taliter patientiū socij facti estis. *Aut* proximorum vestrorum mala non secus atque propria, cordi vobis fuerunt. b Nā & vincis ex compactione ministrastis, eorumque necessitatibus pro vestra facultate subuenistis, c & ipsi direptionem substantiæ vestræ in gaudio spiritus sustinuitis, d intelligentes & considerātes vos habere in spe certa meliorē substantiā, per passionē huiusmodi presentis tēporis comparandam quæ permanens est in cælis, & nunquam auferatur à vobis. e Ne itaque abiiciatis istam vestrā confidentiam, quæ magnam habitura est, si in ea permaneritis, remuneracionem, nempe infinitam & æternam in cælis. f Vobis enim qui tātis agitamini persequutionibus, ante omnia patientia necessaria est, g ut voluntatem Dei sic permanēter & perseverāter implentes, recipiatis hereditatem vitæ æternæ, repromissam perseverantibus. Non erit diu tempus patiendi. h Adhuc nim modicum & aliquantulum restat temporis, quando veniet manifestē qui vêturus expectatur & non longē est aduētus eius. i Interim autē iustus per fidē vitam habet spiritus, & donec in illa manet, vita gratiæ nunc vivit, post ad vitā deducēdus sempiternā. k Quod si à fide recesserit aut apostatauerit, nō amplius placebit volūtati meæ, neque mihi ultra erit beneplacitū in eo. l Nos autē charissimi quod semel Christi fidē prōptē suscepimus, nō efficiamur filij infideles, subtrahētes nos à Christo, cui semel nos ipsos dedimus, quod nobis foret in dānationē: m sed simus fideles filij, in fide recta perseverātes, ut sic lucremur & salvas faciamus aīas nostras.

ELUCIDATIO CAP. XI.

Quoniam autem fidei tanta tribuimus, volumus de eius virtute plura quædam

aa iiij

a *Et in altero autem socij taliter cōuersantiam effecti.*

b *Nam et vincis compassi estis,*

c *Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis;*

d *cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam*

e *Nolite itaque amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remuneracionem.*

f *patientia enim vobis necessaria est,*

g *ut voluntatem dei facientes reperietis promissionē.*

h *Adhuc enim modicum aliquantulumque qui vêturus est veniet, et non tardabit.*

i *Iustus autē meus ex fide vivit;*

k *Quod si subtraxerit se non placebit anima meæ.*

l *Nos autem non simus subtractionis filij in perditionem,*

m *sed fidei in acquisitionē animæ.*

TEXT. CAP. XI.

a *Est autem fides, speculandarum substantia rerum,*

a Argumentum nõ appa-
rentium.

b In hac enim testimoniũ
consecuti sunt senes.

c Fide intelligimus

d aptata esse secula verbo
dei,

e vt ex inuisibilibus visi-
bilia fierent.

f Fide plurimam hostiã
Abel quã Cayn obtu-
lit deo,

g per quam testimonium
consecutus est esse iustus

h testimonium perhibete
muneribus eius deo

i & per illam defunctus
adhuc loquitur.

k Fide Enoch translatus
est ne videret mortem,

l & non inueniebatur,
quia translulit illum do-
minus.

m Ante translationem e-
nim testimonium habuit
placuisse deo.

n Sine fide autẽ impossi-
bile est placere deo.

latius pertractare, habetur autẽ fides de rebus
futuris quæ sperantur, illisque substat, ea velut
pro obiectis habes, a & ipsa est quasi medium
per quod illis assentimur, quæ per se veritatis
nullam habent euidentiã. b Per hanc verò lau-
dabile testimonium consequuti sunt patres no-
stri, & dignam sui reliquerunt memoriã. c Per
fidẽ illi assentimur quod sensus non capit, & ra-
tio minimè persuadet: d Nẽpe per verbũ Dei
vniuersum mundum creatum, atque ad perfe-
ctionem perductũ esse: e ita vt ex nihilo, cum
nusquam adhuc quicquam videri posset creatũ,
fierent cuncta, hæc quæ nunc sunt oculis subie-
cta, atque ex incorporeis quæ in mente artificis
Dei erant Ideis, corporea ista procederent.

f Fecit in Abel primo iusto, fidei deuotio, vt am-
pliolem atque potiolem de optimis suis offer-
ret præ Cayn fratre suo oblationem: g ex qua
etiam testimonium à Deo (qui falsus testis esse
nõ potest) accepit quòd iustus esset in eo quòd
dominus per ignis assumptionem, qui sacrifici-
um Abel consumpsit, h demonstrauit sibi gra-
ta esse munera eius: cum ecõtrario ad Cayn mu-
nera non respiceret. i Atque per hanc fidẽ dum
innocenter propter deuotionẽ sacrificij sui fuit
occisus, etiam post mortem clamare perhibetur
in scriptura sanguis eius. Clamare, inquã, & lo-
qui, siue ad Deũ pro vindicta, siue ad posteros
in exemplũ, vt sciant, ab initio innocentes à ma-
lis persecutionẽ sustinuisse, atque ita in suis ad-
uersitatibus consolentur. k Per fidem, Enoch
transferri meruit: vt mortem suo tempore iuxta
consuetum hominum terminum non gustaret,
seruatus in vita: l & post raptum non est inuẽ-
tus, ne secũdum corpus quidem, quoniam hinc
vium illum transtulerat dominus. Illud autem
ex fide huic obtigisset patet: m quoniam ante
translationem scriptura testificatur ipsũ cum
Deo ambulasse, Deoquẽ placuisse. Atqui,
sine fide impossibile est Deo placere. n Vnde

constat illum fidem habuisse, per quam deo placens factus fuit. Dico autem sine fide neminem Deo posse placere, a quoniam necesse est omni qui vult accedere ad gratam Dei seruitutē, vt primū credat de Deo, quod vnus sit verus Deus qui respectum habeat humanorū actū. b Deinde quod iuxta opera iis qui sibi placere student redditurus sit optimæ mercedis retributionem in tempore suo iuxta secretum consiliū sapientiæ & prouidentie suæ, curam gerens seruatorum suorum. c Per fidem, Noe admonitus de iis quorum adhuc nec inscia nec indicia videbantur quæ post multa annorum spatia erāt futura, credens verbo domini, metuēsq̄ venturum diluuij periculū, d aptē cōposuit, iuxta præscriptam formam à domino arcam illā per quam saluaretur domus eius, e per quam fidē ipsē mundi cōdemnauit per fidem in fidelitate, dum illis nolentibus credere atque proinde diluuiio perditis solus ipse credidit, atq; superstes permāsit: f & per eandem fidem, hæreditariam etiam accepit promissionem iustitiæ fidei, quæ per Christum erat ventura. Cū enim omne tunc semen alienum periisset, certificatus est de suo semine nasci debere Christum, qui in suo aduentu mundum per fidem erat iustificaturus. g Fide, is quem dominus aucto nomine Abraham vocauit, vocatus à Deo ad egredendum de domo patris sui, obedientem se præstitit voci Dei, exiens de cognatione sua in locum peregrinum, h quem in hæreditatem erat receptorus, ipse in promissionem, & semen eius in possessionem, i & quod magis mirandum est, cū exiret terram suam, nesciebat prorsus quod eum dominus erat perductorus. k Propter fidē inhabitauit multo tempore in terra sibi, suoque semini repromissa, tāquam peregrinus & aduena in terra aliena. Cū illic, neque passum pedis in propriam possessionem haberet, l Morabatur, inquam, in mobilibus tabernaculis atq;

a *Credere enim oportet accedere ad deum, quia est,*

b *& inquitentibus se, remunerator sit.*

c *Fide, Noe responso accepto de iis quæ adhuc nō videbantur, metuens,*

d *aptauit arcam in salutem domus suæ,*
e *per quam damnauit mundum,*

f *& iustitia quæ per fidem est, hæres est institutus.*

g *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locū exire,*

h *quem accepturus erat in hæreditatem:*

i *& exiit nesciens quod iret.*

k *Fide, demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena:*

l *in casulis habitando,*

a cum Isaac & Jacob co-
heredibus repromissionis
eiusdem.

b Expectabat enim fun-
damenta habentem ciui-
tatem,

c cuius artifex & condi-
tor, deus.

d Fide, & ipsa Sara steri-
litas virtutem in cōceptio-
ne feminis accepit.

etiam præter tempus æta-
tis:

e quoniam fidelem credi-
dit esse eum qui repromi-
serat.

f Propter quod & ab
vno orti sunt (& hoc e-
mortuo)

g itaque sidera cæli in
multitudinem & sicut a-
rena quæ est ad oram ma-
ris innumerabilis.

h iuxta fidem defuncti
sunt omnes isti non acce-
ptis repromissionibus,

i sed à longe eas aspicien-
tes & salutantes

k & confitentes quia pe-
regrini & hospites sunt
super terram.

l Qui enim hæc dicunt,
significant se patriam in-
quirere.

m Et si quidem ipseus me-
minissent de qua exierunt,

n habebant utique tem-
pus reuertendi.

tentoriis: a quemadmodum & Isaac postmo-
dum & Jacob, ad quos eadem hæreditatis hu-
ius repromissio facta fuit. b Spe enim firma
cælestium bonorum, expectabat ciuitatem il-
lam supernam, in fundamentis perpetuò con-
stabilitam, (id est, mansionem immobilem &
sempiternam) c quam ciuitatem condidit, vi-
uis ex lapidibus, sapientissimus artifex Deus.
d Per fidem idem ipse Abraham promeruit, vt
acciperet Sara (quæ ante sterilis fuerat) virtu-
tem ad concepti feminis retentionem, atque ita
ad fœtus vtero in generatione, etiam cum iam
esset vetula, & tempus ætatis minimè aptum con-
ceptioni: e quoniam fidelem credidit esse deum
qui hoc repromiserat, daturum videlicet se illi
filium etiam in tanta ætate, f propter quam
fidei magnitudinem, diuino operante miracu-
lo, ab vno Abraham, & ipso quidem iam præ-
vetustate viribus (fecundum naturæ cursum)
ad generandum penè defecto, g orti sunt filij
plurimi & innumerabiles velut stellæ cæli, aut
arenæ granula quæ sunt in littore maris. h In
hac fide mortui sunt patriarchæ isti, cum nihil
tamen in possessionem fuissent adhuc conse-
cuti, ex omnibus quæ eis Deus promiserat i sed
tantum per fidem credentes. velut longè post
implenda, aspiciebant & reuerebantur ventura
Dei bona, pro eis tanquam pro præsentibus
Deo gratias agentes, k asserentes super terram
se non nisi peregrinos & aduenas existere, ad
aliam meliorem patriam tendentes. l Dum
enim se peregrinos fatentur super terram & ad-
uenas, ipso sermone patenter indicant, se ad a-
liam (hoc est, futuram cælestem patriam suam)
tendere. m Neque verò putandum est ad hoc
illos respexisse, cum hæc dicerent quòd à suo-
rum parentum patria fuissent egressi. Nam si
illud exilium, aut peregrinationem talem de-
plorassent, n potuissent sanè nullo negotio in
suam terram faciliè reuerti vnde venerant.

a Sed non istud erat, quòd peregrinos se profitebantur, sed ad meliorem terram respiciebāt, nempe cælestem, ad quam se festinare indicabant. Et quia tanta erga Deum fidei eorum deuotio fuit, dum in hoc mundo viuerent: b Idcirco non eos apud posteros tali dignatur honore vt se voluerit nominari Deum eorum (quæ admodum in scripturis frequētissimè legimus) Deum Abraham, Isaac & Iacob. c Ipse enim cælestem parauit eis, & immobilem mansionem in qua cum eo inhabitent, imperpetuum. d Fides erat, quæ Abraham cum à Deo tentaretur, pro vnigeniti immolatione, pròptum fecit animo & voluntate, ad offerendum (iuxta præceptum domini) filium suum vnigenitum Isaac. e Illum, inquam, filium in quo ei fuerat à domino promissã seminis sui multiplicatio, & omnium promissõrum impletio. f de quo dixerat dominus: Semen quod ex Isaac procedet, illud reputabis tuum, in quo omnia mea promissã suo tempore sum impleturus. g Nihil tamen hæsitauit, sciens quòd etiam à mortuis potens esset eum excitare, si sic fuisset sibi placitum. h Propter quod, Isaac filium suum recepit Abraham (quem se prodidisse ratus fuerat) in similitudinem & figuram Christi. Nam oblatio illa Isaac filij Abraham, figura erat immolationis Christi filij patris Dei. i Per fidem, Isaac ipse postmodum vir factus & senex benedicendo & imprecando filiis suis Iacob & Esau bona, de futuris prædixit, quæ nondum videbat, credens quoniam essent implenda, quæ ei dominus reuelauerat. k Consimili fide, Iacob cum morti appropinquaret, vtrumque filium Ioseph (maiores scilicet atque minorem) tanquàm filios sui fœmoris, benedixit, l & adorauit ad fastigium sceptri eius: intelligens vêturum Christi in hoc mundo pauperis regnum, quòd Ioseph venditi & incarcerati, illud sceptrum prætendebat. m Per fidem, credens Ioseph implèda esse, quæ

a Nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem.

b Ideo non confunditur deus, vocari deus eorum:

c parauit enim illis ciuitatem.

d Fide, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur: & vnigenitum offererebat,

e in quo susceperat reprobationes,

f ad quem dictum est: In Isaac vocabitur tibi semen.

g arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus.

h vnde eum & in parabolam accepit,

i Fide, & de futuris benedixit Isaac, Iacob & Esau.

k Fide, Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit.

l & adorauit fastigium virgætius,

m Fide Ioseph moriens,

a & de ossibus mandauit.

b Fide, Moyses natus, & cultatus est mensibus tribus à parentibus suis,

c eo quòd vidissent elegãtem infantem:

d & non timuerunt regis edictum.

e Fide, Moyses grandis factus,

f negauit se esse filium filia Pharaonis:

g magis eligens affligi cum populo dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem:

h maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum, improperiũ Christi. i Aspiciet enim in remunerationem.

k Fide, reliquit Aegyptiam,

l non veritus animositate regis:

m inuisibilem enim tanquam videns sustinuit.

n Fide, celebrauit pascha

illi à Deo fuerãt reuelata cùm moreretur. filius Israel cõgregatis, de exitu ipsorum post annos multos prædixit: a & vt ossa eius tunc secum deferrent præcepit, dicens: Visitabit vos dominus, deferret ossa mea vobiscum. b Per fidem, parentes Moysi, ipsum natum puerum occultauerunt mensibus tribus, donec diutius cælare se posse desperarent: c eo quòd vidissent infantem aptum & idoneum ad salutem populi, à domino præparatum: Deo sic illis in cor immitte: d & non timuerunt regis imperium, donec cælare se posse sperarent, quem postmodum vbi res latere vltra nõ potuit diuinæ providentiæ in cistula inclusum, & aquis expositum, commiserunt, & id quidem rursus per fidem.

e Ob fidem similiter vnus veri Dei (qui inhabitabat in populo Israel) Moyses postquã adoleuisset, propter zelum quem erga Deum & populum Dei habebat Aegyptium trucidãs Hebraeorum opprimentem, f renuit esse & haberi filius filia Pharaonis. g Ipso nimirum hoc factõ magis eligens cũ populo Dei humiliter viuere, & in afflictionibus quàm voluptatibus secularibus in peccatis frui, quod in aula Pharaonis vtique potuisset: h maiores diuitias reputãs, pro Dei honore & zelo improperia & miseriam sustinere, quàm omnes thesauros Aegypti possidere. i Aspiciet enim in venturam æternitatis retributionem, cuius respectus præsentia illum fecit fortiter contẽnere. k Fide postmodum dux factus populi Israel, post casã primogenita, Aegypto egressus est cũ omni turba filiorum Israel l nihil veritus regis pertinacẽ iracundiã, quãtoties fuerat expertus: ne videlicet postmodum egressos ipse (vt fecit) persequeretur. Nihil, inquam, metuit regis illam pertinciam, m quoniam Deum inuisibilem protectorem, vsque adeo certa fide & spe expectauit, acsi visibiliter eum præsentẽ conspexisset, nihil dubitans de eius protectione ad futura. n Per fi-

dem, ipse ex Dei mandato, secundum ritus prescriptos & traditos à Deo, immolationem agni Paschalis celebravit cum populo, a & sanguinem effusum agni superliminibus domus, b ne angelus domini transiens per Aegyptum occidendo omnia primogenita, eis noceret. Erat enim sanguis ille in superliminibus, in testimonium securitatis: quod ubicunque inuenit angelus percutiens, non illic quinquam percussit. c Fide factum est, vt mare diuideretur, aquis ex vtraque parte pro muro stantibus, quo diuiso transierunt filij Israel sine nocumento, quasi per siccam terram: d quod ipsum cum tentare vellent Aegyptij, redeuntibus aquis omnes operti sunt, & demersi in profundo maris. e Fides erat, quæ muros Hierico illos fortissimos fecit sine humana manu concidere postquam diebus septem cum tubis & clamore circuisset sacerdotes domini. f Fides saluam fecit Rahab meretricem cæteris infidelibus pereuntibus gladio, eo quod excepsisset exploratores populi Israel à Iosue missos pacifice, & credens verbis domini in pace eos dimisit, nec prodidit etiã quærentibus. g Quorsum autem attinet fidei virtutem in singulis commemorare? h Nam si id tentare voluero per singula fidei exempla, prolixum foret nimis, & Epistola modum excederet oratio: vt pote si sigillatim enarrare velle, quæ per fidem gesserunt iudices Israel, Gedeo, Baruch, Sampson, Iephthe, rex Dauid, Samuel propheta & iudex populi, cæteri que sancti & Prophete. i Qui omnes per fidem reges, duces, & regna, in virtute domini deuicerunt, k operati sunt iustitiam, liberaudo oppressum populũ domini, de manibus inimicorum suorũ. l & per eandem consequuti sunt varias & peculiare à Deo promissiones: quemadmodum Phinees, sacerdotij sempiterni, Dauid regni nunquam auferendi. Ezechias de infirmitate conualescendi atq; ita in alijs. m Per fidẽ, leonibus clausa sunt

a & sanguinis effusionẽ:

b ne qui vastabat primitiua, tangeret eos.

c Fide transferunt mare rubrum, tanquam per aridam terram,

d quod experti Aegyptij deuorati sunt.

e Fide, muri Hierico corruerunt circuitu dierũ septem.

f Fide, Rahab meretricis, nõ perit cum incredulis, excipiens exploratores cũ pace.

g Et quid adhuc dicam?

h Deficiet enim me tem-
pus enarrantem de Gedeon, Baruc, Sampson, Iephthe, Dauid, Samuel, & prophetis:

i qui per fidem vicerunt regna,

k operati sunt iustitiam, l adepti sunt repromissiones,

m Obturauerunt ora leonum,

a *extinxerunt impetum ignis,*

b *effugerunt aciem gladij,*

c *conualuerunt de infirmitate,*
 d *fortes facti sunt in bello,*
 e *castra verterunt exterorū,*
 f *acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos,*

g *Alij autem distenti sunt,*

h *non suscipientes redemptionem.*

i *vt meliorem inuenirent resurrectionem.*

k *Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres,*
 l *lapidati sunt, secti sunt, ten-*

ora vt nihil sanctis nocerent : quemadmodum Danieli in medio leonum datum est, vt à nullo contingeretur. a Virtus ignium diuina virtute compressa est atque cohibita, ita vt comburendi nullam haberet potestatem, quod tribus pueris in camino ignis datum refert hystoria. b Euaserunt diuina protectione periculum gladij, quod humana subinde via non erat sperandum : quomodo & Dauid gladium Saulis, & Machabæi frequenter Gentilium gladios diuina virtute sola euaserunt, c Conualuerunt miraculo nonnulli de infirmitate mortali, vt Ezechias. d In bello diuinitus confortati sunt, cuiusmodi erant Machabæi, e qui etiam alienigenarum Gentium castra & exercitus (diuino auxilio innixi, & fide magis quàm pugnantibus) debellauerunt, vsque ad exterminium. f Fuerunt etiam qui per fidem mortuos filios resuscitados, suis matribus reddiderunt, quod de Helia legitimus atque Helizeo. g Fuerunt autem qui propter fidem & cultum verum vnus Dei, eiusque cæremonias & legitima, eo quòd nollent ritibus inquinari Gentilium extenti sunt velut pelles in tympano, & verberibus continuis vsque dum deficerent pulsati, h non suscipientes liberationem : quam habere potuissent, si voluissent in illicita consentire: i eo quòd resurrectionem sperabant vitam immortalem, pro temporalibus afflictionibus accipere, quæ longè melior est atque optabilior, quàm breuis vitæ temporalis redemptionis. k Alij verò opprobriis irrisionibusque variis, insuper & verberibus affecti sunt, vincula quoque & carceres horridissimos perpessi. l Fuerunt nonnulli

Lapidibus obruti, vt Zacharias propheta. *tati sunt, in occisione gladij*
 Nonnulli secti per medium, vt Esaias. *mortui sunt,*

Tentati sunt atque vexati exquisitis modis. Complures gladio occisi sunt.

a Circumierunt, incettis vagantes se- *a Circumierunt in melotis, in*
 dibus & profugi, in ouilibus pellibus, at- *pellibus caprinis: regentes, an-*
 que etiam caprinis, in magna egestate, *gustati, afflicti,*
 angustia, & afflictione constituti.

b Tales viri qualibus mundus non e- *b quibus dignus nō erat mun-*
 rat dignus, quibus cælum magis con- *dus:*

gruebat, quàm terrena habitatio. c Er- *c in solitudinibus errantes,*
 rabant in desertis locis, profugi à facie
 persequentium eos propter iustitiam:

d In montibus quoque, ad quos confu- *d in montibus & speluncis*
 giebant, & in speluncis atque cauernis *& in cauernis terræ.*

terræ, intra quas delitescabant, ad effu-
 giendum rabiem grauissimæ persecutio-
 nis. e Et hi omnes, licet per fidem lau- *e Et hi omnes testimonio fidei*
 dabile testimonium consequuti & probati *probat non acceperunt repro-*
 ti inuenti, non sunt tamen consequuti *misionem.*

(donec adueniret C H R I S T V S) æ-
 ternæ vitæ promissam possessionem.

f Deo per hoc secundum suam prou- *f Deo pro nobis melius ali-*
 dentiam melius aliquid pro nobis, hoc *quid prouidente.*

est, pro nouæ legis fidelibus hominibus
 prospiciente atque intendente: g ne vi- *g vt non sine nobis consum-*
 delicet sine patribus temporis gratiæ, prio- *marentur.*

res illi patres legis ad perfectam æternæ
 vitæ coronam perducerentur.

ELUCIDATIO CAP. XII.

TEXT. CAP. XII.

CAM itaque tam copiosam habeamus *a* *Idē & nos tantam hu-*
 fidei nostræ testium multitudinem, *bentes impositam nubem te-*
 nobis in exemplum velut imposi- *stium,*
 tam, vt quos imitari debeamus, qui no-
 bis meritò ad fidem & patientiam,

a deponentes omne pondus & circumstantias nos peccatum.

b per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.

c aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum.

d qui proposito sibi gaudio: sustinuit crucem.

e confusione contempta. f atque in dextera sedis Dei sedet.

g Recogitare enim est eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem,

h vt non fatigemini, animi vestri deficientes.

i Nondum enim vsque ad sanguinem resististis, aduersus peccatum repugnantes,

k & oblitus estis consolationis, l que vobis tanquam filius loquitur, dicens:

m Fili mi, noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris.

sufficiant illuminandis, & animandis, a æquum est vt abiecto omni concupiscentiarum malarum pondere omnique peccato quod vnde quaque nobis, quasi de proximo imminet semel abdicato, b curramus deinde viriliter & fortiter agentes, ad certamen fidei quod nobis pro nomine Christi modo proponitur, per patientiam a semel suscepta fide nunquam discendentes. c mentis oculos fixos tenentes in Iesum Christum, qui est nostre fidei author & consummator: id est principium, & finis, dator & remunerator, qui dat velle & perficere. d Qui Christus cum potuisset utique gaudio solo frui, nec necesse haberet ullam perpeti miseriam, voluntarie tamen magis elegit crucem sustinere in exemplum nobis, e neque propter tantam confusionem talis supplicij, mortem omittens suscipere: f atque ob hoc nunc, propter insignem illam obedientiam, patri assidet ad dexteram, eidem in gloria & maiestate æqualis. g Omnino enim hoc vos hortor ac moneo, vt huius exemplum frequenter reuoluatis in cogitationibus, & in memoriam reuocetis eum qui tamen sustinuit, tamque insignem persecutionem, aduersus semetipsum, a peccatoribus Scribis & Phariseis: idque non pro se, sed pro nobis. h Ad hoc, inquam, cogitate, vt eius exemplo animati: non defatigemini in certaminibus persecutionum, quas pro eo sustinetis animo deficientes. Nondum enim tanta pro eo passi estis, quanta pro vobis ipse passus est. Ille enim sanguinem effudit pro nobis. i Vestra autem lucta & pugna contra infidelitatem nondum ad sanguinem vsque peruenit, neque mortis tormenta adhuc pro eo subiistis, sed tantum exteriorum bonorum rapinam, & similia. k Et quomodo fieri posset vt tam facile tamque leui causa obliuisceremini illius paternæ consolationis atque exhortationis: l qua in scripturis paterna voce admonentur filij, qui in tribulationibus probantur hoc modo: m Fili mi

(inquit

(inquit Sapiēs) accepta libéter disciplina domini, cū patientia & gratiarū actione, neq; deficias animo ad impatientiā aut murmuratiōē, dū ab eo per aduersitates corripieris. Nō enim quia te odit, ideo hoc facit. a Castigat enim & aduersitatibus exercet, quos diligit ex vero amore. b Imò verò flagellis grauioribus exercet, quos sibi i peculiariē filios suscipit. c Perseuerate itaq; cū paciētia in correptionibus domini, quib⁹ vos ex amore ad vestrum profectū exerceri permittit. d Videtis hoc ex loco, quomodo vobis filius Deus se patrē exhibet, quos seueritatis suę disciplina castigat. Nam etiā inter homines, nō est pater verus, nec patris officiū rectē agit, qui non filiū suū (cum expedire nouerit) verbo, atq; etiā verberibus erudit. e Alioqui si filium non corripit, pater verē nō est, sed perditor. f Itaq; vos si abique patris vestri dei disciplina essetis, quā omnes verē filios diximus experiri, adulterini certē & nothi essetis, de quibus non sit ipsi cura, nō veri filij & dilecti. g Præterea, carnalēs patres nostros pro tēpore adoleſcētię nostrę habuimus eruditores, & castigatores morū nostrorū, h & non remurmurabamus eis, etiā castigātib; nos & verberātib; neq; inobedientes eramus illis, imò multò eos afficiebamus honore & reuerētia. i Multò ergo magis decens est, vt obtēperemus spirituum patri Deo quo sic per eius eruditiōē ad vitā æternā introducamus. Multò enim magis hoc quā illud est rationi consentaneum. k Illi enim ad modicum tēpus, donec adoleſceremus erudiebāt nos, l ad ea potius quę voluntati suę erāt placita, quā nostrę saluti vtilia. m Deus autē nunquā nisi ad id quod nobis verē est vtilissimū. Nempe ad hoc, vt aptissimus ad suscipiendū sanctificatiōnem eius, à qua nos prospera subinde auertunt. n Sanè quidē omnis disciplinaris p̄ aduersā correptio, ipso quidē tēpore, donec infligitur tristitiam infert non gaudium quantū ad sensum at-

a Quem enim diligit dominus, castigat:

b flagellat enim omnem filium quem recipit.

c In disciplina perseuerate.

d Tanquam filiis, vobis offert se deus.

e Quis enim filium quem non corripit pater?

f Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis.

g Deinde, patres quidem carnis nostrę eruditores habuimus

h & reuerabamur eos:

i Num multò magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus?

k Et illi quidem in tempore paucorum dierum, l secundum voluntatem suam erudiebant nos:

m Hic autē ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius.

n Omnis autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed mæroris:

a postea autem fructū pa-
catissimū exercitatis per
eam reddit iustitiā.

b Propter quod remissas
manus & soluta genua
erigite:

c & gressus rectos facite
pedibus vestris,

d ut non claudicans quis
erret,

e magis autem sanetur.

f Pacem sequimini cum
omnibus, & sanctū moniā
sine qua nemo videbit
deum:

g contemplantes ne quis
desit gratiā dei:

h ne qua radix amaritu-
dinis sursum germinans
impediat,

i & per illam inquinen-
tur multi.

k Ne quis fornicator aut
prophanus,

ut Esau, qui propter vni-
escam vendidit primitiua
sua.

tinet. *a* At si in ea patiēter quis māserit fructū
postea beatissimū verē pacis proferet, atq; iusti-
tiam: cui per eā fuerint exercitati. *b* Propter
quod fratres mei, hortor vos manus vestras à be-
ne operando per inertiam nō remittere, sed ma-
gis confortare, itēq; non genibus dissolui, hoc
est, nō deficere per impatientiam nec corruere
sub pōdere tribulationū: sed potius si fortē cœ-
perint dissolui, per fastidiū vt erigātur ad resu-
mendū aduersā sustinendi fortitudinem. *c* Et
semitas rectas (nō declinando, neq; ad dexterā
neq; ad sinistrā) velim pedes vestros percurrere
d vt profusus nemo ex vobis à recto tramite de-
flectens errando pereat. *e* Quin potius volo, vt
si quis errare cœperit, resumpto spiritu ac viri-
bus, ad pristinam rectē sanāq; fidei curet redire
sanitatem. *f* Studete (quantū est in vobis) pacē
habere cū omnib⁹ hominibus, & puritatis san-
ctā munditiā, sine qua Deum nemo potest, neq;
modò per fidē, neq; in futuro per speciē videre,
qui à solis corde mūdis cōspicitur. *g* Hęc (in-
quam) agite, nō tantū pro se quisq; verū etiā dil-
igēter inuicē attendētes & cōsiderantes, si for-
te aliquis omnino ex vobis in hoc cursu deficiat
destituaturq; gratia dei, ad suam infidelitatē re-
diens: Ne sic cōmunem Ecclesię vestrę cursum
& bonū profectum cōmunitatis vestrę contin-
gat per aliquē impedi. *h* Ne qua alicubi ra-
dix amaritudinē infidelitatis suę sursum germi-
nans, in alios quoq; eam transfundat, *i* atq; ita
per illius forsitan vnus malitiam inficiantur
plurimi: quē admodū modicum fermēti vniuer-
sam massam suā corruptione inficit. *k* Cōside-
rantes, ne fortē sit in vobis fornicator vllus aut
prophanus, propter tēporalē fœlicitatē à Chri-
sto spōso & sanctissimis eius pollicitationib⁹ dif-
cedēs, quorū figurā tenet Esau, qui primogeni-
turę dignitatē, vnus escę breui delectatione vē-
didit rem multò dignissimam & priuilegium à
Deo donatū singulare tā vili ac tam tēporario

precio indigne cōmutans. a Illud enim cōside-
 randū quod habet scriptura Genesis, quoniam
 postmodum requirens accipere à patre benedi-
 ctionem, quasi sibi debitam hæreditatem, Deo
 ita disponete, quoniã se indignū fecerat, b me-
 ritò ab illa præcipua primogeniti benedictione
 fraudatus est. c Non enim potuit peruenire ad
 talem pœnitentiam quæ illi semel venditū ius
 restituisset, quãquam etiam cum eiulatu valido
 requisisset eã. Ita timendū est & vobis, si oblatã
 modò tam sacrosãctam Dei gratiam, ob tẽpo-
 rales prosperitates auersati fueritis: ne similiter
 ab æterna dignitate irrecuperabiliter repellami-
 ni, ad quam tamen (quantū ex patribus, cùm si-
 tis filij Abrahæ) quasi primogeniti præcipuè ius
 benedictionis obtinuistis, nisi vos ipsos dei gra-
 tias, reddatis idignos. Lõgè autè alia est hæc no-
 ua noue legis gratia, quã modò accepistis, quã
 illa prior vet^o veteris legislatio. d Nõ enim mo-
 dò accessistis ad ignem ac montem corporalem
 & palpabilem, ad quem possit corporali accessu
 appropinquari, & ad caliginosum turbinẽ, atq;
 procellam ventorum, & sonitum tubarum, quæ
 omnia erãt in veteris legislatione, & ad vocem
 terrificam verbis horribilibus resonantẽ in ter-
 rorem populi audientis, e ita vt audientes præ-
 timore refugerent auditū eius, dicentes Moyse:
 Loquere tu nobis, & non loquatur nobis domi-
 nus, ne fortè pereamus. f Non enim poterant
 ferre terrificum sonitū verborum domini: g &
 ad terrorem ex præcepto domini, etiam bestia si
 tetigisset montẽ lapidibus erat obruenda: h &
 ita erant illi omnia terribilia quæ videbantur,
 i adeò vt ipse quoque Moyse in timore, & tre-
 more se gesserit coram domino, exterritum cõ-
 turbatum & tremebundum se in tanta tasã ter-
 ribilium rerū nouitate demõstrans. k Vos au-
 tẽ nouæ legis susceptores, per fidẽ accessistis ad
 montem sanctū Sion, qui est Christus dominus,
 bb ij

a Scitote enim quoniam
 & postea cupiens hæredi-
 tare benedictionem,

b reprobatus est:

c Non enim inuenit pœni-
 tẽtiæ locū, quãquam cum
 lacrimis inquisisset eam.

d Nõ enim accessistis ad
 tractabilem morẽ & acces-
 sibilem ignem, & turbine,
 & caliginem & procel-
 lam, & tubæ sonum, &
 vocem verborum.

e quam qui audierunt,
 excusauerunt se, ne eis fie-
 rer verbum.

f Non enim portabant
 quod dicebatur:

g & si bestia tetigerit
 montem, lapidabitur.

h Et ita terribile erat
 quod videbatur.

i Moyse dixit: Exterri-
 tus sum, & tremebundus.

k Sed accessistis ad Sion
 montem,

a & ciuitatē dei viuētis
Ierusalem caelestem,

b & multorum millium
angelorum frequentiam,

c & ecclesiam primiti-
uorum qui cōscripti sunt
in caelis,

d & iudicē omniū deū,

e & spiritus iustorū per-
fectorum,

f & testamētī noui me-
diatorem Iesum,

g & sanguinis aspersio-
nem,

h melius loquentē quā
Abel.

i Videte ne recusetis lo-
quentem.

k Si enim illi non effuge-
runt recusantes eum qui
super terram loquebatur,

l multo magis nos de cae-
lis loquentem nobis, auer-
timus:

m cuius vox mouit ter-
ram tunc,

n nunc autem repromittit
dicens: Adhuc semel &
ego mouebo nō solum ter-
ram, sed & caelum.

a & ad sanctā ciuitatē supernā dei viui, Hieru-
salē caelestem, cuius estis ciues inscripti, b & ad

exercitū angelorū qui sunt innumerabiles, qui-
bus iā cōiuncti estis vt conserui mereamini dici

illorū, c & ad ecclesiā sanctā à fidei primori-
bus sanctis Apostolis fundatā, & ex ceteris ad

fidei gratiā electis constitutā, qui susceperūt in-
tra se spiritus primitias, quorum nomina scripta

sunt in caelis ad quos sunt ab initio praedestina-
ti, d & ad deū per iudicē omniū, cui p fidē facti

estis propē qui eratis lōgē: e & ad spiritus eo-
rū qui in iustitia perfectā duxerūt vitā, cū qui-

bus eadē expectatis gloriā: f & ad ipsum Dei
filiū dominū Iesum, per quē nouum testamen-

tū accepimus: g atq; ad sanguinē eius, vt eo as-
pergamini, eiūsq; efficiamini participes: h qui

sanguis multo melius loquitur ad deum, quā
sanguis Abel, quoniā hic vindictā clamare le-

gitur, ille autē misericordiā & propitiatiōē pro
omnibus qui fuerunt eo aspersi. i Videte fra-

tres ne deū loquentē vobis per filiū suū de caelo
missum repellatis, per infidelitatis inobedien-

tiam. k Si enim in veteri lege non euaserūt im-
puniti, qui inobedientes extiterunt Moyse, su-

per terram eis loquēti & praecipienti ex ore do-
mini, aut qui inobedientes extiterunt Deo aut

angelis super terrā corporalibus vocibus & si-
gnis legē ferentibus, l multo magis nō euade-

mus impuniti nos Christi fideles, si deū patrem
qui nobis modo per filiū suū de caelis demissum,

atq; ipsum etiā Christum, qui nobis post ascen-
sionē permissum caelitus spiritum sanctum suū

est loquutus, auersati fuerimus per infidelitatē
nostrā. m Cuius Dei vox, tunc quidē cū legē

ferret veterem semel cōmouit terrā, & fecit eā
tremere, conturbauitq; eam. n Quātum verō

ad hoc tempus venturum, promittit apud Pro-
phetam dicens: Veniet tempus quod à me ordi-

natum est, quando non solum terram sed et-
tiam caelum ipsum cōmouebo. Quod sine du-

bio impletum est, nouæ legis tēpore quādo celi aperti sunt, & omnia tā cælestia q̄ terrestria in sanguine Christi restaurata. a Quod autē dicitur adhuc semel: videtur aliud tēpus designare, quo trāsferenda erūt mobilia omnia tanquā tēporaria & suo tēpore mutanda, b vt his sublatis, succedant quę sunt immobilia permāsura, & nō ad vllā mutationē facta. Quemadmodum (verbi gratia) nouæ legis tempore, cuncta veteris legis temporalia sacramēta, cæremoniæ, atq; iudicia, in perpetuo māsura nouæ gratiæ myste-
ria cōmutata sunt: & suo tēpore omnium generabilium & corruptibiliū fiet absumptio, vt sola illa permaneant quę sunt in æternū perman-
sura. c Nos itaque iuxta quod offertur nobis, im-
mutabile illud & æternū regnū cum omni gratiarum actione per fidē suscipientes, contenda-
mus Deo gratiam ducere vitam, d vt illi simus grati, eiusque gratiam accipiamus ampliorē, per quā ita seruiamus, vt placere valeamus Deo, cū filiali metu & reuerentia. e Scientes quoniam Deus noster cui seruiamus, ipse terribilis est, & velut ignis cōsumens aduersarios potens ad vltionem omniū qui modò non timēt nomē eius.

ELUCIDATIO CAP. XIII.

IA N charitate fraterna perseuerate, b & hospitalitatis, ac misericordiæ cætera opera ne intermittatis. c Per hāc enī veteris testamēti patres nonnulli Deo placuerūt, hospitio recipientes angelos, quos homines esse existimabāt, d memores estote, ad exhibendam misericordiam, eorū qui pro Christi nomine vincēti sunt, quasi & ipsi cum eis pariter vincēti essetis. e & eorum qui pro Christi nomine mala patiuntur, tanquā cui semel etiam in corpore adhuc misero commoramini scientes etiā vobis eadē posse obtigere, in quibus illi affliguntur. f Per omnia prorsus honorabile & sanctū est coniugiū legitimū: & thorus eorum qui verò sunt aduicē coniugio copulati est sine macula peccati,

a Quod autem adhuc semel dicit declarat mobilium translationem tanquam factorum
b vt maneāt ea quę sunt immobilia.

c itaque regnum immobile suscipientes,
d habemus gratiam, per quam seruiamus placētes deo cum metu & reuerentia.

e Etenim deus noster ignis consumens est.

TEXT. CAP. XIII.

a Charitas fraternitatis maneat in vobis

b & hospitalitatem nolite obliuisci:

c Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis.

d Mementote vincētorum tanquam simul vincēti,

e & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.

f Honorabile cōnubium in omnibus, & thorus immaculatus.

a Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.

b Sint mores sine auaritia, contenti presentibus.

c Ipse enim dixit: Non te deferam, neque derelinquam.

d Ita ut confidenter dicamus:

e Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

f Mementote praeceptorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum dei, g quorum intuentes exitum conuersationis, imita mini fidem.

h Iesus Christus huius & hodie, ipse & in seculum.

i Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

k Optimum est enim gratia stabilire cor:

l non escis quae non profuerunt ambulanti in eis,

m habemus altare, non de quo edere non habet potestatem qui tabernaculo deseruiunt.

n Quorum enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta perpon

vbi coniugali modo sibi inuicem fuerint sociati. a Fornicatores vero qui extra coniugium legitimum sibi inuicem copulantur, & adulteros qui suis coniugibus abiectis aliis commiscuntur, Deus supplicii aeterni condemnabit. b Vita vestra, omnis auaritia sit expers: & contenti estote iis quae dominus dederit, sine superflua accumulandi sollicitudine. Nec enim est quod superfluis curis distringamur: c quonia deus ipse est qui dixit ad Iosue & ad singulos iustorum: Non, inquit, te dereliqui neque aliquando dereliqui, sed adero tibi semper in omnibus necessitatibus tuis bonus prouisor. d Ita ut audacter nobis liceat dicere, quod in psalmo loquitur Dauid: e Dominum si habuero adiutorem, non timebo quid possit mihi inferre aduersi, quaecumque virtus inferior. f Praefectos vobis ad memoriam sedulo reuocate, qui praedicauerunt vobis Euangelium Christi: g quorum ego vos hortor imitari fidem, diligenter considerato exitu conuersationis eorum, ut illorum quam in fine usque tenuerunt perseverantiam imitemini. h Iesus Christus ab initio erat qui modo est, & erit quoque in secula. Ecce hoc est fundamentum sincerae omnis fidelisque doctrinae: i Doctrinis autem variis quae pro diuersitate auctorum diuersae consinguntur non consentientibus cum veritate fidei & quae a veritate sunt extraneae, nolite abduci a fidei semel susceptae rectitudine. k Multo enim praestantius est & salubrius, ut cordis nostri fiduciam confirmemus & constabiliamus in gratia Dei, per quam veram iustificationem & redemptionem consequuti sumus, l quam in escarum legalibus obseruantis, quae non poterunt suos obseruatores iustos facere apud deum. m Nos Christiani altare habemus spirituale & verum (cuius vetus altare figura erat) Christum dominum, n de quo manducandi ius non habent, id est, in quo partem non habent Leuitae veteris tabernaculi ministri: sed qui in Christum credunt quilibet fideles. o Considerate autem

quòd veteri obseruatione, illorum animalium carnes extra castra cremabantur, quorum sanguis erat per pontificem inferendus in festo expiationis intra sancta sanctorum pro peccatis populi. a Secundum quam figuram, ad eius impletionem, Christus omnium figurarum finis & veritas, vt per suū sanguinem patri oblatum sanctificaret populum suum à peccatis, extra portam pati voluit. b Quæ res (si ad mores eam trahamus) hortatur nos post Christum extra huius mundi castra exire, ad ignominiam & paupertatem crucis voluntariè amplexandam. c Non enim hoc in mundo permanfuram mansionem quisquam hominum habet, sed stabilem mansionem in futuro seculo expectamus. d Per ipsum ergo Christum per què nobis processerunt omnia gratiæ bona, de quibus hæcenus diximus, e Deo patri laudem offeramus pro acceptissimis hostiis, videlicet fidei fructum bonum Deo confitendo & gratias agendo per labia nostra. f A benefaciendo verò indigentibus, & misericordiæ operibus miseris communicando ne desistatis. g Neque enim vllis hostiis ita Deū nobis promereri possumus, vt per huiusmodi misericordiæ opera, neque sacrificium aliud ei gratius potest offerri. h Obedite iis qui vobis sunt prepositi, & voluntariè subiecti estote illis, ex animo: quoniam ipsi attentissimè vobis inuigilant, pro vestra salute tanquam qui sint coram iusto iudice pro animabus vestris rationem reddituri. i Idcirco iustum est vos illis benignè subiectos esse, vt tantum sibi impositum onus gaudenter ferant, cum vos viderint ad obediendum animo præptos & non cum doloribus atque suspiriis: quod solet fieri, cum recta sibi precipientibus viderint nõ obtemperari. k Nequaquam enim vobis hoc expedit, vt illorū onus per se alioqui grauissimum vestra inobediencia amplius aggrauetis. l Fratres orate pro nobis. Spera-

tificè horum corpora cremantur extra castra.

a Propter quod & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

b Exeamus igitur ad ciuitatem extra castra, impropertium eius portantes.

c Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus:

d Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.

f Beneficiæ autem & communicationis nolite obliuisci.

g Talibus enim hostiis promeretur deus.

h Obedite prepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri,

i vt cum gaudio hoc faciant & non gementes:

k Hoc enim non expedit vobis.

l Orate pro nobis: Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conuersari.

a *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.*

b *De^o autē pacis qui eduxit de mortuis pastore^m magnum ouium in sanguine testamētū aeternū, dominum nostrum Iesum Christum,*
 c *aptet vos in oī bono, vt faciatis eius voluntatem,*
 d *faciēs i vobis quod placeat corā se p Iesum Christū: cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

e *Rogo autē vos fratres, vt suscipiatis verbū solatiij.*

f *Etenim per paucos scripsi vobis.*

g *Cognoscite fratrem nostrū Timotheū dimissum: h cum quo (si celerius venerit) videbo vos.*

i *Salutate oēs prapósitos vestros, & oēs sanctos.*

k *Salutant vos de Italia fratres.*

l *Gratia cum omnibus vobis. Amen.*

FINIS.

mus enim coram deo nos bona esse voluntate cupientes in omnibus rectē secūdum veritatem Euangeli, sine offensione conuersari, quanquā

sunt qui forsitan mihi detrahentes, falso me vt legis inimicū apud vos deferāt. a Atq; eo magis hoc obsecro, vt quantotius secūdū Dei volūtatē, iuxta propositum, passim venire ad vos.

b Deus autē pacis q̄ suscitauit ex morte Iesum pastore^m summū fidelium ouium, per sanguinem testamenti noui & aeterni, c vos perficiat in oī bono, vt semper eius impleatis in omnibus volūtatē: d faciēs de vobis quicquid fuerit placitum ante conspectū per suum Iesum Christū, cui est gloria in secula seculorū, Amē. e Ro

go autē vos fratres, ne aegrē tuleritis epistolam hanc, quam ad solatium vestrum cōscripsi: f & quidē breuibus, quātū ad affectus mei erga vos magnitudinē, & materiæ multitudinē. g Scire

vos volo Timotheum fratrem nostrum modō dimissum hactenus detentum siue impeditū, quominus venire potuerit. h Cū quo, si celerius venerit vt expecto, spero me quantotius vēturum

ad vos. i Salutate omnes prapósitos vestros, & vniuersos fideles. k Salutāt vos fratres qui sunt de Italia nobiscum. l Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Finis Elucidationis in epistolam ad Hebræos, beati Pauli apostoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM
in epistolam Canonīcam beati Iacobi Apostoli.



D eos qui ex Iudais crediderāt, ob persecutionis rabiē & Christi nominis prædicationē per diuersa loca dispersos, beatus Iacobus Apostolus Hierosolymitanæ ecclesiæ Episcopus, consolatoriā & moralē hanc scribit epistolā. In qua post salutationem, statim eos ad gaudendum in tribulationibus, patientiam exercitantibus & fidei probationem operantibus inducit. Dehinc veræ sapientiæ indignos, vnde & quomodo postulare debeant edocet: nimirum à Deo, & confidenter absque hæsitacionis diffidentia. Gloriarī quoque & gaudere vult etiam abiectos Christianorū, in superuentura glorificatione sua, diuitibus in seculari gloria (in modum vaporis mox disparitura) prohibēs gloriarī. Patiētes autē in tribulationib⁹ beatos prædicat, & coronādos pro sua sustinētia affirmat. Deinde ne quis in deū (vt ferē solēt carnales homines) peccatū suū referat, quasi ipse quenquā peccare cogat aut inuitet, prohibet, diligēter demonstrās, quomodo peccati tā initiū quā cōsummatio à nostri est sensualis affectus corruptione, qui primō à bono nos abstrahēs, nisi mox fuerit suppressā eius mala suggestio vt nō pariat, mortē continuo generat. Omnis autem boni quod in omnibus est causam & primordialē originē esse, Deū patrē luminū, nulli mutationi subiectū: qui nos singularissimo beneficio, per verbū suū voluntariē & creauit & recreauit, in gloriā suam. Post hoc moraliter loquēs loquacitatē & irā detestatus, magis auditionē bonā suadet, & mansuetudinē, in qua sancti euāgelij verbū fructificet: & vt magis verbi factores quā auditores sese exhibere studeāt, eū qui tantū audit & non operatur cōparans cum eo qui se in speculo tantū contempletur, nihil ad emundationem faciēns macularum. Atque in fine ad religionem veram necessariam esse linguæ refrenationē docet, & in quo sit vera religio demonstrat. Atq; hæc quidē cap. 1. In secūdo autem contra personarū acceptionē, diuitūque solorū cum pauperum contemptu nimiam & sæcularem honorationē prolixius agit & feruenter: nolens in hoc mundo contemni pauperes, quos in sua vocatione & salute Deus habet præcipuos cū è contrario diuites & potētes potissimum sint, hi qui persecutionem fidelibus inferunt, & simplices opprimunt. Docet autē vnus præcepti transgressione legis obseruationē infringi, & cū vnus sit qui omnia simul dedit præcepta, qui in vno aliquo offendit modo quodam in omnibus reum fieri. Propter quod nūc eos monet, secundum legem libertatis, secundū quam erunt iudicandi,

vitam instituere: & ante omnia misericordiam facere, vt queant in iudicio nouissimo misericordiam inuenire quæ illis tunc negabitur, qui nunc immisericores fuerint pauperum contemptores. Et ne quis de mortua fide sibi blandiatur, declarat fidem sine operibus ad salutem non proficere, idque similitudine ex pauperum indigentia solo verbo non reuelata, ratione ex dæmonum fide ad salutem inualida & exemplo Abrahamæ filium suum secundum animi promptitudinem offerentis: ac Rahab meretricis, propter fidem Dei exploratores Iosue abscondentis. Capite verò tertio ambitionem ad magisteria propter periculum grauioris iudicii detestatus, ad id quod prius cœperat de lingua refrenanda reuertitur, & multa quidem in linguæ domatione, per varias rerum naturalium comparationes, tam in bonum de bene domita, quam in malum de malè domita, latè differit. In fine autè, veram sapièntiam ex bona & disciplinata conuersatione à falsâ discernit, duplicè sapièntiam cœlestem & terrenâ, ex aduerso distinguens, & contrariis conditionibus describens. Quarto dehinc capitulo, post litium & pugnarum radicem ex concupiscentia mala descriptâ, à seculi huius amore & amicitia dehortatur. Magis autè vt cū Deo amicitiam inear superbia seculi relicta, eos monet per humilitatè Deo subditos fieri, ac pœnitentiâ agendo ei appropinquare, detractiones damnas, & vana iudicia: simul & prauam illam loquendi consuetudinè corrigens, qua plurimi de futuris loquuntur euentibus sic definitè, quasi in manu sua habeant temporum momenta, cum ex Dei placito omnia pendeant: propter quod in loquendo de iis quæ in futurum proponimus, adiciendâ consulit moderatiuam particulam, si dominus voluerit, aut similè aliquam. Vltimo autem capitulo, aduersus diuites seculi in avaritia detinentes vnde sustentandi erant pauperes, & aduersus iniustos mercenariorum suorum fraudatores, cū terrore exclamat, eos verò qui patiuntur patientes esse monet vsque ad aduentum domini, agricolæ exemplo, & non aduersus suos oppressores cum amaritudine & odio ingemiscere: exempla Prophetarum, & nominatim beati Iob, eis ad consolationem proponens. Post quæ, à iuramento fideles dehortans, in firmis sanctam presbyterorum vñctionem ordinans, & mutuum peccatorum confessionem præscribens, & ad orandum pro inuicem exhortans orationisque virtutem & efficaciam per Heliam describens, fructumque reducentium errantes ad viam rectam aperiens, ita terminat plenam sanctis eruditionibus Catholicam suam epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTO-
lam canonicam beati Iaco-
bi Apostoli.

ELVCIDATIO IN EPI-TEXTVS EPI-
STOLAM CANONICAM STOLAE CANONI-
beati Iacobi apostoli. cae beati Iacobi Apo-
stoli.

ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.



Iacobus seruus Dei patris & domini nostri Iesu Christi, scribit salutemq; cōuerfis ex duodecim tribub⁹ Israel, qui sunt ob persequētium rabiē per varia loca dispersi. b Pro summo & vero gaudio ducite fratres variis affligi tribulationibus, quae ad probationē deo disponente ac permittente vobis adueniunt. c Cōsiderātes diligēter quōd ista per aduersā fidei vestrae probatio, exercitat vos ad patientiam. d Patientiam verō nemo parui aestimet, quoniā ipsa perfectū habet virtutis opus, & totam virtutem structuram, consummat, perficit, atque conseruat. e Ita vt per hāc perfecti sitis futuri & integri, in nullo bono indigētiam passuri. f Quōd si quis est ex vobis, cui vt sapientiae indigno non sapiunt ista quae dei sunt, postulet à deo intelligentiā & sapiētiam: c qui omnibus rectē petentibus, sine avaritia dat copiosē & liberaliter, neq; hominū more post donationē impropert, & dabitur ei quātum opus erit. h Vt autē suae petitionis consequatur effectū, illud videat vt fide postulet nihil addubitans. i Qui enim hasitās orat dominū, propter instabilitatem spei suae comparandus venit fluctui maris, qui ab omni vēto nūc huc nunc illuc sine ordine agitur. k Talis igitur cū sit ille qui diffidēter petit, nō est quōd speret quicquā à deo tali postulatione cōsequi. l Quisquis nō est in vno fixus animi proposito, cuiusmodi est qui se duobus dominis putat posse seruire, incōstans est & instabilis in omnibus operibus suis. m Gaudeāt verō & glorientur pauperes, & de-

Iacobus dei & domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quae sunt in dispersione, salutem.
b Omne gaudium existimate fratres mei, cūm intentiones varias incidit, cientes quōd probatio fidei vestrae patientiam operatur.
d Patientia autem opus perfectum habet, e vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. f si quis autē vestrū indiget sapiētia, postulet à deo qui dat omnib⁹ affluenter, & nō impropert, & dabitur ei.
h Postulet autem in fide, nihil hasitans:
i Qui enim hasitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur:
k Nō ergo existimet homo ille quōd accipiat aliquid à domino.
l Vir duplex animo, incōstans est in oībus viis suis.
m Glorietur autē frater humilū ī exaltatione sua:

a diues autem, in humilitate sua:

b quoniam sicut flos foeni transibit:

c exortus est enim sol cum ardore, & arefecit foeni, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperit:

d ita & diues in itineribus suis marcescet.

e Beatus vir qui suffert tentationem:

f quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae, quam repromisit deus diligentibus se.

g Nemo cum tetatur, dicat, quoniam a deo tentatur.

h Deus enim intentator malorum est.

i Ipse enim neminem tentat.

k Vnusquisque vero tentatur, a concupiscentia sua abstractus & illectus.

l Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.

m Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.

n Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.

speciores qui sunt Christiani, in consideratione sublimitatis suae, in qua exaltabuntur in futura vita aeterna: ut non propter suae humilitatis abiectionem deiciuntur animo, sed futurorum consideratione bonorum, magis in spe ventura erigant animu. *a* Diuites autem qui nunc florēt quantum ad seculu, ita gloriantur & gaudeant, ut semper quae sunt humilitatis & infirmitatis suae magis considerent, ut non nimium exalcentur in semetipsis. *b* Verè enim vilis res est omnis gloria diuitu. Nā sicut flos graminis non diu subsistit, ita transibit diuitiaru ista temporalis gloria. *c* Statim vbi Sol coeperit aestuare, arefacit gramen & flos pariter marcidus decidet, & omnis decor aspectus illius subito deperibit, *d* ita & diuitis floridus qui videtur ornatus, breui deperibit.

e Beatus est qui persecutiones & aduersitates quae ad tentatione a Deo super bonos permittuntur, sustinet cum patientia: *f* quoniam per patientiam sic bene probatus, accipiet mercedem aeternae beatitudinis, quam promisit Deus dare suo tempore omnibus qui modò in veritate diligunt eum. *g* Nemo autè cum ad malū sollicitatur, dicat se a Deo ad malum inclinari aut sollicitari: *h* Deus enim nescit ad malum tetare, quæadmodum neque tentari. *i* Ipse enim nemine ad malum sollicitat. *k* Vnusquisque enim inclinatur ad peccatū a proprio corrupto sensuali appetitu, per què abstrahitur a recto animus, & allicitur ad illicita carnis desideria: Atque hoc quidem est peccati primum seminarium. *l* Deinde concupiscentia ista cum sic conceperit, ita ut incipiat immorari nimiu & delectari in proposito, producit iam peccatum. *m* Quod cum fuerit per plenum consensum aut etiam opere consummatum, mortis aeternae inducit obligationem, & animam vera spiritus vita priuat, etiā in hoc seculo. *n* Nolite itaque errare charissimi fratres mei, ne in deum referatis peccatoru vestroru malitiam: sed tantum in vos ipsos, qui estis

totius malitiæ auctores, per concupiscentiã quæ in vobis habitat corrupta, a quæadmodum e-
 cōtrario Deus omnis boni auctor est, nō homi-
 nes. Omne enim datum verè bonum, & omne
 perfectum donum non à vobis est, sed desuper
 venit à largitore omniũ, patre cælestiũ luminũ,
 siue incorporeorum, siue corporalium: b Apud
 què non est vlla de forma informam transmu-
 tatio, neq; vicissitudinaria vlla secundum varia
 accidentia obumbratio. c Ipse autè nos peni-
 tus liberè nullo coactus nostrorum operũ meri-
 to, neq; vlla necessitate obstructus, nos rege-
 neravit per semen incorruptibile verbum veri-
 tatis, quos prius in natura per semen corporale
 fecerat. d Idcirco (inquam) voluntariè nos sic
 genuit, vt essemus nos velut primitiæ & præci-
 pua aliqua pars totius creaturæ suæ, cum ange-
 lica natura sortem & locũ accipiètes dignitatis
 gloriæ eius. e Ista fratres mei vos satis scire ar-
 bitror & intelligere. f Hortor autem charita-
 tem vestrã, vt ad audiendum sanæ fidei conso-
 nam doctrinã veloces semper parati sitis: g nō
 faciles autè neq; præcipites ad temere loquen-
 dũ, etiam quæ bona vidètur, neq; prōpti ad ira-
 scendum. h Ira enim viri præter aut cōtra ra-
 tionis iudicium, iustitiam veram impedit atque
 perturbat, i Quapropter abiecta omni immũ-
 ditia, tã in verbo quàm in cogitatione, & abun-
 dantia malitiæ cuiuslibet, k suscipite in man-
 suetudine spiritus, verbũ sancti Euãgelij, quod
 per prædicationem implãtatur & inferitur ani-
 mabus vestris, l quod ipsas potest facere à pec-
 cato saluas, ad æternam vitã si diligenter audiu-
 tum custodieritis. m Illud verò post acceptam
 Euãgelij prædicationem videndum est vt nō
 sitis Euãgelij tãtum auditores, sine operatio-
 ne, sed magis factores eius esse studeatis in ope-
 re, ne fallatis vosmetipsos. n Decipiunt enim
 seipsos, qui de solo verbi auditu & mortua fide
 sibi placètes, putãt hæc ad salutẽ sufficere, cum

a Omne datum optimũ,
 & omne donũ perfectũ
 desursum est, descendens
 à patre luminum,

b apud què non est trans-
 mutatio, nec vicissitudi-
 nis obumbratio.

c Voluntariè enim ge-
 nuit nos verbo veritatis,

d vt simus initiũ aliquod
 creaturæ eius.

e Scitis fratres mei dile-
 ctissimi:

f Sit autem omnis homo
 velox ad audiendum,

g tardus autem ad loquẽ-
 dum, & tardus ad iram.

h Ira enim viri, iustitiam
 dei operatur.

i Propter quod abiicien-
 tes omnem immunditiam,
 & abundantiam malitiæ,

k in mansuetudine susci-
 pite inquit verbum,

l quod potest saluare a-
 nimas vestras.

m Estote autem factores
 verbi, & non auditores
 tantũ,

n fallentes vosmetipsos.

a Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo.

b Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.

c Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

d Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens eorum: huius vana est religio.

e Religio munda & immaculata apud deum & patrem, haec est,

f visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,

g & immaculatum se custodire ab hoc seculo.

TEXT. CAP. II.

a Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriae.

b Etenim si introierit in domum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida,

requiratur etiam cum fide bona operatio. a Quia quisquis auditor tantum est verbi non factor, merito comparandus venit homini qui faciem suam naturalem in speculo contemplatur tantum, nihil agens amplius ad emundationem macularum quas in speculo considerauerat. b Statim enim ille ut considerauit, abiit, nihil amplius agens: & statim oblitus est qualis fuerit, qualisq; se viderit. Sic & homini qui verbum audit, sed ad componendos mores non accomodat, nihil proficit verbum tantum conspexisse vel audisse. c Qui autem diligenter inspexerit in legem perfectam, perfectam veramque libertatis: ita ut opere ipsam impleat, non surda aure obliuiosus auditor praetereat, hic non auditu, sed in ipsa praecipit observatione per operationem bonam, beatus erit. d Quisquis autem religiosum se arbitratur ac sanctum Dei cultorem, si negligat linguam ab otiosis atque malis frenare sermonibus: sciat ille, non veram esse neque fructuosam huiusmodi religionem, quae id quod primum esse debet, negligit. e Verus autem Dei cultus, qui mundum & immaculatum efficit hominem coram Deo patre est, f in visitando desolatos, & eos qui sunt sine humano patrocinio (cuiusmodi sunt viduae & pupilli) in tribulationibus, aut egestate constitutos, & caeterorum misericordiae operum exhibitione, g & a mundi concupiscentiis semetipsum custodiendo immaculatum: Id est, & si proximo misericorditer, quis subueniret, & seipsum a peccatis seruet immunem.

EVLGIDATIO CAP. II.

F^a Ratres mei, nolite in vobis simul cum fide domini nostri Iesu Christi, domini, inquam, aeternae gloriae admittere vitium acceptionis personarum. Verbi gratia, ne diuitem propter diuitias solas plus iusto honoretis, aut pauperem propter inopiam despiciatis. b Etenim si vobis congregatis ingrediatur vir aliquis annulos aureos gestans in manibus, vestem indu-

tus preciosam & splendidam: a Introgredia- *a Introierit autem &*
 tur etiam pauper in veste vili & minime precio- *pauper in sordido habitu,*
 sa. b Istis autem sic ingredientibus, cœperitis *b & intendatis in eum*
 oculos cōiicere in illum diuitem præclara veste *qui indutus est veste præ-*
 indutum, & pro solis diuitiis illi exhibentes in- *clara,*
 dignū honorem, c dixeritis ei: Tu sede hīc ho- *c & dixeritis ei: Tu sede*
 nestiori loco. Pauperi autem dixeritis: Tu sta *hic bene,*
 illic in abiecto loco, aut sede sub scabello pedū *Pauperi autē dicatis: Tu*
 nostrorum, propter inopiam sic pauperem de- *sta illic, aut sede sub sca-*
 spicientes. d Hæc, inquam, si egeritis, nōne *bello pedum meorum:*
 hoc ipso iudicatis, iniquas cogitationes & ini- *d Nonne iudicatis apud*
 quū iudicium vestro in sidere animo? e Atten- *vosmetipsos, & facti e-*
 dite fratres mei charissimi diligētius, quoniam *stis iudices cogitationum*
 non ita fieri conuenit, vt diuites diuitiarū suarū *iniquarum?*
 & superbię suæ respectu ita nīmīū honorentur, *e Audite fratres mei dā*
 contēptis ob inopiam pauperibus. Nequaquam *lectissimi,*
 despiciendi sunt ab hominibus, quos deus adeo *f Nonne deus elegit pau-*
 nō despicit, vt etiā suæ vocationis & electionis *peres in hoc mundo, diui-*
 partes potiores eis cōcedat. f Nōne videtis, *tes in fide, & heredes re-*
 quemadmodū Deus maxima ex parte pauperes *gni quod promisit diligen-*
 elegit in hoc seculo: vt sicut temporalibus bo- *tibus se*
 nis sunt pauperes in hoc mūdo, ita spiritualibus *g Vos autem exhonora-*
 diuites fiant per fidem, & spe hæredes regni æ- *stis pauperem.*
 terni, quod promisit Deus omnibus diligētibus *h Nonne diuites per po-*
 se? g Vos autem è contrario si vt prædictū est *tētiam opprimūt vos? &*
 feceritis, pauperes ob suam paupertatem inho- *ipstrahunt vos ad iudi-*
 noratis, quos tamē Deus diuitibus huius seculi *cia?*
 videtur præponere, in sua vocatione. Atque ita *i Nonne ipsi blasphemāt*
 qui prædicto modo agerent, diuino consilio vi- *bonum nomen, quod in-*
 dentur contra ire. h Rursum, nōne videtis *uocatum est super vos?*
 quotidiana experientia, qui opprimunt Chri- *k Si tamen legem perfici-*
 stianos per potētiam & vim inferunt eis dē per- *itis regalem secundum*
 trahentes eos ad tribunalia, siue pro Christi cō- *scripturas: Diliges prox-*
 fessione, siue per alias fraudes suas, diuites esse *imum tuum sicut teipsum*
 & potentes huius seculi. i Nōne ipsi sunt qui *bene facitis.*
 maledicunt & persequuntur sanctū nomen Chri-
 sti, quod vos inuocatis, & in cuius inuocatione
 per baptismum sanctificati estis? k Equidem
 non prohibeo iuxta mandatum domini illud v-
 niuersale & regium, quod ab omnibus oportet

a Si autem personam accipitis, peccatum operamini,

b redarguti à lege, quasi transgressores.

c Quicumque autem totam legem seruauerit, offendet autem in vno, factus est omnium reus.

d Qui enim dixit: Non mœchaberis:

e dixit & Non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

f Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. g Iudicium enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam.

h Superexaltat autem misericordia iudicium.

i Quid proderit fratres mei si fide quis dicat se habere, opera autem non habeat?

obseruari: Diliges proximū tuū sicut teipsum, etiā diuites diligis huius seculi: imò si sic eos per charitatem diligitis, in hoc bene facitis, mandatum dei implentes. a Si autē non secundum illius præcepti exigētiā agitis, sed secundū personarum acceptionē propter diuitias: peccatum operamini, b cōiuncti per legē quasi transgressores, cū hoc facitis quod illa prohibet. Et ne forsitan vobis blādia mini, parū esse in vno isto deficere, modò non peccetis in cæteris, c considerandum vobis est quòd quicumq; in vno aliquo peccato offendit in legem, vnica illa præuaricatione factus est omnium reus. Hoc est, ita præmio obseruātib; legem deputato priuatus & indignus, quasi nullum obseruasset ex omnibus legis præceptis. Idem enim est Deus, qui omnia & singula dedit præcepta legis, & simul omnium exigit, atq; singulorum obseruationē, ab iis qui mercedem vitæ quærent. d Idem est qui præcepit non mœchari, & non occidere: e propter quod si occideris, etiā si mœchatus nō fueris, transgressor es totius legis, quæ in vno est cōcatenata: ita vt quisquis præuaricatus fuerit partem aliquam legis, totam censeatur transgressus, nec statutum præmium merebitur accipere. f Sic vos loqui conuenit, & omnia agere tanq̄ qui per nouam euāgelij & veræ libertatis legem, & modò in conscientia, & in futuro sitis in publico iudicio iudicandi. g Iudicium enim damnationis sine misericordia saluante, aduersus illum proferetur, qui dum viuere, caruit erga miseros affectu misericordiæ, solos honorando diuites, pauperibus ob inopiam despectis. h In illis verò qui fecerūt misericordiam dum viuere, superuincit misericordia iudicium, longèq; superat, & præpōderat, vt secundum misericordiam saluetur, & nō per iudicij seueritatem condēnentur: quoniam & ipsi fecerunt misericordiā. i Profectò saluare nō potest quæquam, quòd de solo verbo fidelem iactitat, nisi eādem fidem

fidem operibus efficaciter comprobet. a Nunquid sola illa operibus vacua fides saluare poterit habetem? Nequaquam. quomodo enim necessitatem patientibus nihil profunt verba, nisi opere exhibeas charitatem. b Exempli gratia, si pauperibus Christianis sine victu, sine vestitu carētibus, dicat quis: Ite in pace, bene sit vobis, Caleficiatis & reficiamini, & habeatis quæ sunt necessaria nō exhibendo in opere, quod lingua dicitur. Ita etiam fides sola, nisi adsint opera, ad salutem prodesse non valet, & mortua reputatur atq; inualida. c Deniq; huiusmodi sola fide gloriantī, meritō dicere potest aliquis operum laudator. d Tu quidem fidem te habere dicis, cū non adsint opera. Ego autem opera habeo & ex ipsis quidem operibus ego tibi potens sum demonstrare etiam fidem meam. Tu autem cū opera non habeas, fidem tuam demonstrare nō potes. Neq; fidem tibi iactanti fides habebitur, nisi per opera, fidei tuæ probaueris testimoniū. Et profectō nihil est magnum mortua fide credere. e Nam tu credis, q̄ vnus est omnipotens Deus, rectē quidem credis: sed hoc tibi cum demonibus commune est, qui & ipsi non credunt modō, sed etiam timent ac tremunt eius potentiam. f Vis autem apertē ex scripturarum exemplis discere, o homo qui inaniter in mortua sola fide gloriaris, quōd insufficiens sit ad salutem, fides absq; operibus? g Abraham sumamus in exemplum qui non ex sola fide, sed ex ea simul cū operibus iustus predicatus est in scripturis, h in eo quōd prompta animi volūtate se dedit ad obediendum & opere implendum mandatū domini, vt immolaret filiū suum Isaac. Qui si vocem domini opere renuisset implere, nunquam ex mortua sua fide in scriptura iustus diceretur. i In hoc exemplo clarum est videre, quoniam fides simul cum operibus effecerūt, vt perfectē iustus nominaretur & esset. permaneretq; in finem. k Et hoc ipso quōd hic operibus iustificatus

a Nunquid poterit fides saluare eum?

b Si autem frater & soror nudi sint, & indigeāt victu quotidiano, Dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace. Calefacimini & saturamini, non deritis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?

c Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

d Sed dicit quis, tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuā sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

e Tu credis quōd vnus est deus? bene facis, & demones credunt & contemiscunt.

f Vis autem scire o homo inanis, quia fides sine operibus otiosa est?

g Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est?

h offerens Isaac filium super altare?

i Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est?

k Et suppleta est scriptura

ra, dicens: credidit Abraham deo: & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est.

a Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?

b Similiter & Rahab meretrix nonne ex operibus iustificata est?

c suscipiens nuntios, & alia via eiciens?

d Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, e ita fides sine operibus mortua est.

ratio attribuitur suppleta est scriptura illa prior, quæ videtur de sola fide mentionem facere, qua dicitur Abraham Deo credidisse, reputatumque fuisse illi ad iustitiam, ex hoc fuisse dei amicum appellatum. a Clarum itaque relinquitur, quoniam non iustificatur homo ex mortua sola fide sine operibus, sed ex fide cum operibus. b Quod etiam confirmat Rahab illa meretrix, quæ ex operibus tanquam iusta commendatur in scriptura, c in eo quod per fidem quam erga deum habebat exploratores à populo dei missos suscepit hospitio, & protexit benignè, ac dimisit per murum in propria. d Quemadmodum enim sine spiritu corpus non vivit, sed cadaver tantum est inutile: e Ita sola fides cui desunt opera, mortua est: quia vitam in se omnium virtutum charitatem non habet. Caritas enim opera habere debet, oblata occasione & temporis opportunitate aut excidit & perit, sine qua omnis alia virtus mortuum tantum cadaver est.

TEXT. CAP. III.

a Nolite plures magistri fieri fratres mei, b scientes quoniam maius iudicium sumitis.

c In multis enim offendimus omnes,

d Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.

e Potens etiam freno circumducere totum corpus.

ELUCIDATIO CAP. III.

N^a Olite fratres mei passim ad magisteria aspirare, neque docendi alios munus in tempestivè affectare: b scientes quoniam maius vobis ipsius iudicium superinducitis, si in tali gradu altitudinis minus rectè vixeritis. Res enim grandis est, doctorem esse in populo Dei, & quæ non cui libet passim conveniat, neque nisi à magnæ sanctitatis & perfectionis hominibus administrari dignè potest. c Primum enim nemo est omnium, etiam perfectorum, qui non frequenter labatur in plurimis. d Specialiter verò in verbo per linguam non offendere, tantæ est artis, & res tam difficilis, ut perfectum illum pronunciare audeam, cui contigerit ita linguam suam domitâ, frenatâque habere, ut nec in verbo quidem offendat aliquando. e Vt pote, qui domita lingua possit etiâ cætera corporis universa membra facile continentiarum freno coercere. Nam qui potuit quod est omnium difficili-

mum poterit etiam quæ sunt faciliora. Atque id
 experientia quoque in brutis videmus animan-
 tibus. a Quemadmodum equis, vt obedientes
 fiant suis sessoribus, frena mittuntur non nisi in
 os, atque ita totum deinde corpus pro suo arbi-
 trio circūagitant ceflores. Sic & homini qui ve-
 lit omnia corporis mēbra subiugata habere ra-
 tionis, prima cura esse debet vt os & linguam re-
 frenet. b Rursum videmus naues magnas &
 amplissimas, validis ventis agitatae, à guberna-
 culo (quod paruulum est totius nauis compara-
 tionē) circūferri & dirigi in cursibus suis, quo-
 cunque director impetum fecerit, & secun-
 dum quod ipse disponere, ac mouere volue-
 rit. c Ita & lingua paruulum quidem est quanti-
 tate membrum, sed magna iactat, & agit miran-
 da. d Iterum videre est, modicum & paruulum
 subinde igniculum totam aliquā incidere syl-
 uam, & maximam inflammare materiam. e Et
 huic igni meritò lingua comparatur, quæ vni-
 uersum iniquitatis incendium potens est exsu-
 uertere, f quæ constituitur inter reliqua homi-
 nis membra in corpore & maculare potest totū
 corpus. g propterea quòd ex ipsa soleant oriri
 omnis generis mala, & totū vitæ naturalis cur-
 sum inflammat, atque perire facit: ipsa à gehē-
 næ in habitatore demonio, aut pessima concu-
 piscentia prior inflammata, h Et quidem vni-
 uersæ penè species bestiarum, ferarum, & volu-
 crum, & serpentum, & ceterorum aquatiliū do-
 mantur, subiuganturque quotidie, atque e-
 tiam olim ex multo tempore domita extite-
 runt. i Linguam autem perpauci sunt qui do-
 mare queant. k Malum est petulans & inque-
 tum quod coerceri minimè valeat, plenum ve-
 neno detractōnis, blasphemix, & similibus,
 animum plus quàm mortifero. l Per ipsam nos
 benedicimus Deum, orantes & psallentes, &
 aliàs in ipsa maledicimus homines proximos
 nostros ad imaginem Dei creatos: m & per

a Si autē equis frena in
 ora mittimus, ad consen-
 tiendum nobis omne cor-
 pus illorū circūferimus.

b Et ecce naues cum ma-
 gna sint, & a ventis va-
 lidis mirentur, circūferū-
 tur autē à modico guber-
 naculo vbi impetus diri-
 gentis voluerit.

c Ita & lingua modicū
 quidem mēbrum est &
 magna exultat.

d Ecce quātus ignis quā
 magnam syluā incendit.

e Et lingua ignis est, vni-
 uersitas iniquitatis.

f Lingua constituitur in
 membrum nostrum, quæ ma-
 culat totum corpus,

g & inflammat rotam
 naturitatis nostræ inflam-
 mata à gehenna,

h Omnis enim natura
 bestiarum & volucrum
 & serpentum, & cetero-
 rum domantur, & domi-
 ta sūt à natura humana:

i Linguam autem nullus
 hominum domare potest.

k Inquietum malum ple-
 na veneno mortifero.

l In ipsa benedicimus de-
 um & patrem & in ip-
 sa maledicimus homines,
 qui ad imaginem & si-
 militudinē dei facti sunt.

m Ex ipso ore procedit
 benedictio & maledictio.

a Nō oportet fratres mei
hęc ita fieri.

b Nunquid fons de eo-
dē foramine emanat dul-
cem & amarā aquam?

c Nunquid potest fra-
tres mei, ficus uvas facere
aut vitis ficus?

d Sic neque salsa dulcem
potest facere aquam.

e Quis sapiens & disci-
plinatus inter vos? osten-
dat ex bona conuersatio-
ne operationem suam
f in mansuetudine sapiē-
tiæ.

g Quōd si zelum amarū
habetis, & contentiones
sunt in cordibus vestris:

h nolite gloriari & men-
daces esse aduersus verita-
tem.

i Non est enim ista sa-
pientia de sursum descen-
dens à patre luminum,
k sed terrena animalis
diabolica:

l Vbi enim zelus & con-
tentio, ibi inconstantia, &
omne opus prauum
m Quæ autem de sursum
est sapientia primum qui-
dem pu dica est,

os hominis procedit nunc benedictio, nunc ma-
ledictum atque conuictum, a quod nequaquam
licet aut congruum est. b Quemadmodum e-
nim impossibile est, ut idem fons ex eodem fo-
ramine emittat dulcem aquam, simul & amarā.
(Nam ubi cœperint commiseri, tota erit ama-
ia) sic non debet simul ex eodem ore & bene-
dictio & maledictio procedere. Nā maledictio,
sua amaritudine etiam benedictionē inficit, &
insipidam ingratamq; reddit. c Neq; ficus ali-
quando uvas gignit, neq; vitis ficus, & non nisi
vnius speciei fructus singulæ producunt arborum
species. d Nullus item fons falsus, aquam
dulcem emittit. Ita etiam per os non debet nisi
naturalis bonus fructus, hoc est, non nisi bene-
dictio & sermo bonus procedere. e Si quis in-
ter vos est aut haberi vult sapiens & scientia ac
iudicio valēs, non statim aspiret ad cathedram:
sed ostendat primū atq; cōprobet ex bona cō-
uersatione, quid habeat virtutis in operādo ea,
quæ se scire existimat aut profitetur. f Idque
præcipuē in mansuetudine & lenitate, quæ verę
sapientiæ efficacius est indicium. g Si autem ama-
rum inuidiæ zelum habetis erga inuicē, aut
superbam & maliuolam æmulationem in cor-
dibus vestris pro honorum & cathedrarū, asse-
cutione. h nolite falso gloriari in vobis ipsis &
mendaces esse aduersus veritatē, falso iactantes
vestram sapientiam, aut vanē præsumentes de
vestra scientia. i Non enim est hæc vera cæle-
stis sapientia, quæ à Deo per donationem spiri-
tus sancti infusa est, k sed mundana sensualis,
& diabolica: quoniam ea quæ mundi sunt quaerit
& quæ sensualis affectus, & ea quæ dæmonis
instinctus suadent, scētatur. l Quisquis enim
zelum malum, aut ambitiosam, rixosamq; con-
tentionem habet in corde, hunc consequitur in
nullo bono firmum esse, & ad omne opus ma-
lum esse propensum: quoniam ex his pullulare
solent vniuersa mala. m Cælestis autē & verē

spiritualis sapientia, ante omnia pura, casta, siue pudica est, ab omni immundicia mentē præferuans. a Est etiam pacem diligens, tã in se quã in aliis, & contendere nescia, modesta, minimèque seuera, facile suadibilibus minimèq; pertinax & bonis suasionibus facilè consentiens, b plena misericordiæ affectionibus & operationibus bonis abundanter intenta, c synceriter absque affectione & simulatione omnia iudicans, & in bonam partem cuncta simpliciter (quantum fieri potest) referens. d Fructus autem & merces æterna rectæ operationis seminatur modo atq; comparatur in pace, hoc est, pacificè cõuersando erga omnes, non contentionibus (vt quidam existimant) agendo omnia.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

Da Icite verò mihi, Vnde lites & pugnae (siue verborum, siue verberum) in vobis, nisi ex carnalibus cõcupiscētis, quas in mēbris finitis regnare, non subiugatas rationis imperio? Ecce ad oculum depingam vobis, quomodo ex concupiscētis vestris oriantur lites & iurgia. b Primum enim, propter carnis affectum infatigabilem, concupiscitis superflua quæ non habetis. c Atque inde odio affici incipitis & inuidere iis, qui habent quæ vos cõcupiscitis & non habetis, neq; sic tamen potestis adipisci. d Deinde iniustas lites, cõtentiones, pugnatq; & priuatim rixosas, & publicè iudicarias atq; forēses, suscitatis aduersus inuicem. Quod si in māsuetudine quæ vobis desunt postularetis à domino, acciperetis vtique quæ essent necessaria.

a Nunc autem non habetis, quia à Deo omnium largitore non petitis, sed per iustitiam vultis vestræ auaritiæ satisfacere. f Atq; etiã si sint qui petant à domino, non merentur tamen accipere: eo quod malè petant, non ad satisfaciendum naturali necessitati, g sed ad impendendū carnalibus desideris, eisque satisfaciendum in voluptatibus. d O homines adulteri, qui à Deo

a deinde pacifica, modesta suadibilibus, bonis consentiens,

b plena misericordia & fructibus bonis,

c iudicans sine simulatione.

d Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

TEXT. CAP. IIII.

a Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscētis vestris quæ militant in membris vestris?

b Concupiscitis, & non habetis:

c Occiditis & zelatis, & non potestis adipisci:

d litigatis & belligeratis, & non habetis,

e propterea quod nõ postulatis.

f Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis,

g vt in concupiscētis vestris insumatis.

h Adulteri nescitis quia

amicitia huius mundi, ini-
mica est deo?

a *Quicumque ergo volue-
rit amicus esse seculi huius
inimicus dei constituitur.*

b *An putatis quia ina-
niter scriptura dicit:*

e *Ad inuidiam concupi-
scit spiritus qui habitat in
vobis?*

d *Maiorem autem dat
gratiam.*

e *Propter quod dicit: De-
superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam.*

f *Subditi ergo estote deo,
resistite autem diabolo, &
fugiet a vobis.*

g *Appropinquate deo,
& appropinquabit vo-
bis.*

h *Emundate manus pecc-
catores: & purificate cor-
da vestra duplices animo.*

i *Miseri estote, & luge-
te, & plorate:*

k *risus vester in luctum
conuertatur, & gaudium
in moerorem.*

separatis & mundo & carni sociamini, quare nõ
aduertitis amicitiam huius mundi eorumque
quæ sunt in mundo temporalem amorem, Deo
esse detestabilem? a Itaque dico vobis quod
verum est, quoniam quisquis mundi amator ef-
se vult & mundanis hominibus querit placere,
inimicus Dei hoc ipso efficitur, quoniã cõtraria
sunt mundus & deus. b An putatis in scripturis
sine causã toties interdictã esse mundi amicitia,
& toties cõuersationẽ cũ iniquis frustra dãnatã.
c An putatis spiritum sanctũ qui in vobis in-
habitat fidelibus, propter inuidiã mundi huius
& mundanorum hominũ aspernari & inhibere
confortia? d Non ita sanẽ quod inuidus sit aut
male zelator, sed vt maiore det gratiam iis qui
se ab hoc seculo puros & a mundanorũ confor-
tio immaculatos, custodierint. e Vnde in scri-
ptura dicitur. De u: superbis huius mundi homi-
nibus gratiæ suæ dona negat, humilibus autem
(qui seculi fastum fugiunt) eadem donat copio-
sius. f Estote ergo subiecti deo in perfecta cor-
dis humilitate, & diabolo vos opponite, nihil il-
li consentientes, sed detestantes prauum omne
quod suggerit, & non habebit locum in vobis,
neque nocementi quicquã in inferre poterit.
g Curate autem ad deum per humilitatem pro-
pius vos adiungere, & ipse in auxilium & gra-
tiam & protectionem appropinquabit vobis.
h Emundate manus vestras abiicientes opera
mala, vos qui in peccatis vixistis, & corda vestra
ab omni macula peccati interioris munda faci-
te qui duplices fuistis animo, secundum speciem
quidem Deo, secundum veritatem tamen ma-
gna ex parte diabolo, aut mundo, aut carni pro-
prie hætenus seruietes. i Agite pœnitentiã,
vt præscribam vobis, volũtarius miseris propter
peccata præterita, vos ipsos affligite. k In tri-
stitia viuite, lachrymas fundite, pro risu dissolu-
tione modò luctũ & fletum assumite, & pro pe-
tulãti & vano gaudio, sanctum pro peccatis do-

lorem. a Humiliate ante Deum corda vestra, & prosternite vosmetipsos pedibus eius, & ipse misertus vestri exaltabit vos peccatis omnibus dimissis gratia sua ditatos, & æternæ vitæ hæres institutos. b Cauete autem fratres charissimi, ne vobis inuicem detrahatis alter alteri. c Qui enim fratri suo detrahit, aut fratrem suū iudicat bene cōuersantem iuxta legem, propter inuidiam, tantūm ex odio cupiens fratrem calumniari, in legem videtur ille peccare, sic iudicans aut detrahens, cūm fratrem omnia legis rectē seruātem, adhuc vituperat. d Quo ipso, in legem vel insufficientem vel malam videtur asserere, atque ita legem iudicare, & legi detrahere. e Porro qui iudicat legem cōtrauenit legi. Atq; is (cūm obseruator esse deberet ac subditus) iudicem tamen se potius exhibet. f Vnus est enim qui tulit legem & iniunxit hominibus obseruandam, cuius eiusdem officium est secundū eā homines iudicare, g qui potestatem habet secundum suum iudiciū, & perendi transgressores & saluandi innocētes obseruatoresq; præmiandi. h Ad te autē o homo mortalis nō spectat nec tibi licitum est, ante tēpus iudicare proximum tuum. i Quā verò ridiculi sunt quibus est consuetudo tā determinatē & assertiuē de futuris loquendi, quasi eorum sit potestate sita tempore, dicentes: k Hodie aut cras proficissemur huc aut illuc, & illic permanebimus annū vnū, & negotiationes exercebimus, & lucrū faciemus. Cū ignorēt, quid vel crastino die de ipsis actur⁹ sit dominus. l Verē enim nimia breuitas est vitæ vestrę & incertitudo maxima (quē admodū de vapore est, q ad modicū tēpus apparet, & statim resoluitur vt nō vltra appareat) vt meritō eius cōsideratione debeamus cuncta quę de futuris dissonim⁹ diuinę dispositioni submittere, vt dicam⁹: m Faciem⁹ hoc aut illud, si diuinæ volūtatī ita fuerit placitū, & si vitā nobis seruabit deus, aut per similitē aliquā di-

a Humiliamini in conspectu domini, & exaltabit vos.

b Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

c Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi,

d & iudicat legem.

e Si autē iudicat legem, non est factor legis, sed iudex.

f Vnus est enim legislator & iudex,

g qui potest perdere & liberare.

h Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum?

i Ecce nunc qui dicitis:

k Hodie aut crastino ibimus in illā ciuitatem, & faciemus ibi quidē annū, & mercabimur, & lucrū faciemus, qui ignoratis quid erit in crastino.

l Quæ est enim vīta vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis:

m Si dominus voluerit, & si vixerim⁹, faciemus hoc vel illud.

a Nunc autem exultatis
in superbus vestris.

b Omnis exultatio talis,
maligna est.

c Scienti igitur bonum
facere, & nō facienti, pec-
catum est illi.

TEXT. CAP. V.

a Agite nūc diuites plo-
rate ululantes in miseris
vestris quæ aduenient vo-
bis.

b Diuitiæ vestrae putrefa-
ctæ sunt,

c & vestimenta vestra
à tineis comesta sunt.

d Aurum & argētum
vestrum eruginauit,

e & ærugo eorum in testi-
monium vobis erit,

f & manducabit carnes
vestras sicut ignis

g Theaurizastis vobis iram
in nouissimis diebus.

h Ecce merces operario-
rum qui messuerunt re-
giones vestras, quæ frau-
data est à vobis, clamat:

i & clamor eorum in au-
res domini sabaoth introi-
uit.

k Epulati estis super ter-
ram, & in luxuriis enu-
tristis corda vestra.

uine prouidentiaē expressiuā particulā. a Nūc
autem in gloriamini in pomposis vestris sermoni-
bus, sic loquentes quasi qui singula vitæ vestrae
momenta, & omnium veterorum dispositionem
in manu habeatis. b Omnis talis superba ia-
ctabundāq; exultatio, à malo est, & superbiam
sapit: Verè enim humilis, diuinæ prouidentiaē
sua submittit omnia. c Itaq; scienti bonū, quod
facere oportet, & non facienti. hoc in peccatum
reputabitur, quòd id quod faciendum nouit, fa-
cere omisit.

ELUCIDATIO CAP. V.

T^a Andem ad vos sermonem vertens ò mū-
di diuites & potentes, denuntio vobis fle-
tum & ululatum super miseris quæ vos ma-
nent, nisi per pœnitentiam Deum iudicem pla-
caueritis. b Ecce vestrae diuitiæ quas coacerua-
stis per auaritiam in horreis, præ abundantia pu-
trefactæ sunt, vt nullo vsui sint aptæ, quas debue-
ratis in pauperum sustentationem, ex Dei præ-
cepto, erogare. c Vestimenta quæ vobis per su-
perbiam & curiositatē preparastis plurima, pro-
pter abundantiam, à tineis comesta sunt paupe-
ribus nudis, & in egestate relictis. d Aurum ve-
strum & argētum quod immodicè compegistis
ærugine corosum est, e & ærugo eorū erit vo-
bis velut testis ad cōdemnationem vestrā, f &
igni æterno vos reddet obnoxios, quoniam ea
maluistis ærugine frustra consumi, quàm in mi-
sericordiæ opera expendi vtiliter, g Thesau-
rizando comparastis vobis iram Dei in nouis-
simo examinis die quæ tunc super vos reue-
labitur. h Ecce vindictam exposcet apud Deū
merces detenta operariorum vestrorū, qui ma-
ximos vestros agros, & amplissima prædia co-
luerunt, quam per auaritiam detinuistis & im-
minuistis: i & dominus Deus exercitū exau-
diuit voces pauperum clamantium ad se, propter
sibi factam iniustitiam, facturus vindictam acer-
rimam suo tempore. k In voluptatibus vitam

duxistis super terram & in lasciuuis & petulantis luxuriæ enutristis viscera vestra, per omnia carnis curam diligentissimè perficere curantes. a In die quando immolandæ vobis erant propter solennitatem Paschæ legales victimæ iustum Iesum & innocentem vos Iudæi victum adduxistis morti, & mortis reum condemnastis, ac denique iniustè occidistis, nihil illo vobis resistere. Ecce qui nunc similia patimini per iustitiam potentem Christum dominum habetis eiusdem rei exemplum. b Itaq; hoc exemplo animati moneo, vt patientes sitis, vsq; ad aduentum domini quando & illorū nequitia vindictam, & vestra patientia recipiet coronam. c Ab agricola discite patientiam, qui postquam seminis in terram iacti fecit dispendium, patienter fructum terræ pretiosum (quē suo tempore ex semine illa est p̄ductura) expectat nihil murmurans si non statim iacto semine prodeat fructus: d sed patienter sustinet, donec in futuro accipiat fructum duplicem, priorem quidem, & qui adicitur posteriorem. e Sic & vos qui modo in lachrymis seminastis, patientes estote & perseuerantes, vos ipsos per patientiā confirmātes, f quoniā in proximo est & non tardabit qui copiosissimè remuneraturus est vobis. g Nolite fratres cum ab aliis oppressi persecutionē sustinetis, aduersus inuicem, ex odio aut vindictæ amore aut murmuratione ingemiscere, h vt non fructum patientiæ perdentes, etiā condēnationis æternæ iudicio efficiamini obnoxij. i Ecce qui iudicabit adest vbiq; videns omnia, vt eum latere nihil possit, & in proximo est vt coronet, quos comprobatos conspexerit. k Sint vobis pro exemplo Prophetarum affectiones, etiam vsq; ad ignominiosæ mortis exitū, vna ex parte: & contra hæc illorū longuanimis patientia qui tamen tam insigni erant sanctitate, vt etiam per spiritum domini futura prædicerent. l Scitis quod beati prædicantur, & memoria æ-

a In die occisionis adduxistis & occidistis iustū, & non resistit vobis.

b Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentū domini.

c Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ,

d patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ferotinum.

e Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra,

f quoniam aduentus domini appropinquabit.

g Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, h vt non iudicemini,

i Ecce iudex ante ianuā assisit.

k Exemplū accipite fratres, exitus mali laboris & patientiæ, prophetas qui loquuti sunt in nomine domini.

l Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.

a Sufferentiam Iob audisti,

b & sine domini vidisti,

c quonia misericors dominus est, & miserator.

d Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare neque per calum, neque per terram, neque aliud quodcumque iuramentum.

e Sit autem sermo vester, est, est: non, non: ut non sub iudicio decidatis.

f Tristatur autem aliquis vestrum? oret aequo animo, & psallat.

g Infirmatur quis in vobis? inducat presbiteros ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini.

h Et oratio fidei saluabit infirmum,

i Et alleuiabit eum dominus:

k Et si in peccatis sit remittentur ei.

l Confitemini ergo alterutrum peccata vestra,

m & orate pro inuicem ut saluemini.

n Multum enim valet deprecatio iusti assidua

o Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex,

p & rursum orauit, & calum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

terna commendati facti sunt. quos probauit patientia. a Nemo vestrum est, qui non audierit de insigni illa patientia beati viri Iob. b Cognito scitis similiter, quo sine dominus eius patientiam remunerauerit, etiam in presenti vita reddens ei dupla omnia: c quonia natura misericors est, & misereri semper solitus deus noster. d Diligentissime autem abstinete ab omni iuramento malo, ut non iuretis neque per caelum, neque per terram, neque alio quocumque superfluo iuramento, e Sit autem sermo vester simplici affirmatione, aut simplici negatione enuntiatus, absque iuramenti adiectione: ut non ex iuramento superfluo vsu iudicium incurrais, f Si quis vestrum tristitia aut grauitate spiritus vexatur, oratione & Psalmodia studeat illam depellere, ut non immoretur in eius animo, nec ad impatienciam deueniat. g Si quis est corpore grauior & cum periculo infirmus curet adduci presbiteros ecclesiae, qui super eum & pro eo orationem facientes, ungent eum oleo sancto & consecrato sanctae vntionis, cum inuocatione nominis domini. h Et oratio illa communis fidelium, per virtutem fidei tam in ungentibus ad conferendum, quam in uncto ad deuote suscipiendum existentis, saluum faciet infirmum, i Ita ut melius habeat, aut etiam in totum conualescat, iuxta quod expedire nouerit Deus. k Et si in peccatis existat, per fidei & sacramenti & orationis virtutem, dimittentur ei. l Denique confitemini peccata vestra erga inuicem: maiora quidem sacerdotibus solis, minora etiam proximis familiaribus: m & orate pro inuicem, ut pariter eandem salutem omnes consequamini. n Multum enim potens & valida est oratio iusti, si fuerit assidua, & efficaciter effusa. o Idem Helias apertissime patet, qui oratione sua caelum continuit, ut non daret pluuiam super terram, & non fuit pluuiam vlla per totum trium annorum spatium & sex menses. p Iterumque oratio obtinuit, ut descenderet super terram pluuiam, & dedit terra irriga-

ta (vt solebat) fructum suum. a Fratres mei, si quis vestrum errauerit à via veritatis, siue rectū fidei dogma deserēs, siue etiam vitæ ac morum rectitudinem: qui illum ab errore ad rectum iter reducerit, b sciat ille, quòd quisquis peccatorem ab errore in quo viuebat quomocunque conuerti fecerit, saluabit & eius & suam ipsius animam à morte æterna. c plurima quoque per tantum misericordiæ opus peccata delet coram domino, tam eius quem conuertit quàm propria quibus erat fortè venialiter maculatus.

a *Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate & conuerterit quis cum,*

b *scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sua, saluabit animam ei⁹ à morte.*
c *Et operit multitudinē peccatorum.*

FINIS.

Finis Elucidationis in epistolam canonicam beati Iacobi apostoli.

✠ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epist. Canonicam priorem beati Petri Apostoli.

S Imon Petrus, dispersis per diuersa loca fidelibus, sui pastoralis memor officij, hanc scribit exhortationibus & bonis instructionibus plenam Epistolā. In cuius principio, regeneratoris nostri dei misericordiam benedicens quæ à nobis per Christum sperantur futura bona commemorans: monet propter horum expectationē, in tribulationibus (quæ ad exercitium & probationē fidei à deo, electis aduenire permittuntur) esse patiētes: eorum in hoc fidem collaudans, quòd in eum quem non vidissent crederent, per quem fidem, dicit eos peruenturos ad verā salutem, de qua & olim à diebus antiquis prædixerūt prophetæ, nō quidē sibi, nec suo tēpore implenda, sed pro tēpore isto gratiæ, in quo nos sumus nouæ legis Christi fideles. Propter quod, tanta accepta gratia, monet eos succinctos lumbis mentis, secundum spem & vocationem suam dignè & sanctè in omni conuersatione viuere, quomodo sanctus est qui vocauit nos Deus: qui cū sine personarum acceptione iudicet de omnibus, meritò nos oportet de nostra bona conuersatione esse sollicitos: scientes quantò nos pretio agnus Dei immaculatus redemerit ad vitam: Conscientias nostras castificando ac puras faciendo, potissimum charitate, tanquam qui spiritali generatione per semen verbi

ARG. IN EPIST. CANONIC. I.

Dei sumus regenerati, quam sanè regenerationem spiritualem sancta decet spiritualis conuersatio. Propter quod, secundi capituli initio, tanquam paruulos in Christo regeneratos, omni malitia & dolo abiectis, salutaris doctrinæ lac monet concipiscere, & Christi dulcedinem gustare ei que tanquam lapidi uiuo per fidem associari, in spiritualis ædificij hoc est, ecclesiæ sanctæ cõpositione: De quo lapide cõsequenter narrat quemadmodum à quibusdam sit repulsus eisq; petra offensionis factus, aliis autem credentibus factus fuerit in honorem: ita ut propter fidem eius, & regale sacerdotiũ, & gēs sancta nominentur. populus quoque mirabiliter acquisitus, ad laudem gloriæ Dei. Hortatur autem omnes, quasi aduenas in hoc seculo, à carnis cõcupiscentiis abstinere, & inter gētes bene prudentēq; conuersari, ut omnem auferat eis occasione bonum nomen Christi maledicendi, omnibus hominibus iubēs eos esse subditos, præcipuè secularibus potestatibus, eo quòd sic sit voluntas & ordinatio Dei, à quo est omnis potestas, nec prætextu libertatis Christianæ aliud agant, quàm debent. Seruos autē peculiariter, ad obedientiam dominis etiam difficilibus & morosis præstandam, instituit: in hoc dicens esse Christianæ perfectionis gratiam, si quis etiam sine causa ferat patienter, que non cõmeruit, Christi domini ad hoc exemplũ inducens, qui sine omni suo demerito peccata nostra ipse pertulit in ligno. Cuius exēplum, postquã ad ipsum conuersi sumus pastorem nostrum & episcopum, omnimodis nos cõgruit imitari. Dehinc tertio capitulo mulieres instituit, docēs eas uiris esse debere subditas & in timore erga viros sanctè conuersari: ornatũq; superfluum & curiosum exteriori hominis interdicens, verum ornatum qui est in interiori homine, in spiritu pacato, modesto, & humili, manifestat: exēplum Saræ, quæ Abraham ut domino obediuit, eis tãquam bonis filiabus proponens. Viros autem docet suis vxoribus tanquam vasculis infirmioribus secundũ discretionem conti, eisq; pro sua infirmitate deferre, non quasi scortis abuti, aut quasi ancillas contemnere. Post quod, ad generalem exhortatione trãiens, omnes ad fidem vnanimitatem, fraternum amorē, & cæterarũ virtutum studia, adhortatur: præcipuè autem ad patientiam exhibendã, ne malum reddant pro malo, sed in omnibus à malo declinãtes, sectentur quæ bona sunt: & ne præter Christum dominum quenquã metuant, aut ab vlla potestate terreantur, postquam virtutis æmulatores se exhibuerint: parati semper ad rationabilem responsonem, iis qui de sua fide & spe eos interrogauerint, ut sic tam exēplo quàm verbo possint & alios lucrifacere. Bonũ autē esse pro iustitia pati, Christi exēplo declarat qui pro nobis iniustus, iustus ipse mori voluit. Quiquidē Christus, nõ solum nũc de nostra liberatione est sollicitus, pro nostra salute veniēs in carne

visibiliter, sed etiam olim sollicitus fuit pro conuersione hominum, in diebus Noe: quando spiritu veniens, per sanctos viros sancto spiritu inspiratos, excaecatos illius temporis homines, ad poenitentiam reuocare satagebat vbi occasione Noe de arca loquens, ipsam euasione[m] per arcam cum baptismali regeneratione, taquam figuram cum figurato, comparat. Quarto autem capitulo, omnes mouet fideles, recogitatione ex epl[istola] huius quod in Christo precessit, contra omnes malas concupiscentias carnis armari, & solius dei voluntati de cetero obtemperare. Iterumque ad orationis & charitatis ceterarumque virtutum studia, eos adhortatur, & peculiariter ad administrandum acceptas gratias in inuicem. Deinde eos praemonet, ne eis mirum & nouum videatur, quod pro veritate persecutionem patiantur: sed magis gloriae sibi ducant, pro iustitia & Christi nomine, sine causa mala pati. Ultimo deinde capitulo, presbyteros & praepositos monet sacerdotes, gregi sibi credito fideliter intendere, eisque se formam & exemplum exhibere, ex animo propter Deum: Adulescentes senioribus subesse. Omnes vero erga inuicem humilitatem demonstrare. Sub potentia quoque manu Dei, ut exaltentur venturo tempore, nunc eos docet humiliari omni sollicitudine in deum proiecta sobrios quoque ac vigilantes, contra aduersariorum astutiam, importunitatem & crudelitatem. Tandem pro eorum consummatione Deum deprecatus, familiaribus salutationibus appositis, ita claudit Epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLAM
canonicam priorem beati Petri Apostoli.

ELUCIDATIO IN EPI-TEXTVS EPI-
STOLAM CANONICAM STOLAE CANONI-
piorē beati Petri apo. cae prioris beati Petri
apostoli.

ELUCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.



^a Petrus Apostolus Iesu Christi, scribit salutemque dicit fidelibus electis a Deo, ^b qui propter dispersionem ex persecutionis rabie quasi aduenae & peregrini agunt apud Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam atque Bithyniam: ^c electis, inquam, secundum Dei patris aeternam praescientiam, ^d in sanctificatione spiritus, quae est iustificatio ex fi-

^a Petrus apostolus Iesu Christi, electis, ^b aduenis dispersionis Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia, ^c secundum praescientiam dei patris, ^d in sanctificationem spiritus,

a in obedientiam & as-
 persionem sanguinis Iesu
 Christi:
b Gratia vobis & pax
 multiplicetur.
c Benedictus deus & pa-
 ter domini nostri Iesu
 Christi,
d qui secundum miseri-
 cordiam suam magnam
 regenerauit nos in spem
 viuam,
e per resurrectionem Ie-
 su Christi ex mortuis,
f in hereditatem incorru-
 ptibilem, & incontami-
 natam, & immarcescibi-
 lem,
g conseruatam in calis, in
 vobis,
h qui in virtute dei cus-
 todimini per fidem in sa-
 lutem paratam reuelari
 in tempore nouissimo:
i In quo exultabitis, mo-
 dicum nunc si oportet cō-
 tristari in variis tentatio-
 nibus,
k vt probatio vestrae fi-
 dei multo preciosior sit au-
 ro quod per ignem proba-
 tur,
l inueniatur in laudē &
 gloriā & honorem in re-
 uelationem Iesu Christi:
 in quem cū non videritis
 diligitis, in quē nunc quo-
 que non vidētes, creditis:
 nō credentes autem exul-
 tabitur letitia inenarrabi-
 li & glorificata,

de: a ad obediendum fidei, & participandum de
 virtute & efficacia sanguinis Iesu Christi, quo
 aspersi sunt omnes fideles. b Gratia vobis &
 vax vera, à Deo copiosa donetur, & crescat de
 die in diem. c Benedictus sit deus qui est pater
 domini nostri Iesu Christi, d qui non secundū
 nostrorum operum merita, sed secundum mag-
 nam misericordiam suam renasci nos fecit ge-
 neratione spiritali (quæ est secūda hominis na-
 tiuitas) in spem vitæ æternæ: e per resurrectio-
 nem à mortuis Iesu Christi: f vt suo tempore
 accipiamus illam æternæ vitæ hereditatē, quæ
 est incorruptibilis atq; indeficiēs nulla imperfe-
 ctione aut defectu contaminata, & in eodē sem-
 per flore gratissima permanēs, g quæ suo tem-
 pore reddenda seruat in cælis, erga vos, & pro
 vobis omnibus h quos nunc virtus spiritus san-
 cti custodit per fidē, vt sitis apti & digni ad reci-
 piendam salutem illam, quæ credentes manet,
 reuelanda in nouissimo die. i Ob quā rē, & in
 qua re exultare & gaudere plurimum debetis:
 etiā si nunc in hoc tempore multa occurrēt ad-
 uersa, & tentationes plurimæ, quæ tristitiā adfe-
 runt corpori: quæ non nisi modicum aliquid vi-
 deri possunt si ad illius futuræ gloriæ retribu-
 tionē, mens nostra cōspiciat. k Hoc enim deo
 sic disponēte permittitur, vt fides vestra sic per
 patientiā probata fiat præclarior, quomodo aurū
 igne examinatū probatius habetur: l & sic
 probata ac preciosa inueniatur, tam Deo quam
 vobis, ad laudem, gloriā, & honorem, in die
 quando reuelabitur iustus ille iudex Christus
 Iesus. m Quē vos tæcti nō videritis corporeis
 oculis, diligitis, tamen, quæ admodum & creditis
 in eū, tamen corporeis oculis nunc eum nō vi-
 deatis, assumptū in cælos, atq; ex vobis plurimi
 nunquā illū corporis visu conspexerint. n Qui
 autem nūc sic in eū quē non videtis creditis, per
 fidem hanc perducemini ad exultationē & læ-
 titiam futuram, ineffabilem, & plenissimē glo-

riosam, a recipientes finalē retributionē & fru-
 ctum vltimum fidei vestrae, in qua hic ambula-
 stis, salutem animarum vestrarum: id est, vitam
 in Deo sempiternam. b De qua salute diligen-
 ter exquirentes, perscrutati sunt priores patres
 atq; Prophetæ, c qui multò ante de hac gra-
 tia nouæ legis (quæ tūc adhuc futura erat) præ-
 dixerant: d diligenter considerantes in quod
 tempus ista respicerent, & quando essent implē-
 da, quæ significabat aliquando implenda spiri-
 tus sanctus, e prænuntians & multò ante præ-
 dicēs passiones Christi, quas pro humani gene-
 ris salute erat passurus, & subsequituram post-
 hac perfectam gloriā qua à patre erat post pas-
 siones sublimandus. f Reuelatum est autē eis
 (spiritus sancto eodem docente) quoniam non
 sibi metipsis ista prænuntiarent, hoc est quod
 non pro suo tempore ista dicerent, g sed pos-
 terioribus generationibus (hoc est, vobis qui
 nunc estis in mundo) prophetabant & prænu-
 tiabant tunc ea quasi ventura quæ nunc & præ-
 terita & impleta nuntiata sunt vobis, h per eos
 qui spiritu sancto de cælo post Christi ascē-
 sionem missi & in se accepto, Euangelizauerunt
 vobis sancti Euangelij verbum, hoc est per
 Apostolos Christi. i In quæ admiranda il-
 la vobis euangelizata, aut in quem Christum,
 angeli summa oblectatione indefessè prospici-
 unt, quibus satietas est, & beatitudo il-
 lam contueri Christi gloriā, quā vobis nos
 prædicauimus. k Tales igitur habentes pro-
 missiones, talibusque propositis præmiis men-
 tem & omnes animæ vires ab omni impedi-
 mento & superfluitate vanitatum præcingen-
 tes, l sobriè quoque omnibus quæ in hac vi-
 ta sunt vtentes non nisi quantum ad necessita-
 tem attinet, & omnimodis perfecti iuxta gra-
 tiam Dei, m sperando acceptare gratiam i-
 stam quæ vobis vltro offertur, dum per Apo-
 stolorum prædicationem vobis Christus Iesus

*a reportant-s finem fidei
 vestrae, salutem animarū
 vestrarum.*

*b de qua salute exquise-
 rūt atq; scrutati sunt pro-
 phetæ,*

*c qui de futura in vobis
 gratia prophetauerunt:*

*d scrutantes in quod vel
 quale tempus significaret
 in eis spiritum Christi,*

*e prænuntians eas quæ in
 Christo sunt passiones, &
 posteriores glorias:*

*f quibus reuelatum est
 quia non sibi metipsis,*

*g vobis autem ministra-
 bant ea quæ nunc nūtiata
 sunt vobis*

*h per eos qui euangeli-
 zauerunt vobis, spiritu
 sancto missi de cælo,*

*i in quem desiderant an-
 geli prospicere.*

*k Propter quod succincti
 lumbos mentis vestrae,*

l sobrii, perfecti

*m sperate in eam quæ of-
 fertur vobis gratia in re-
 uelationem Iesu Christi:*

a quasi filij obedientie, nō
 cōfigurati prioribus igno-
 rantia vestra desideris:
b sed secundum eum qui
 vocauit vos, Sanctum: vt
 & ipsi in omni cōuersa-
 tione sancti sitis:
c quoniam scriptum est:
 Sancti estote, quoniā ego
 sanctus sum.
d Et si patre inuocatis eū
 qui sine acceptione perso-
 narum iudicat, secundum
 vniuscuiusque opus:
e in timore incolatus vest-
 stri tempore cōuersamini.
f Scientes quodd nō corru-
 ptilibus auro vel argen-
 to redempti estis de vana
 vestra cōuersatione pa-
 terna traditionis:
g sed pretioso sanguine,
 quasi agni immaculati
 Christi & incōtaminati,
h præcogniti quidē ante
 mundi constitutionem:
i manifestati autem no-
 uissimis temporibus
k propter vos qui per ip-
 sum fideles estis in deo,
l qui suscitauit eū a mor-
 tuis, & dedit illi gloriā,
 vt fides vestra & spes es-
 set in deo:
m animas vestras castifi-
 cantes in obedientia chari-
 tatis, in fraternitatis a-
 more simplici, ex corde
 inuicem diligite attentius:

manifestatur, tanquam filij bene obedientes,
 a non amplius priora illa carnis desideria, qui-
 bus in infidelitate vestra seruibatis insequen-
 tes: b sed ita conuersantes ad exemplum Chri-
 sti, vt quē admodum ipse qui vos vocauit Deus
 factus est, ita & vos sancti sitis in omni conuer-
 satione vestra: c quemadmodum in veteri lege
 filij Israel scriptum fuit: Sancti estote, quoniam
 ego sanctus sum. d Et si creditis Deum quem
 vt patrem adoratis & inuocatis, talem esse qui
 sine personarum acceptione vnumquemq; iudi-
 cabit secundum opera sua, e merito vtq; in o-
 mni timore & circūspeditione conuersandū v-
 obis erit hoc tempore peregrinationis vestræ, do-
 nec huius mundi incolæ eritis. Illud semper an-
 te oculos habētes, f quōd nō corruptibili pretio,
 vt pote auro vel argento vel alio quouis lapi-
 de pretioso, liberati estis & redempti à vestra
 mala cōuersatione, in qua vos instituerant ido-
 lolatræ & inobediētes patres vestri, g sed pretio
 sanguinis agni illius immaculati & incontami-
 nati Christi domini nostri, h quem ab æter-
 no quidem ante mundi conditionem, pater, ad
 humani generis redemptionē, suo tempore mit-
 tendum præordinauerat, i sed nunc primū
 veniente plenitudine temporis, circiter finem
 mundi, manifestum fecit: carne eum humana vi-
 sibilem, & per Apostolorum prædicationem toti
 orbi cognitū faciens. k Manifestum, inquā,
 sic fecit propter saluādos vos qui per ipsum cre-
 ditis in deum, vt pote per filium factum visibilē,
 in patrem inuisibilem manentem. l qui pater
 eum suscitauit à mortuis, & glorificauit, atque
 exaltauit ad dexteram suam vt crederetis atq;
 speraretis in eum, non vt in purum hominē, sed
 verūctiam deum, suo patri per omnia æqualem.
 m Sitis quoque purificantes animas vestras ab
 omni malitia & amaritudine, per obedientiam
 charitatis fraternæ, subiecti inuicem in timore
 dei: & in amore fraterno, ex simplicitate cordis
 vestri,

vestri, frequenter vt potestis diligite inuicem.
 a nati denuo spiritali regeneratione, nō ex se-
 mine terreno & corruptibili, ex quo erat prima
 vestra naturalis generatio, sed ex semine incor-
 ruptibili & spiritali; b qđ est verbū sancti eu-
 angelij verbū dei viui, qui in æternū permanet.
 Propter quod etiā æterna est & spiritalis rege-
 neratio, quę p eius sit verbū. c Nā de carnali ge-
 neratione illud cōstat qđ æterna nō sit: quoniam
 omnis caro vt fœnū est, nihil perdurās, & omnis
 gloria eius instabilis & breuis est, d quęadmo-
 dum flos graminis, qui statim vt Sole æstuante
 gramen aruerit, simul decedit. e Sed verbū do-
 mini permanet in æternū, & item quæ ex eo est
 spiritalis generatio permanebit æterna. f Hoc
 autem de quo loquimur verbi diuini semen, ip-
 sum est quod vobis per Apostolos Christi Euā-
 gelizatum & prædicatum est, per quod creden-
 tes regenerati estis, generatione illa quę perma-
 nebit in æternū.

ELUCIDATIO CAP. II.

I^a Taque charissimi, moneo & adhortor vos
 vt deposito omni eo quod malum est: hoc est
 dolo, simulationibus duplicitatis, inuidia, de-
 tractionibus (quæ omnino diuinæ generationi
 contrariantur) b quasi infantes, iā recenter per
 verbum Euangelij in Christo geniti, c nō iam
 vt olim irrationabilium more pecudum, sed vt
 rationabiles, & spirituales, lac cælestis doctrinæ
 (quod & ipsum prius semē appellauimus) defi-
 derate & postulate à deo, d vt in eo in quo ve-
 stræ regenerationis habuistis initium, simul e-
 tiam crescatis, & perficiamini in salūtē æternā.
 e Hoc autem dico & vos facillè capitis: si modò,
 vt omnino de vobis confido, gustū diuinæ dul-
 cedinis experti agnoscitis, quod suauis & dulcis
 est Christus dominus. f Ad quem vos ipsos ad-
 iungentes, tāquam ad lapidem viuum, omnibus
 vitam largientē qui se illi per fidem coniunxe-
 rint, ab hominibus quidē incredulis, Gentibus,

dd

a renati non ex semine
 corruptibili, sed incorru-
 ptibili,

b per verbū dei viui, &
 permanentis in æternū:

c quia omnis caro vt fœ-
 num, & omnis gloria e-
 ius tanquam flos fœni:

d exaruit fœnum, & flos
 eius decedit:

e Verbum autem domi-
 ni manet in æternū.

f Hoc est autem verbum
 quod euangelizatum est
 in vobis.

TEXT. CAP. II.

a Deponentes igitur o-
 mnem malitiam, & om-
 nem dolum, & simula-
 tiones, & inuidias, & o-
 mnes detractiones,

b sicut modò geniti in-
 fantes,

c rationabiles, & sine do-
 lo lac concupiscite,

d vt in eo crescatis in sa-
 lutem:

e si tamen gustatis quo-
 niam dulcis est dominus.

f Ad quem accedentes,
 lapidem viuum ab homi-
 nibus quidem reprobatū,

a & ipsi tanquam lapides viui superædificemini domus spiritualis
 b in sacerdotium sanctū, offerentes spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum.

c Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem,

d probatum, electū, pretiosum:

e & qui crediderit in eū, non confundetur.

f Vobis igitur credētibus honor: non credentibus autem,

g lapis quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli:

h & lapis offensionis, & petra scandali his qui offendent verbo, nec credūt in quo & positi sunt.

i Vos autem genus electum, regale sacerdotiū,
 k gens sancta, populus acquisitus,

atque Iudæis abiectum & contemptui habitum à deo autem & apud deum electū & gloriosum, a superædificari. & super ipso strui vos ipsos curatis, p fidē ei adhæredō, vt efficiamini pars ecclesiæ Dei, quæ est domus spiritualis, in qua Christus dominus & pater ipse inhabitat, b & efficiamini sacerdotes sancti ad offerēdum hostias rationabiles & spirituales, Deo acceptabiles per Iesum Christum. Omnes enim orationes fidelium & gratiarum actiones, per Iesum Christū, patri acceptæ fiunt. c Quibus consonat scriptura prophetica: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem: id est, qui structuræ parietum angulos complectatur, in vnum coniungat atq; contineat: d lapidem multis passionibus bene probatum, electum à deo, & pretiosum. e Et omnis qui in hunc viuum lapidē credens, se illi adiunxerit non confundetur in nouissimo, sed saluabitur. f vobis igitur ex hoc lapide honor est qui in eum credidistis, incredulis autē contingit, & quantū ad eos illud impletur, quod in psalmo de hoc lapide dicitur: g quoniā lapis iste quē ædificare volentes suam Synagogam Iudæi, quasi inutilem abiecerunt, tandē diuina dispositione factus est clausura, & consummatio totius ædificij, positus in summitate structuræ, ad continendū in angulo diuersos parietes. h Estq; lapis offensionis, in quē impingunt, & petra scandali ad quam se collidūt, hi qui impingūt in verbū fidei, illi se opponendo, & non credunt verbo, ad quod tamē à Deo vocati fuerunt, vt per ipsum saltū fierēt. Vobis autem qui in eum credidistis, illud meritō aptari potest, quod olim populo Israelitico secūdum carnem, sub typo populi fidelis, Moyses loquebatur. i Nempe quod sitis genus à Deo electum, & regale sacerdotium, quos simul omnes (spiritus sancti vnctione) Christus fecit reges & sacerdotes: k gens sancta per fidem, populus peculiaris, magno pretio emptus, comparatus & cōqui-

fitus ad dei gloriam, a vt liberalitatem benignitatem, misericordiam, charitatem, & omnem virtutem eius, quã erga nos ostendit perpetua laude, & gratiarum actione continua predicetis quicunque eius beneficia agnoscitis.

b Eius, inquam, qui de tenebris infidelitatis & ignorantie nostrae, per vocationis suae gratiam dignatus est nos educere, in admirabile lumen suum, quod per spiritum sanctum in cordibus nostris exortum fideles nos fecit.

c Qui aliquando eratis non populus Dei, Deo ingrati & odibiles propter infidelitatem: nunc autem propter fidem, peculiaris populus dei.

d Qui aliquando non consecuti misericordiam, sub ira Dei degebatis, nunc autem misericordiam consecuti, in gratia Dei estis.

e Quoniam igitur tantis vos beneficiis Deus dignatus est, obsecro vos charissimi, vt tanquam aduenae & peregrini in hoc seculo, non inhaerentes huic mundo, sed proficiscentes ad patriam, abstinete a carnalibus concupiscentiis, eis nullo modo obsequentes: f quae pugnant contra animam, vt eam diabolo tradant, & spiritui aduersantur, contra quem concupiscunt.

g Conuersationem vestram quam inter Gentes ducitis, studentes habere bonam ac probatam: h vt quantum ad obsecrationes quibus vos infamare querunt, & de vobis male loqui, tanquam de maleficis, i cum diligenter vestram conuersationem considerauerint, & inuenerint nihil se reprehensione dignum in vobis concupiscere, k sic per efficaciam bonorum exemplorum vestrorum inducantur ad glorificandum Deum in tempore quo eos dominus visitare ad conuersionem suam disposuerit.

Infideles enim qui prius fideles blasphemabant, postquam per bona exempla eorum fuerint etiam ipsi (diuina praeueniente visitatione) ad fidem conuersi, glorificant & laudant Deum, propter bonam conuersationem fide-

dd ij

a vt virtutes annuntietis
cuius,

b qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.

c qui aliquando non populus dei, nunc autem populus dei:

d qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

e Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos a carnalibus desiderijs, f quae militant aduersus animam,

g conuersationem vestram inter gentes habentes bonam:

h vt in eo quod detractat de vobis, tanquam de malefactoribus,

i ex bonis operibus vos considerantes,

k glorificent deum in die visitationis.

a Subiecti igitur estote
omni humana creatura
propter deum:

b siue regi, quasi praelen-
tibus:

c siue ducibus, tanquam
ab eo missis

d ad vindictam malefa-
ctorum, laudem verò bo-
norum:

e quia sic est volūtas dei,
vt benefacientes obmut-
scere faciat impruden-
tium hominum ignoran-
tiam.

f Quasi liberi, & non
quasi velamen habentes
malitiæ libertatem,

g sed sicut serui dei.

h Omnes honorate: fra-
ternitatem diligite:

i deum timete: regem ho-
norificate.

k Serui subditi estote in
omni timore dominis,

l non tantum bonis & mo-
destis, sed etiam dyabolis.

m Hæc est enim gratia,
si propter dei cōscientiam
sustinet quis tristitias, pa-
tiens iniuste.

n Quæ enim est gratia

lium, per quã se de infidelitate & errore agno-
scunt liberatos. a Illud itaq; vos præcipue mo-
neo, vt omnibus hominibus per veram humili-
tatem, propter deum subiiciatis vos ipsos, habendo omnes in reuerentia, amore, & honore, quasi superiores vnicuique in suo gradu, & ordine.

b Regi quidem, tanquam aliis præ eminenti, & populo præposito. c Ducibus item & inferioribus sub Rege potestatibus, quasi à deo destinatis & ad hoc deputatis, d vt pro malefactis vindictam, pro benefactis laudem & præmium reddant, quod est administrare iustitiam. e Sic enim Deus vult, & ita fieri oportet, vt per vestra benefacta & cōuersationem vestram, ocludatis os hominibus infidelibus & veritatis ignaris qui vos obseruant vt inueniant vnde vobis male loquantur. f Sic autem vos in omnibus gratis, quasi vera & spiritali libertate existentes liberi. Neq; habeatis libertatē pro velamine malitiæ, sub prætextu libertatis Euangelicæ carnis petulantiam perficientes, quemadmodū faciūt qui libertatem dant in occasione carnis, rebellantes sub specie libertatis dominis suis temporalibus, aut spiritalibus, nolentes esse subiecti:

g sed sic vos habete quasi serui dei à cuius seruitute, vera libertas neminem subtrahit. h Itaque rursus vos moneo vt omnibus honorem & reuerentiam exhibeatis, fraternam quoq; charitatem diligatis. i Deum timeatis, & regem honore afficiatis. k Qui autem secundum tempora lem conditionem serui sunt, obediant dominis suis, cū omni reuerentia, l non modò benignis & facilioribus, verum etiam si difficiles fuerint, atq; morosi, ob hoc eos dimittere non possunt. m Hæc enim est Euangelicæ gratiæ perfectio, si propter timorē dei (dictante conscientia) quis patienter sustineat tristitia aut graua, sine causa aut suo merito eiusmodi patiens. n Nam quæ erit perfectio aut quæ supererogatio, quòdve singulare præmium erit si patienter ea tantum

di
fo
fi

sustineatis mala, quæ pro peccatis vestris inferuntur vobis? a Veluti si quis (exempli gratia) *a si peccantes & colaphi propter peccatum seruus à domino colaphis cæ sati suffertur?* datur. Sic enim fures & latrones patiuntur.

b Verùm, si postquam omnia rectè feceritis, nihil mali promeriti, à morosis tamè dominis sine causa percutimini, & id patienter Deum habentes in conscientia, sustinetis: c hæc est Euāgelicæ perfectionis gratia Deo placita, quã Christus:

stus dominus & verbo docuit, & exemplo monstrauit. d Ad hoc enim vocati estis, vt Christū dominum vestrum imitemini. e Christus enim dominus noster, pro nostris demeritis voluit, vobis omnibus fidelibus exemplū in se relinquens ad imitandum, vt per eandem similiter patientiæ viam pergatis. f Qui peccatū nulum vnquam commisit, non modò in opere, sed neque in verbo dolofo aut mendacio. g Qui cum maledictis & contumeliis afficeretur, non reddebat maledicta. h Cùm pateretur, non intentabat crucifigentibus minas: i sed voluntariè se tradebat (hoc est, tradi permittebat) ei qui se esset iniuste cōdenaturus sine causa. k Qui pro peccatis nostris pœnã sustinuit, in carne sua in ligno crucis: l vt destructis & expiatis peccatis nostris, nos à peccato deinceps cessantes, operaremur opera iustitiæ: cuius vulneribus & doloribus, vos sanati estis. m Eratis enim ante cōuersionē, quasi oues à recta via & à pastore indeuia, post alienos deos & falsos pastores, aberrantes. n Nunc autem rediistis per pœnitentiã ad fidem conuersi, ad illum qui est verè pastor, curator & episcopus animarum vestrarum.

b Sed si benefaciētes patienter sustinetis hæc est gratia apud deū. d In hoc enim vocati estis: e quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: f qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: g qui cū malediceretur, non maledicebat: h cū pateretur, non cōminabatur: i tradebat autem iudicāti se iniuste: k qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, l vt peccatis mortui, iustitiæ vinamus: cuius liore sanati estis.

m Eratis enim sicut oues errantes, n sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū animarum vestrarum.

o

p

ELYCIDATIO CAP. III.

TEXT. CAP. III.

Quomodo autem seruos præcepi dominis suis esse subiectos, sic mulieres suis debent viris per reuerentiã & obedientiam suo modo esse subiectæ, b vt si qui fortè ex viris, propter suam duritiem per verbū si dei cōuerti non possunt ad fidem Christi, saltē

a Similiter & mulieres

subditæ sint viris suis,

b vt & si qui non credūt

verbo, per mulierum con-

uersationem sine verbo

lucrificiant.

a considerantes in timore sanctam conuersationem vestram:

b quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus:

c Sed qui absconditus est homo cordis,

d in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus,

e qui est in conspectu dei locuples.

Sic enim aliquando & sanctae mulieres sperantes in deo ornabant se, subiectae propriis viris:

f Sicut Sara obediebat Abrahae, dominum eum vocans,

g cuius estis filiae beneficientes, & non pertinetes ullam perturbationem.

h Viri similiter cohabitantes secundum scientiam,

exemplo bonae conuersationis mulierum trahatur ad eam, sine verborum suasionibus: quoniam efficacior est conuersationis probitas, quam virtus tantum sermonis sine operatioe: a sint inquam, subdite mulieres diligenter & solite curantes, vt sanctam habeant conuersationem suam. *b* Quas nolo extraneo ornatum superfluo & curioso, aut comae curatae & crispatae studere, aut auro se superfluo adornare, aut induendo vestimenta nimium excedentis pretij, suum corpus superfluis sumptibus excolere: *c* sed interior homo, & spiritus latens quem Deus intuetur, ille curari debet & exornari bonis virtutibus: *d* quod erit si spiritum suum studeant incorruptum integrumque seruare, in mansuetudine, & silentio atque inquiete, quae sui sunt officij, sine garrulitate & contumeliosis omnia agentes, *e* quod est in mulieribus maximum ornamentum. Cuiusmodi spiritum deus maximi reputat, quique est apud Deum magni pretij, magnaeque estimationis, plus quam omnia corporis quae possunt adhiberi ornamenta. *f* Exempla attendant sanctarum mulierum, de quibus in scripturis legimus, quod sperantes in domino, & illi placere quarentes sic se spiritualibus ornamentis, per fidem & spe ornabant subiectae in honore & obedientia viris suis. Quemadmodum (exempli gratia) Sara, Abraham vocauit dominum suum, in omnibus ei quasi domino suo obedientiam praestans. *g* Cuius estis vos sanctae mulieres filiae, quae credentes in dominum, obeditis viris vestris pro Deum, beneficientes, sicut vobis secundum Deum videtur conuersando, & non pertimescentes ullam quaecumque aliunde acciderit, perturbationem, quoniam iustus non commouebitur in aeternum, & ab auditione atque perturbatione mala non timebit. *h* Viri autem non despiciant uxores suas, quanquam subditas: sed tanquam suis comparibus coniugali actu potissimum, cohabitent eis socialiter, secundum scientiam:

id est, cum discretione & sollicitudine, a quasi infirmioribus creaturis, quæ in se generationis semen & accipiunt & conseruant ob quod debent multa cura & sollicitudine erga eas, secundum scientiæ discretionem, viri conuerfari:

b impartiendo eis honorem, quasi coniugibus & comparibus suis deferendo eis in multis, & earum necessitatibus diligenter prouidendo, atque etiam infirmitates sustinendo, nec eis quasi scortis aut ancillis abutendo.

c Sunt enim etiam mulieres cohæredes gratiæ Dei, quæ est vita æterna, & æque ad illam atque viri, si bene viuant vocatæ, quoniam in Christo, non est masculus neque femina.

d Idque volo & præcipio, ob hoc ne propter discordiam impediatur fructus orationum uestrarum, sic vt non exaudiamini in orationibus uestris.

e Tandem verò concludendo particulares exhortationes, ad generalem transiens, hortor vos omnes, in fidẽ vt vnanimes perfistatis compatiẽtes proximorum miseris, **f** fraterna charitate inuicem diligentes, misericordes, modesti, minimèque seueri aut crudeles, humiles, **g** non retaliantes mala malis, sed potius e contrario pro malo bonum reddatis.

h Quoniam in hoc vocati estis omnes fideles, vt æternæ fœlicitatis perfectissimam illam benedictionem, in hæreditatem uestram accipiatis: propter cuius spem meritò nunc ab omni maledictione temperantes, semper in benedictione perstare debetis.

i Nam (iuxta Psalmistã) Qui quærit vitam spiritus & desiderat videre bonos dies, & felicem æternitatis accipere requiem, sit illi prima cura, vt linguam suam ab omni malo sermone cohibeat, & caueat sibi, ne per labia loquatur fraudem mendacium, aut deceptionem contra proximum suum.

k Recedat etiam à malo, & bonum studiose perficiat: Quærat pacem & studeat tenere, sic vt eam appro-

a quasi infirmiori vasculo muliebri

b impartientes honorem,

c tanquam cohæredibus gratiæ vitæ,

d vt non impediatur orationes uestræ.

e In fide autem, omnes vnanimes, compatiẽtes,

f fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles,

g non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed e contrario benedicientes:

h quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæditate possideatis.

i Qui enim vult vitam diligere & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

k Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam:

a quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

b Vultus autem domini super facientes mala.

c Et quis est qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis?

d Sed si quid patimini propter iustitiam, beati.

e Timorē autem eorum ne timueritis, ut nō conturbemini:

f dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris,

g parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est, spe & fide:

h sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam:

i ut in eo quod detrahūt de vobis, cōfundātur qui calūmiantur vestram bonam in Christo conuersationem.

k Melius est enim ut benefacientes (si voluntas dei velit) pati, quā malefacientes.

l Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustus,

m ut nos offerret deo

hendat & in ea maneat: a quoniam respectus domini est erga facientes iustitiam, b ira autem & toruus vultus domini, est contra omnes operantes malum. c Et quis tandem vobis vel homo vel diabolus secundum veritatem vllum poterit inferre nocementum, si virtutis æmulatores sitis, & bonum studiose operemini? Profecto nemo, quoniam secundum veritatem nemo homini potest nocere, nisi quisque sibi ipsi. d verūtamē, si fortē aliquid occurrit propter iustitiam sine vestra culpa, patiedum diuina voce, ex hoc beatitudo promittitur æternæ sc̄licitatis, & beatos vos Christi pronuntiauit. e Ego autē moneo vos, nihil eos timere sic ut cōturbemini qui corpori tantū nocere possunt, post hoc nō habentes quid amplius faciant. f Magis autē dominū nostrū Christū, ipsum sanctificate in cordibus vestris illū timēdo: g parati semper satisfacere cōgruis respōsionibus & rationabilibus instructionibus, de vestra fide ac spe, iis qui vos humiliter (ut doceātur) interrogauerint aut etiam qui malitiose oppugnare voluerūt. h Nō id quidē contentiosē, sed cū modestia, reuerētia, & humilitate, habentes bonæ cōscientiæ testimonium de vita & conuersatione vestra: i ut quantum ad id quod vobis detrahere cupiūt infideles, in seipsis confusi erubescant, quærentes calumnia vestram bonam conuersationē & nihil calumnia dignū inuenientes, quæ illis poterit fieri sue conuersionis occasio. k Melius enim vobis & ad salutem vtilius est (quando omnino dei voluntas & dispositio velit vos tribulationibus exercitari) ut sine vestro demerito benefacientes patiamini iniuste, quā si tanquam malefactores (utputa contentiosi, seditiosi, inobediētes, & rebelles) patiamini. l Nam huius rei Christus, nobis exemplum reliquit qui pro peccatis alienis, hoc est nostris, non suis vltro passionem & mortem sustinuit, ipse iustus pro nobis iniustus, m ut nos deo patri per mortem suam recōcilia-

tos, offerret atq; exhiberet, a carne quidē mortificatos, vt amplius carni non viuamus: spiritu autem viuificatos, vt deinceps secū dum spiritū viueremus. **b** Quomodo (nēpe in spiritu) ille idem deus, qui his nouissimis tēporibus in carne apparuit, etiam olim in diebus Noe, quando ex domini iussu ille fabricabat arcam, quando expectabatur patiētia dei donec veniret finis eius, & omnis caro interficeretur veniens ad illos incredulos homines qui tunc in tenebrosa caligine errorū suorū iacebant demersi: veniēs, inquam, spiritu, prædicauit eis ad pœnitētiā reuerti, vt possent cū Noe saluari in spirando prophetas & Noe, qui ex ore domini populū à malis reuocare quærebant. **c** In illa autem arca Noe, pauci admodum, hoc est octo tantū homines, euaserunt ex aqua, & per aquam subleuantē arca saluati sunt. **d** Et hoc ipsum nūc in ecclesia tempore gratiæ, baptisima (quod per aquam illam figurabatur, saluatorem eos tātūm qui in arca erāt) facit: quia sicut per aquā saluabatur arca, sic per baptismū ecclesia. **e** Baptisimum autem dico, non ablutionē fordiū carnis nostræ, sed ad conscientiam nostram bonam a pud deum commendandam, posteaquam fuerit per sacramentū baptismatis emūdata. **f** Saluat in quā, fidei hoc baptisima, per virtutem resurrectionis Christi à mortuis: **g** qui nunc in patris dextera residet gloriosus, morte deuicta & pœnitentia deleta, nos à ditione mortis æternæ per suā mortē temporale liberando: **h** vt ab ea liberati, vitæ æternæ, modò quidem secundum spem, in futuro autē secundū possessionē heredes efficieremur per ipsum: **i** tanquā præcursor noster, ad parandū nobis viā profectus in cælū, **k** subiectos sibi habens vniuersos spirituum ordines bonorum pariter atque malorum.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

TEXT. CAP. IIII.

C^a Hristus igitur omnium dominus postquam a Christo igitur passo in carne,

a mortificatos quidē carne, viuificatos autem spiritu.

b In quo & his qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando expectabant dei patiētiā in diebus Noe, cūm fabricaretur arca.

c In qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.

d Quod & vos nūc similibus forma saluos facit baptisima,

e non carnis depositio fordidum, sed conscientia bonæ interrogatio in deum,

f per resurrectionem Iesu Christi à mortuis
g qui est in dextera dei de glutiens mortem,

h vt vitæ æternæ heredes efficieremur,

i profectus in cælum,

k subiectus sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

a & vos eadem cogitatione armamini:

b quia qui passus est in carne, desit a peccatis:

c vt nō iam desideris hominum, sed voluntate dei quod reliquum est in carne, viuat temporis.

d Sufficit enim preteritum tempus ad voluntatem Gētium consummandam,

e his qui ambulauerunt in luxuriis, desideris, vinolentis, commestationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus:

f in quo admirantur, nō concurrētibus vobis in eadem luxuria cōfusionem, g blasphemantes:

h qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos.

i Propter hoc enim & mortuis euangelizatū est,

k vt iudicentur quidem secundum homines in carne,

l viuant autem secundum deum in spiritu.

dens exemplum nobis passionis in seipso monstrauit: a vos quoq; seruuli, huius exempli meditatione, sitis velut armati: vt non facile ob passionem corporis, malis quibuslibet cedatis, & cōstāter vitia abnegetis. b Quoniam in eo quod in carne passionis acerbiter voluntariē suscepit potius quā voluptatem, docuit a peccatis (quæ sunt secundum carnis voluptatem) debere nos cessare. & carni magis contraria & dura suscipere: sic nobis in seipso exemplum præbēs,

c vt non vltra secundum carnalia humana desideria viuerēt secundum homines sed voluntatē & sanctissimū beneplacitū dei, de cætero donec in carne permaneant, viuant. d Sufficit enim

prioribus tēporibus sua malitia, & satis esse debet meritō, quod tantis temporibus ante prædicationem Euangelij, & ante conuersionem nostram, e Gentiles homines in seruiert luxuriis & omnibus malis concupiscentiis, vinolentis, comestationibus, ebrietatib⁹, & nefariis atque prophanis idololatriis. Satis, heu nimium factis, ista peregrimus. f Atq; in hoc mirabantur illi, qui adhuc in sua infidelitate permanēt, quod

vos non videant amplius ad sua aduentare conuenticula, ad eandem luxuriæ & luxus omnis confusionem, cui ipsi intendunt, g & malè loquuntur de vobis, propter bonam vestram cōuersionem, indignantes vobis, eo quod abstinēatis a malo consortio eorum. h A quibus rationem exiget, & quos iudicabit ille, qui iā cōstitutus a Deo patre expectat, vt veniat iudicare omnes, & qui in viuus adhuc agūt & qui iam

ex viuus excesserunt. i Hanc enim ob causam, etiam infidelibus qui erant in sua infidelitate (quasi desperati) mortui, annūtiatum est patris volūtate Euangelii Christi, k vt ipsi ad Christū conuersi, iudicentur quidem ab hominibus, & secundum homines in corpore despecti habeantur, l viuant autem per fidem interius in spiritu. Verūm nihil refert, si nūc boni a malis quasi

miseri & infœlices, secundū carnem iudicētur
 a Nam omnium finis de proximo imminet, &
 tunc secundum veritatem patebunt omnia &
 qualisquisque fuerit apparebit. b Itaque cha-
 rissimi estote prudentes & vigilantes (hoc est,
 intelligentes intelligentia spiritali, & diligen-
 tes atque attentī) in orationibus. c Super om-
 nia autem curate semper mutuam erga vos in-
 uicem habere illæsam charitatem, d quoniam
 fraternæ charitatis opera multa delent peccata
 & via satisfactionis, fraternæ charitatis
 officium, multa facillè excusat peccata. e Sitis
 erga inuicem hospitaes atque misericordes cū
 animi hilaritate, sine murmuratione, f Vnus-
 quisque quam accepit à Deo gratiam, studeat,
 illam in communem vtilitatem proximorū con-
 ferre: g sic vt sitis boni dispēsatores gratiarum
 à Deo in communem vtilitatem gratis datarū,
 quæ sunt variæ admodum, & in diuersis diuer-
 sæ. h Exempli gratia, si quis ex gratia sibi gra-
 tis data, docendo siue exhortando loquitur, sic
 loquatur, quasi sermones non hominis, sed ip-
 sius Dei, se tantū dispensatorem, non domi-
 num existimans. i Qui corporale aliquod ex-
 hibet ex gratia dei ministerium sic agat, qua-
 si non ex propria virtute aut fortitudine, sed
 quasi ex virtute quam Deus sibi in ministere-
 rium contulit proximorum: k vt sic in omni-
 bus & ex omnibus glorificetur à quo sunt om-
 nia, deus, per I E S V M C H R I S T V M,
 cui est gloria & imperium in secula seculorum,
 Amen. l De isto verò persequutionis & tribu-
 lationis igne, qui nunc feruet contra vos per-
 missionē Dei, ad vestram probationem, quasi
 peregrinum aliquid, nouum, & extraneum con-
 tingat, neque conturbemini, m quasi de re
 absurda & insolita. Semper enim ex anti-
 quis diebus, à malis persequutionem sustinue-
 runt boni: n sed potius in hoc gaudete, tanquā
 socij passionum Christi, qui per tribulationem

a Omnium autem finis
 appropinquabit.

b Estote itaq; prudentes,
 & vigilate in orationib⁹.

c Ante omnia autē mu-
 tuā in vobismetipsis cha-
 ritatem continuam ha-
 bentes:

d quia charitas operit
 multitudinem peccatorū.

e Hospitaes inuicem si-
 ne murmuratione.

f Vnusquisque sicut acce-
 pit gratiā, in alterutrum
 illam administrans:

g sicut boni dispensatores
 multiformis gratiæ dei.

h Si quis loquitur, quasi
 sermones dei.

i Si quis ministrat, tan-
 quam ex virtute quā ad-
 ministrat deus:

k vt in omnibus honorifi-
 cetur deus per Iesū Chri-
 stum, cui est gloria & im-
 perium in secula seculorū.
 Amen.

l Charissimi, nolite pere-
 grinari in seruire qui ad
 tentationem vobis fit,

m quasi noui aliquid vo-
 bis contingat:

n sed cōmunicantes Chri-
 sti passionibus, gaudete,

a vt & in reuelatione gloria eius gaudeatis exultantes.

b Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis:

c quoniã quod est honoris, gloria, & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet.

d Nemo autem vestrum patiatuŕ tanquam homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor:

e si autẽ vt Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine:

f quoniam tempus est, vt incipiat iudiciũ a domo dei.

g Si autẽ primũ a nobis,

h quis finis eorum qui nõ credunt dei euangelio?

i Et si iustus quidem vix saluabitur,

k impius & peccator vbi parebunt?

nunc illi assimilamini, a vt cùm reuelatus fuerit & apparuerit in gloria sua, gaudij etiã & exultationis eius tunc participes sitis, in societate beatitudinis illius. b Sic conuitia vobis inferuntur, & probra ingeruntur propter nomen Christi, quod creditis & confitemini: pro hoc beatitudo vobis est promissa, eritisque verẽ beati:

c quoniam verus & perfectus honor, & plena gloria, & tota dei virtus, & ipse spiritus Dei, ad beatitudinem sempiternã requiescet super vos omnes, qui modò propter Christi fidem probra & conuitia sustinueritis. d Nolim autẽ ita vos pœnas & conuitia perpeti eo modo quo patitur solent fures, aut homicidæ, aut cõuitiatores & blasphemii, & qui aliena quærunt rapere, qui propter sua facinora iuste patiuntur. e Si verò contingat paffiones vobis inferri titulo Christianitatis, in huius nomine confessione, glorificet deũ quisquis patitur quod digno sit pro nomine isto contumeliam pati. f Tempus enim istud quod

modò est, hoc secũdum diuinam ordinationem expostulat, vt venturum illud iudiciũ quod tam graue veniet in futuro tempore, quodammodo a bonis & fidelibus qui sunt de domo & familia dei, modò incipiat. Nã quòd deus nũc suos etiã electos permittit crudelibus affligi suppliciis, signum est præuium illius grauissimæ vindictæ, quã faciet super inimicos suos in futuro examine.

g Si autem principiũ huius districti examinis a nobis habet initium, qui sumus in Christũ tamen credentes: h quo fine, putamus, cõsummabuntur illi, & quantum sustinebunt iudiciũ, qui Euãgelio dei noluerunt credere? Verẽ exitus erit longè dissimilis. i Et si iusti quidẽ atque electi nõ nisi per multas difficultates multaque pericula quæ sine dei gratia, sola virtute humana vix possint effugi, ad salutem perducuntur:

k impij & infideles homines, & cæteri que omnes peccatores, quomodo in conspectu dei apparere audebunt, aut vbi permanebunt nisi in æternæ

damnationis horroribus? a Itaq; boni qui modo secundum voluntatem permissionemq; Dei patiuntur à malis studeant creatori suo deo commédatas facere animas suas, per studium bonorum operum qui fidelis est, & suo tempore pro passionibus sui nominis gratia toleratis, redditurus est bonam retributionem.

ELUCIDATIO CAP. V.

S^a Eniores tandem & presbyteros, qui sunt inter vos tanquam super alios constituti & præpositi, obsecro ego Petrus consenior & cōpresbyter, vnà vobiscum in eodē pascendi onere ex Dei præcepto constitutus, qui etiam testis sum passionum Christi, & earum veridicus prædicator, **b** futurus (vt spero) suo tēpore illius quoque æternæ gloriæ cōmunicator & particeps, quomodo etiam nunc secundum spē me esse cognosco. **c** Obsecro (inquam) vos, vt studio sē, tam verbo quàm exemplo pascatis, curetis, custodiatis, quisque sibi commissas oues, id est, subditos vestros, **d** diligēter & prouidē superintēdentes, **e** non quasi ex coactione & iniuri, sed libenter & volūtariē, nō propter quæstū, qui ex hoc officio turpiter quæritur, sed propter bonam voluntatem, ex amore dei & zelo salutis proximorum, **f** Neque tanquam dominium habentes & quasi tyrannidem exercentes aduersus sortem vobis creditam, **g** sed ita vt sitis exēplum vestris ouibus, ex bono affectu & ex corde ad hoc laborantes. Quòd si nunc fideliter in gregis vestri cura laboraueritis, **h** cum ille pastorum princeps Christus dominus aduenit in gloria patris sui ad iudicium, accipietis mercedem æternæ retributionis perfectā, & in suo virore indficiēter permanentem. **i** Quomodo autem senioribus præpositis mandauit diligenter gregi superintendere, sic vicissim adolescentioribus & subditis præcipio, vt præpositis senioribus sint obediētes & subditi. **k** Et in vniuersum cupio omnes erga inuicem humili-

a Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendent animas suas in beneficiis.

TEXT. CAP. V.

a Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior

b & testis passionū Christi, qui & eius qua in futuro reuelanda est, gloriæ communicator:

c pascite qui in vobis est gregem dei,

d prouidētes non coactē, sed spōtanē secundū deū:

e neque turpis lucri gratia sed voluntariē:

f neque vt dominantes in cleris,

g sed forma facti gregis ex animo.

h Et cū apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibile coronam gloriæ.

i Similiter adolescentes subditi estote senioribus.

k Omnes enim inuicem humilitatem insinuate:

*a quia deus superbis resistit,
humilibus autem dat gratiam.*

b Humiliamini igitur sub potenti manu dei.

c vt vos exaltet in tempore visitationis

d omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum,

e quoniam ipsi cura est de vobis.

f sobrii estote & vigilate,

*g quia aduersarius vester diabolus tanquam leorugiens circuit,
h quaerens quem deuoret,*

i cui resistite fortes in fide,

k scientes eandem passionem ei quam in mundo est, vestra fraternitatis fieri.

l Deus autem omnis gratiae qui vocauit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu,

m modicum passos, ipse perficiet, confirmabit solidabitque.

n Ipsi gloria & imperium in saecula saeculorum, Amen.

tatem veram demonstrare, & in aliorum cordibus velut notam facere: superiores quidem suo modo erga inferiores, & inferiores erga superiores. *a* Quoniam dominus, superbis gratiae suae beneficium denegat & subtrahit: humilibus autem, promptus est semper dare gratiam, poscentibus. *b* Humiliamini itaque sub illa omnipotenti & plena potentia Dei, in illius seruitute & mandatis nunc perseverantes: *c* vt in tempore extremo (quando veniet visitare orbem terrae in iudicio & iustitia) ab eo exaltemini in gloriam aeternam. *d* Committentes illi plenissima & certissima fiducia omnem sollicitudinem vestri, nihil prorsus vano timore spoliati: *e* quoniam ipse tanquam pater & dominus, vestri tanquam seruatorum ac filiorum suorum, summam curam gerit. *f* Estote verò sobrii & in omnibus temperantes ac vigilantes, diligentèrque superintendentes animabus vestris *g* quoniam diabolus aduersarius humani generis, ex omni parte vndequaue discurret, iam hunc iam illum tentans, atque etià eundem modò sic modò aliter oppugnans, *h* semper aliquam in damnationis baratrum per os suum absorbere cupiens. *i* Vestrum autem est, per fidem & gratiam Dei quae in vobis habitat, illi viriliter resistere & tentanti consensum nullo modo praeberè: *k* scientes & considerantes consimilem persecutionem, quam vos sustinetis, etiam aliis fidelibus fratribus vestris, vbiuis locorum inferri ab infidelibus, vt ne existimetis vos solos pro Christi nomine persecutiones sustinere. *l* Deus autem à quo omnis est gratia, qui vocauit nos ad aeternam gloriam suam in Christo Iesu, *m* vos qui nunc modicū quid patimini pro nomine eius, ipse perfectos faciet per patientiam, confirmabitque & solidabit per gratiam suam, vt non excidatis à firmitate in qua nunc statis, in aeternum. *n* Ipsi est gloria & imperialis potestas, per aeterna secula, Amen.

a Per Syluaum vobis fidelem fratrem (vt equidem arbitror, & quantum ego semper attendere in eo potui) scripsi vobis hæc breuiter. b obsecrando ac obtestando vobis prædicans, & pro certissimo affirmans, quod hæc gratia Christianæ fidei in qua vos modo statis vera gratia sit, per quam solam salus paratur humano generi. c Salutem vobis ascribi petiit fide-
 a *Per Syluanum fidelem fratrem vobis (vt arbitror) breuiter scripsi,*
 b *obsecrās & contestans hanc esse veram gratiam dei, in qua & statis.*
 c *Salutat vos ecclesia quæ est in Babilone collecta, & Marcus filius meus.*
 d *Salutate inuicē in osculo sancto,*
 e *Salutate inuicem, in osculo sancto charitatis.*
 f *Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu.*
 Amen.

Finis Elucidationis.

FINIS.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM
 in epist. Canonicam posteriorem beati Petri Apost.

Ognoscens per spiritum beatus Petrus Apostolus, in proximo depositionem sui tabernaculi (sic enim ipse corporis mortem nominat) imminere: ad consolationem fidelium, scribere eisdem voluit secundum hæc admonitoriam Epistolā. In cuius statim exordio proponens cælestium promissionum preciosissima dona per fidem consequenda ab iis qui corruptionem vitæ secularis secuti non fuerint, gradibus quibusdā vsq; ad summū charitatis apicem scandens, vt bonorum operū fructu nō sint vacui præmonet diligenter: ne tanquā cæci tentātes manibus aberrēt à proposito termino, sed per operum bonorū diligens studiū, firmā curent efficere vocationē suā p̄ quæ reddatur eis in regnū cæleste indubitat^o introitus. Propter quod, se dicit illos vsq; ad mortē suā (quā non longē cognoscit abesse) de huiuscemodi velle cōmonefacere, & id quidē modō per literas, vt etiam post mortē suorum admonitionum possint esse memores. Cuius occasione, ad suæ euāgelicæ prædicationis cōstabiliendam autoritatē, dicit se in prædicādo Christi euangelium, nō indoctas fabulas fuisse seditatum: sed ea quæ annūtiavit de Christi diuinitate, didicisse ex firmissimo patris testimonio, quod in monte transfigurationis audiuit: cui per

omnia Pfalmi propheta stipulatur, quæ in suo statim principio eundem ad filiū dei sermonē dirigit quæ pater de cælo in eius glorificatione intonuit. Scripturam autem prophetica lucernā nominans, cōmendatū affirmans eam humano instinctū ædi nequaquam posse, sed solo spiritu diuino. Capite dehinc secundo, venturos dicit Pseudopphetas nouarum sectarum & hæresum adiuuatores, per quos multi seducentur in suam perditionem: Quorum grauissimum iudiciū, propositis pœnis dæmonum peccantiū, mundi diluuiū pereuntis, & Sodomitarū igne cōflagratorum, ad terrorem ponit ante oculos multaq; aduersus illos terribilia pronunciat, irrationabilia pecora eos appellans. Balaā auaro prophetæ assimilans, fontibus sine aqua & sterilibus nubibus ad ignominiam eos comparans. Illud in fine signanter adiciens, quemadmodum sub prætextu libertatis quam promittunt, animas decipiunt, secundum veritatē serui existētes omnis corruptionis, quibus propter relapsū in infidelitatem suam, nouissima facta sunt peiora prioribus, quibus præstitisset nunquam fidei suscepisse veritatem, quā sic nunc turpiter ad votum reuerti. Sequēti verò tertio cap. Epistolā istam se ad cōmonitionem scripsisse, propter vêturos pseudopphetas asserit, vt contra illorū doctrinas, in apostolicæ prædicationis veritate stabiles perseverēt. Vêturos enim dicit circa tēpora nouissima deceptores, qui secundum animalē suum sensum omnia æstimare volentes, nihil volent credere nisi quod sensibus habeāt cōpertum, non credētes implēdas esse promissiones factas fidelibus: eo quod omnia eis videātur in mūdo, simili cursū perdurare à principio. Aduersum quos, Petrus ex certa præteritorū temporum sacra hystoria, falsum hoc esse demōstrat: ostendēs quāta olim facta sit mutatio, quando propter peccata hominū aquis diluuij mundus periit: & quid adhuc in nouissimo tēpore iudicij futurū expectatur per ignem probationis, prophetico spiritu prædicit. Ex imitatione quoq; & innouatione omnīū in futuro tēpore, in retributione iustorū ostendēs, quomodo sanctē nos deceat in omnibus, & in vitæ nouitate ac mūdicia cōuersari, vt Christo domino vêturo valeamus immaculati & inuolati occurrere. Nec ob longuā iudicis & vindictæ expectationē falsa credāt quæ sunt à deo prædicta aut promissa: sed eius hoc lōganimitati (qua nostrā misericors expectat emendationē) potius ascribant, quod & Pauli coepostoli sui autoritate cōfirmat. Cuius per occasionē sapientiā vere diuinā commendans illos notat, qui quædam in Pauli epistolis difficilia ad falsos sensus trahenda peruertebant, sicut & in scripturis aliis semper faciunt heretici, ad suam perditionem. A quibus eos attendere, & in gratia dei proficere exhortatus, ita terminat epistolam.

Finis Argumenti.

Eluci-

ELVCIDATIO IN EPI-TEXTVS EPI-
STOLAM CANONICAM STOLAE CANONI-
posteriorem beati Pe- ca posterioris beati
tri Apostoli. Petri apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.

TEXT. CAP. I.



S^a Imon cognomento Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi scribit fidelibus omnibus Christianis, quibus à Deo dono data est fides eiusdem pretij, æqualisque ad saluandum virtutis, sicut & nobis primis Christi Apostolis, **b** per iustitiam veram, quæ est coram deo nostro & saluatore hominũ Iesu Christo. **c** Gratia spiritus sancti, & comes illius pax vera, crescat & abundet in vobis, vsque ad perfectionem in cognitione Dei patris, & Iesu Christi filij eius, **d** vt cognoscamus, quemadmodũ omnia nobis ab eius diuina virtute, dono & gratis data sunt, quæ ad vitam spiritualem & pietatem veram nobis sunt necessaria: **e** per cognitionem eius ex fide, qui vocauit nos propter suam gloriam & potentiam suam, secundũ propriũ beneplacitum: **f** per quẽ filiũ, aut propter quæ (gloriam & virtutem suam) maxima nobis promissionum præmia, & pretiosa nimisq; desiderabilia, pollicitus est: **g** nempe vt suo tẽpore absorpti in deitatis abyssum, efficiamini participes diuinæ naturæ, inæstimabili & ineffabili vnione cum illo vnũ facti in beatitudine, **h** modo in hoc tempore corruptionem illam & prauitatem malę concupiscentiæ (quæ in mundo regnat) fugiẽtes ad cælestia magis desideria semper aspiretis, **i** Vos autem hortor & moneo vt omne studium omitemque diligentiam adhibentes, coniungere studeatis rectitudini fidei virtutem & fortitudinem bonę operationis sanctæq; conuersationis. **k** Virtuti autem huiusmodi, ne

S^a Imon Petrus seruus & apostolus Iesu Christi, his qui co-
æqualem nobiscum sortiti sunt fidem,

b in iustitia dei nostri & saluatoris Iesu Christi
c Gratia vobis & pax adimpleatur,

d in cognitione dei, & Christi Iesu domini nostri.

e Quomodo omnia nobis diuina virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem donata sunt,

f per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute,

g per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit,

h vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ,

i fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

k in virtute autem scientiam.

a in scientia autem abstinentiam:

b In abstinentia autem patientiam:

c in patientia autem pietatem:

d In pietate autem, amorem fraternitatis.

e In amore autem fraternitatis charitatem.

f Hæc enim vobiscum ad sint, & superent non vacuos, nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione.

g Cui enim non præsunt hæc: cæcus est, & manutentans,

h obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

i Quapropter fratres magis satagite vt per bona opera, certam vestram vocationem & electionem faciatis:

k Hec enim facientes non peccabitis aliquando

l Sic enim abundanter ministrabitur vobis in rotis in æternum regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi.

per immoderatiã feruoris excedat discretionis adfit scientia. a Scientia autẽ externarũ rerum, quia vana foret, nisi ab iis quæ scit vana esse & temporaria abstineret: idcirco abstinentiam requirit comitẽ. b Rursum, quia parum admodũ cõfert, ab illicitis & superfluis abstinere: nisi occurrentia etiã mala noscamus sustinere: idcirco debet abstinentiẽ adesse patientia: c quam deinde pia debet erga deũ & homines affectio comitari. d Quæ, vt non purẽ sit naturalis, sitque apud deum meritoria, fraternum habeat verũ amorem. e Cui cùm aduenerit charitas, & erga deum, sicut oportet, super oĩa dilectio, cõsummatio habetur spiritualis ædificij, & veræ perfectionis. f Hæc enim si in vobis habueritis, & abundatẽ siue etiã sufficiẽter in vobis extiterint, certũ habete, quod vos reddent in fide & cognitione Christi plenos bonorum operũ fructibus, minimẽque vacuos aut egenos, g Cui verò hæc defuerint, quantum uis sibi videatur sciens ac doctus, cæcus tamen est, visum mentis nõ habens sanum & integrum, & viam inuenire nesciens, similis cæco qui manu parietem palpat. h oblitus videtur talis ille, quemadmodũ olim à veterib⁹ suis peccatis fuerit purgatus, quæ denudò miser resumit, & in quibus iterũ ambulat. i Quapropter fratres mei, hortor vos sollicitos esse, & studiosẽ curare, vt per bonarum actionũ assiduum studium, dignẽ viuatis vocatione qua vocati estis, atque ita vestram electionem istam (qua modò ad fidem & ad spem æternæ retributionis, postmodum suo tempore accipiendæ vocati estis) sic firmam faciatis, vt ab ea nunquã per peccatum excidatis: quemadmodum contingit iis, qui à bonis operibus sunt ociosi, in bona sua fide spem habentes. k Nam sic facientes (vt modò diximus) & in eiusmodi virtutib⁹ bonis operibus assiduẽ vacantes, abstinẽbitis à malitiis peccatorum, l & insuper etiam coaceruabitis vobis ipsi magnum cumulum merito-

rum, quæ vos inducant in æternum illud regnū
cælorum, cuius est rex & princeps dominus no-
ster Iesus Christus, quo non patebit introitus il-
lis qui modò se exhibent à bonis actionibus o-
ciosos. a Ob hoc, non desinam neque cessabo

vos commonefacere de eiusmodi, tametsi satis
existimem vos ista iam scire per speculationem
& in veritate ista Christiani dogmatis (de qua
in præsentiarum loquimur) satis confirmatos.
b Ego autem hoc iustum & æquum existimo,
eo quòd pastor sim vestrum omniū, excitare a-
nimos vestros per meas admonitiones frequen-
tes, magis vt vos admoneam quàm vt aliquid e-
doceā quandiu in hoc corporis tabernaculo me
dominus militare decreuerit, c certificatus di-
uina reuelatione q̄ in proximo imminet mors
mea & ex vitio corporis mei quòd quasi animæ
tabernaculum mecum ipse circūfero: d quem
admodum mihi iudicauit & prædixit dominus
Iesus Christus: idque siue per spiritualem reue-
lationem, siue per corporalem apparitionem.

e Curabo autem interim dum in viuus ago,
tam diligenter ac sedulo vos commonefacere,
vt etiam post meum obitum habeatis in epi-
stolis, ac scriptis meis, f vnde possitis etiam
tunc harum rerum memoriā facere, & ista ea-
dem tunc (me mortuo) meditari, quæ dum vi-
uerem diligenter inculcaui & moriens scri-
pto reliqui. Et sanè digna est hæc quam vos
docuimus fidei doctrina, quæ tam sollicitè im-
primatur vestris ar imis. g Nam in prædica-
tione qua vobis notam fecimus virtutem do-
mini nostri IESV CHRISTI, quam fe-
cit in humani generis mirabili redemptione,
& aduentum præsentia eius, quam ab æter-
no pater præciuerat atque præordinauerat.

Hæc, inquam, vobis annunciantes, non su-
mus sectati vanos aut fabulosos sermones: nec
innixi sumus illorum authoritati: h sed facti

prius speculatores, conspectores, & contempla-

*a Propter quod vos inci-
piam semper commone-
re de his, & quidem scien-
tes & confirmatos vos in
præsenti veritate.*

*b Iustum autem arbitror
quandiu sum in hoc taber-
naculo, suscitare vos in cõ-
monitione,*

*c certus quòd velox est de-
positio tabernaculi mei,*

*d secundum quod & do-
minus noster Iesus Chri-
stus significauit mihi.*

*e Dabo autem operam
& frequenter habere vos,
post obitum meum
f vt horum omnium me-
morian faciatis.*

*g Non enim indoctas fa-
bulas sequuti, notam feci-
mus vobis domini nostri
Iesu Christi virtutem &
præsipientiam,*

*h sed speculatores facti il-
lius magnitudinis.*

a Accipiens enim à deo patre honorē & gloriā,

b voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria:

c Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.

d Et hanc vocem nos audiui de celo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

e Et habemus firmiorem propheticum sermonem,

f cui benefacitis attendentes,

g quasi lucernæ luceti in caliginoso loco,

h donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

i Hoc primùm intelligentes,

k quod omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione nō fit.

l Non enim voluntate humana allata est aliquādo prophetia,

tores gloriosæ eius maiestatis, quæ nobis in eius transfiguratione se contemplandam exhibuit.

a Accipiens enim à deo patre in sua transfiguratione magnam claritatis gloriam, & mirabili honore circumdatus, quādo apparuerūt cum eo Moyfes & Helias loquētes, b voce insuper de celo à magnificentia paternæ maiestatis, demissa super eum, & de eo prolata, quæ erat huiuscemodi, c Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Sic, inquam, certum accepimus, tam visu, quàm auditu testimonium veritatis. d Et hanc vocē nos ipsi audiui de celo super eum prolata, ego & Iacobus, & Ioānes, qui præsentēs aderamus: & cuncta hæc oculis conspeximus, & auribus nostris audiui, cum essemus cū ipso in monte excelso, qui propter hoc admirabile trāsfigurationis opus, meritò sanctus debet nominari atq; haberi. e Et habemus huic testimonio consonantē propheti- cū sermonem, qui amplius etiam nostram hæc veritatē confirmat atq; certificat: quemadmodū in Psalmo ex patris persona dicitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te. f Cui sermōi prophetico quod attenditis & fidē habetis, benefacitis.

g Sic enim est scriptura prophetica, quasi lucerna illuminans locum tenebrosū, & caliginosū, illuminans nunc in via ista tenebras ignorantie nostræ h vsque dum veniamus in illam venturi seculi claritatem, quando seipsum nobis manifesta visione dabit conspiciendū verus ille lucē ferens, Sol iustitiæ, Christus dominus noster. Nā illic scripturarū adminiculo nihil opus erit nobis, vbi omnia videbimus clara & aperta visione. i Verū hoc primū intelligatis expedit, pro scripturarū dignitate, & fide indubitata, k quod omnis scriptura prophetica, humana cōpositione atq; enuntiatione nō fit, neq; sic est accipiēda, quasi doctrina quæ de suo proprio corde homo pronuntiauerit. l Non enim vquam fuit prolata vlla prophetia, ex corde hu-

mano, sine speciali spiritus sancti inspiratione. Nam quod sic profert homo ex suo corde iuxta suam voluntatem, prophetia dici non meretur nec debet, a sed spiritu sancto inspirati, illi nati, & docti, sic locuti sunt sancti homines deo placiti, secundum quod spiritus sanctus qui in eis operabatur, suggererat: ita ut principalis sit apud spiritum sanctum omnium scripturarum auctoritas, homo autem non nisi minister sit verbi.

a sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines.

ELUCIDATIO CAP. II.

TEXT. CAP. II.

NE verò omni spiritui fidem habeatis sine probationis discretionem: hoc vos pramōnitōs, a volo quòd sicut in prioribus temporibus fuerunt in populo falsi prophetæ, qui pro veris prophetis se demonstrabant hominibus, sic & in populo fidelium christianorum exurgent falsi doctores, b qui sectas & hæreses introducent, quibus populi fidelis unitatē conturbent, atq; distrūpant, c & Deum qui eos sui sanguinis pretio emit (hoc est christum dominum) negabunt, non rectè de illo credentes & confidentes, quomodo oportet: d hoc ipso suæ infidelitatis demerito concilians sibi, & cōparantes æternæ damnationis interitū, qui in proximo adueniet. e Et multos quidem ex auditoribus habebūt sectatores suæ perditæ luxuriæ & carnalis prædicationis, per quos, tam doctores quàm auditores, veritatis via & fidei rectitudo blasphemabitur, sic ut ei non erubescant contradicere, tã verbo quàm cōuersatione sua peruersa. f Et propter auaritiã quæstus gratia, verbis secundum fictionem ad decipiendum cōpositis: quomodo suos sectatores expilare & expoliare valeant tractabunt. g Quibus iam proximum est æternæ condemnationis iudicium, perditio quoq; dāna tentionis venire non tardat, sed in proximo super eos manifestè veniet. h Si enim Deus angelis illis spiritibus peccantibus nō pepercit ab vltione & vindicta, sed grauissimam eis æternam

a Fuerit verò & pseudo propheta in populo sic & in vobis erunt magistri mendaces,

b qui introducent sectas perditionis,

c & eum qui emit eos, deum negant,

d superinducentes sibi ce-lerem perditionem,

e & multi sequentur eorum luxurias per quos veritatis blasphemabitur,

f & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabitur.

g Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat

h Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detrahetos, in tartarum tradidit cruciandos:

a in iudicium reſeruari:

b & originali mundo nõ pepercit,

c Sed octauum Noe iuſtitia preconiẽ custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens,

d & ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens euerſione damnauit. e exemplum eorum qui impie acturi ſunt ponens,

f & iuſtum Loth oppreſſum a nefandorũ iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit:

g Aſpectu enim & auditu iuſtus erat habitans apud eos qui de die in diẽ animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.

h Nouit deus pios de tentatione eripere, iniquos

pœnam propter peccatum infixit, ita vt de cœlo eiectos, in inferni damnatione eos alligauerit, & catenis & funibus nunquam contemendis (hoc eſt obligatione & ſententia æternæ mortis, à qua nunquam abſoluentur) illicque tradiderit, quaſi in custodia, & cruciandos modò a & reſeruandos in nouiſimum iudicij magni diem, vt tunc coram omnibus iudicium plenum, & ignominia accipiant cum ſuis ſeruatoribus, quando dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diaboſo & angelis eius. b Si etiam Deus illius primi mundi (qui adhuc in originis ſuæ ſtatu perdurabat) hominibus peccatoribus non pepercit ab ablutione, ſed diluuium vniuerſale, toti mundo quem inhabitent impij homines ſuperinduxit, atque ita perdidit impios, c ſolùm illum Noe liberans & ſeruans cum ſua familia, octauum generationis ſeriẽ ab Adã qui tam verbo quàm exemplo iuſtitiam prædicauit, & in ſe eam perfectè custodiens, & alios ad idem vt potuit exhortans. d Si ruruſum Sodomam & Gomorrhã & totam ſimul Pentapolim, ob inhabitantium ſcelera, tali damnauit euerſionis ſententia vt eas in cinerem per ignem de cœlo demiffum reſolueret, e ſic illorum pœnam in exemplum exponens omnium qui poſtmodum impie eſſent acturi vt ſcirent ſe ſimili damnatione puniendos. f Ex quibus omnibus, ſolum Loth virum iuſtum, quem nefandiſimi illi filij Beſial iuiuſtè opprimebant, propter ſuam luxurioſam & innaturalem conuerſationem vim ei facientes vehementiſimè, eruit ac liberauit, cum ſuis educens illum per manus angelorum, quos excepit hoſpicio. g Erat enim ille viſu & auditu & modis omnibus caſtus, purus, & iuſtus, habitans in medio iniquorum hominum, qui ſuis malis operibus quotidie eius ſpiritum vehementer aſſigebant. h Et vniuerſaliter hoc verum conſpicimus, ex multis exemplis

quod nouit Deus & potest, quādo vult pios homines eripere de manibus iniquorum, Iniquos verò in diem iudicij reseruare, interim etiam cruciandos, & tunc plenius, quando cū corpore simul & anima, vt hīc peccauerūt, ita illic punientur. Si, inquam, non pepercit angelis, nec mundo originali, nec Sodomę, nec Gomorrhæ: indubiè quoq; ventura est perditio super homines istos falsos doctores, & veritatis blasphematores. a Potissimum autem cruciabuntur in nouissimo, & damnationē nō euadent, qui carnalem sequentes appetitum viuunt & conuersantur secundum immūditiam corruptæ concupiscētiæ suæ, dominationēque agnoscere præsuperbia nolunt, Christum dominum negātes, & temporalibus dominis inobedientes: b homines malè audaces, sibiipsis mirum in modum placentes, qui nihil verentur sectis atque hæresibus vnitatem fidelium dirumpere, malè loqui tam de Deo quā de aliis consueuerunt, ad omnia maledicta promptissimi. c Nihil, inquam, hi metuunt, quamuis homines fragiles & imbecilles. Cū tamen angelici illi spiritus, qui fortitudine ac virtute lōgē sunt hominibus superiores, imò nec conferendi cū eis, adeò durum & graue sentiant aduersum se illud horrēdū dei iudiciū vt ipsum nequeant sustinere, nisi in immensa & æterna miseria, quæ illis ex sola diuini iudicij est sentētia. d At verò isti sine timore homines, quasi bruta animātia, sine rationis recto iudicio, suas cupiditates prout naturaliter ab eis ferūtur sine pudore atq; remorsu sequentes, vt in laqueo peccati capiātur & pereāt, e de omnib⁹ quę suo iudicio naturali nō intelligūt, malè & blasphematoriè loquētes, f in ista suę prauitatis corruptiōe peribūt in finē, si tales perseuerauerint, perditionē illā recepturi in stipediū suæ iniustitię. g Qui, p voluptate reputāt delicias istius tēporis, quæ nō nisi ad diem &

verò in diem iudicij reseruare cruciandos:

a Magis autem eos qui post carnem in concupiscētia immundiciæ ambulāt, dominationēque cōtemnunt.

b audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere, blasphematores,

c Vbi angeli, fortitudine & virtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudiciū.

d Hi vero velut irrationalia pecora naturaliter in captionem & in perniciem,

e in his quæ ignorāt blasphemantes,

f in corruptione suā peribunt, percipientes mercedem iustitię

g Voluptatem existimātes diuini deliciae, conuersionis & maculae,

a delitiis affluentes in cō-
niuiis suis, luxuriantes vo-
biscum,

b oculos habentes plenos
adulteriꝝ, & incessabilis
delicti,

c Pellicientes animas in-
stabiles, cor exercitatu in
auaritia habentes male-
dictionis filij,

d delinquentes rectam
viam errauerunt, secuti
viam Balaam ex Bosor,
e qui mercedem iniquita-
tis amauit,

f correptionem verò ha-
bit sua vesania, subingra-
le mutum animal, in vo-
ce hominis loquens prohi-
bit Propheta insipienti-
tiam.

g Hi sunt fontes sine a-
qua,

h & nebulae turbinibus
exagitatae:

i quibus caligo tenebrarū
reseruatur,

k Superbia enim vanita-
tis loquentes, pellicunt in
desideriis carnis luxuria,

temporariae sunt, coinquinantes & maculantes
animam, propter quod nullam veram volupta-
tem adferre possunt: a quorum conuiuia deli-
tiis, voluptatib⁹ exquisitis carnalibus, plena sunt
qui in luxuriosis cōuersationibus vobis illudūt,
insultant, & quasi ludū vos sibi faciunt, qui eo-
rum corruptiones fugitis, b quorū oculi ex a-
bundantia affectus, & luxuriosissima circungy-
ratione atq; cōpositione, praeferunt & demō-
strant luxuriam, atq; vitium quodlibet aliud si-
ne fine, quod cum luxuria solet concomitari:
c qui attrahunt ad deceptionē, eos qui non sunt
in virtutibus bene constabiles, qui affectum ha-
bent in auaritia inueteratum, & eidem assuetū
ex longa cōsuetudine: maledictioni ceteraē ob-
noxij, sicut modò fuerunt ad maledicendum
prompti: d qui viam regiam virtutis derelin-
quentes, declinauerunt in itinera impietatis per
auaritiam, sequentes exemplum prophete illius
mali Balaam, e qui tractus cupiditate proposi-
torum praemiorum à rege Balach, cūm perge-
ret simul cum nuntiis eius ad maledicendū po-
pulo domini, f correptus fuit de sua insana de-
mētia auaritiaē illius, per animal mutum cui in-
fidebat, solitum sub iugo incedere, animal vile
& humile, nepe asinam: quod animal voce hu-
mana loquens per miraculū, prohibuit Prophe-
tam, ne perficeret insipiēs cōsiliū suum, quod
proposuerat spe praemij, hoc est, vt non maledi-
ceret Israelē. g Hi sunt fontes in quibus nō
est aqua, qui magna promittunt & mirabilem in
se videntur sapientiam atq; scientiam cōtinere,
cūm sint salutaris sapientiaē aqua prorsus vacui.
h Sunt nebulae steriles ab omni opere bono, &
obscuritatē habentes intellectus, privati lumine
veritatis & fidei, qui circumferuntur & exagi-
tātur ab impulsibus affectionum suarum carna-
lium: i quibus caliginosis nebulis, rectē cali-
go in inferno deputata est, aeternarū tenebrarū,
k per suam enim su perbiā inflati, magnifica

sed vana loquentes (siue in eloquētia, siue in seculi sapientia) hoc modo sibi animos concilient audientium atq; ita pelliciūt in suos errores, ad insequendum desideria carnis luxuriosa, a homines adhuc imperfectos, qui cœperant à mala sua conuersatione sese elōgare, sed ad perfectā virtutis stabilitatem nec dum peruenerant. Tales enim ferè sunt qui post carnis doctores arbeunt, & sequentes in suorum præceptorum erroribus conuersantur. **b** Et promittūt quidem isti falsi doctores auditoribus, veram libertatem reputantes peccandi licentiam, Euāgelicam libertatem: **c** Cùm tamen ipsi sint & permaneāt veri serui peccati, & omnis corruptelæ. **d** Nam vniuersaliter illius quis seruus est & haberi debet à quo superari passus est. Dū ergo ipsi à carnis & peccati corruptione se permiserint superari, dubiū esse nō potest, quin serui sint & dici debeāt corruptionis. **e** Et si quidē postquā seculi huius mala desideria, quæ coinquināt hominē per fidē & cognitionē domini & saluatoris nostri Iesu Christi semel dereliquerunt & abiurauerunt, ad eadē postmodum reuersi, permittant se ab inuicē superari, quæ prius abnegauerant, verè in peiori iam statu sunt cōstituti, quàm antè fuerant. **f** Nam minor esset eis damnatio, si penitus nunquā cognouissent fidei veritatē, quā modò sit futura, postquā agnitā semel & susceptam fidē iterum abiiciunt, **g** derelinentes sanctū illud mandatū, quod de fide Christi susceperunt ex apostolorū traditione, atq; doctrina, **h** Quibus rectè accommodari potest vetus illud prouerbiū, quo dici solet de recedentibus in pristina vitia: **i** Canis reuersus est, ad resumendū id quod per vomitū eiecerat: & sus lota rursus se in volutabro luti reuoluit, vt iterum fiat immūda. Sic enim sunt, qui seculi semel abnegata desideria, & abiuratos semel Satanæ errores, postmodum resumunt: & post munditiam quā in baptismo consequuti sunt in luto concupiscentiæ suæ, iterum se polluunt.

a eos qui paululum effugient qui in errore conuersantur:

b libertatem illis promittentes,

c cùm ipsi sint serui corruptionis:

d à quo enim quis superatus est, huius & seruus est.

e Si enim refugientes coinquinationes mūdi in cognitione domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati suscipiuntur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

f Melius enim erat illis non cognoscere viā iustitiæ, quàm post agnitionē reuersum conuerri

g ab eo quod illis traditum est sancto mandato.

h Cōtigit enim eis illud veri prouerbij:

i Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota, in volutabro luti.

TEXT. CAP. III.

a Hanc ecce vobis charis-
sime secundam scribo epi-
stolam,

b in quibus vestram exci-
to in commotione synce-
ram mentem,

c ut memores sitis eorum
quæ prædixi verborum
sanctis Prophetis, & A-
postolorum vestrorum præce-
ptorum domini & saluato-
ris,

d Hoc primum scientes
quod venient in nouissi-
mis diebus in deceptione
illufores

e iuxta proprias concu-
piscencias ambulantes, &
dicentes:

f Vbi est promissio,
g aut aduentus eius?

h Ex quo enim patres dor-
mierunt, omnia sic perse-
uerant ab initio creaturæ.

i Latet enim eos hoc vo-
lentes,

k quod calis erant prius,
& terra, de aqua,

ELUCIDATIO CAP. III.

V^a Idete fratres charissimi, quæadmodum
ex nimia erga vos dilectione hanc vobis
scribo secundam epistolam, post illam quam
nuper miseram priorem. **b** In quibus ambabus
hoc ago, non tam vt doceam quasi ignorantes,
quàm vt mentem vestram (quam ego rectam &
integrã in fide Christi existimo) per meam com-
monitionem excitare studeam, **c** vt memores
sitis sermonum quos vobis prædixi à sanctis pa-
tribus ac prophetis multo ante prædictos, & præ-
ceptorum domini saluatoris nostri Iesu Christi,
quæ Apostoli vobis ex eius nomine tradiderunt
obseruanda. **d** Super omnia illud consideran-
tes ad cautelam diligenter, quod in nouissimis
diebus palam venient, quales ex antiquo incoe-
perunt prodire, & etiam modò non defunt, va-
fri & nequam impostores, in deceptione & frau-
dulencia sua hominum mentes seducere quæ-
rentes. **e** qui conuersabuntur secundum natu-
ralia corruptæ carnis mala desideria, & dicent:
f Vbi est promissio quam expectant Christiani,
de venturo regno, & mundi in nouatione, car-
nis resurrectione, vita æterna, & similibus? **g** vbi
& quando erit aduentus Dei, ad complendum
ea quæ promissit: quasi dicant, eo quod nondum
videantur ista, idcirco vana esse omnia & ridi-
cula. **d** Ex quo enim (dicent isti) maiores nostri
obedierunt, ex antiquissima præcedentiũ me-
moria, & ab initio mundi, semper in eodem sta-
tu mundus perdurat, & defectio nulla visa est,
quæ signum esse possit finalis consummationis,
& deinde subsequituræ nouæ retributionis. Ve-
rùm isti sic argumentantes, se ipsos paralogi-
zant ac fallunt. **i** Affectata namque ignoran-
tia nolunt intelligere, neque aduertere muta-
tionem maximam: quæ in mûdo olim facta est,
quæ venturæ postmodum consummationis pos-
sit esse signum sufficiens: **k** quoniam aeris loca &
regiones ab initio fuerunt, & terra fuit ex a qua

(tertia die quando denudata fuit aquis ex bona parte) emicando apprens, a & verbo dei super aquas firmata & stabilita, & per eas firma ac stabilis perseverans, vt non moueatur in seculum seculi: b per que nēpe aerem, aquā, ac terram, ille qui tūc erat originalis mundus ante diluuiū excrecente aqua, obrutus periit (vt sic loquamur) ratione omnium viuentium que in eo perierunt, paucissimis in arca reseruatis. Rupti enī fuerunt ad hoc diluuium cōplendū omnes fontes abyssi, qui erant in terra, & aeris bona pars in pluuiam versa, simul ad idē diluuium faciendū accessit in adiutorium: & sic aqua in tantum excreuit vt moreretur omne viuens super terram. c Aer autem in eo statu in quo nunc est post illud vniuersale diluuium, & terra vt nunc est, per idem Dei verbum sunt in suo statu constituti vsque in diem iudicij, quando perdendi sunt impij: vt tunc per ignem conflagrationis iterum immutētur in optimum statum, postquā fuerint purificati per ignē. d Deniq; & illud velim diligēter attendatis, quod mille annorum tēpus sic est ante dominum (cuius duratio æternitas est) sicut apud nos breuis duratio vnus tantum diei, & econtrario: ita vt dominus illud minimē reputet tēpus prolixū, quod nos longissimum arbitramur, quoniam longissimū tempus non est nisi momentū breue, si comparetur cū æternitate. e Et idcirco sciendū nobis est, quod tametsi nobis sic videatur: non tardat tamē nec protrahit dominus promissionem suā de aduentu suo & omnium innouatione, vltra tēpus congruū & à se ad hoc præstitutū quasi iam reuocata sententia non sit impleturus quæ promissit: sed expectando patientiam exhibet propter vos cæterosque peccatores homines, vt tempus concedat hominibus pœnitentiæ, f non desiderans cuiusquam interitum ac perditionem: sed quantum in se est, potius omnes per pœnitentiam ad se reuerti, atque ita saluos

a & per aquam consistēs dei verbo,

b per qua ille tunc mundus aqua inūdatu perit.

c Celi autem qui nunc sunt, & terra, eadem verbo repositi sunt, igni reseruati in diē iudicij & perditionis impiorum hominum.

d Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud dominū sicut mille anni: & mille anni, sicut dies vnus.

e Non tardat dominus promissionem suam sicut quidam existimāt: sed patienter agit propter vos,

f nolēs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiā reuerti.

a Adueniet autem dies domini ut fur:
b in quo cali magno impetu transient, elementa verò calore soluentur:

c terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurètur.
d Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint,

e quales oportet vos esse in sanctis cõuersationibus & pietatibus,

f expectantes & properantes in aduentum dei domini:

g per quem cali ardentis soluentur: & elementa ignis ardore tabescent?

h Nouos verò calos & nouam terrã & promissa ipsius expectamus, i in quibus iustitia habitabit.

k Propter quod charissimi hæc expectantes,

l satagite immaculati & inuiolati inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi longanimitatem, salutem arbitramini,

fieri cupiēs. *a* In veritate autē, suo tēpore adueniet illa dies visitationis & iudicij, subito & occultē, quādo non existimabunt homines. *b* In quo die, aeris regiones magna impetus vehemētia transibunt à statu in quo nūc sunt immutati in melius: & non aer solus sed elementa omnia, per virtutē caloris ignis illius purgabuntur examinata. *c* Et terra per eandē ignis illius vim, cōflagrabitur, cum omnibus quæ fuerint super eam muēta. *d* Considerandū autem vobis est, si in illo tēpore futuræ retributionis inanimata etiam elementa oportet sic igne probari & purgari, quæ tamē arbitrij libertatem ad peccandū non habent: *e* quales oportet vos modò exhibere rationales creaturas, qui liberū habetis super actiones vestras arbitrium, de quibus tunc fiet examen, in cōuersatione vestra, in cultu studioq; bonorum operum secūdum pietatē, *f* vt sic expectetis aduentum dei illius & quodammodo obuiam procedatis per amorē & indefesum bonæ operationis studium, venienti ad iudiciū domino. *g* Cuius virtute, per ignis ministerium, aeris regiones cōflagrabitur, & elementa cætera per vim ardoris eius à suo statu priori pereūtia, ad meliorem statum purificata reformabuntur. *h* Expectamus autem tūc post illam sanctam purgationem noua & meliora facta omnia nempe innouatum aerē, & melioratam terram, quæ promisit, *i* in quibus inhabitabit munditia, & suo quodāmodo iustitia: quādo omnis erit immunditia ab eis per ignē purgātem absterfa, quam ex hominum commercio nunc quodāmodo cōtrahunt. *k* Propter quod charissimi cū ista expectemus talia & tāta promissa, certissimè suo tēpore implenda obsecro vos, *l* vt in omni studio & diligentia ad hoc adnitamini vt sine macula & pollutione inueniamini tunc ante conspectum venturi iudicis in pace. *m* Et expectationem istam, qua dominus promissum suum differt ad salutem peccatorū

exhiberi credatis, vt per pœnitentiam salui fiât peccatores: a quemadmodum & charissimus frater noster Paulus gentium apostolus vobis scripsit Christi fidelibus, secundum sapientiam sibi à deo datam, ad huius ministerij sui defunctionem rectè exequendam: b quemadmodum & in omnibus suis epistolis, quas ad diuersos diuersas scripsit ad cõmunem omnium vtilitatem, vbique de his & similibus (quæ ad instructionem morum & fidei certitudinem pertinent) loquens, & ea semper inculcans. c In quibus Pauli epistolis complura reperiuntur ad intelligendum loca difficilia, propter sensuum altitudinem potissimũ de fide & operibus, de gratia dei, & similibus, d quæ homines scioli qui doctores se exhibere volunt antequàm in diuinis scripturis discipuli & docti fuerint: e & homines inutiles atque instabiles, qui si fortè eruditi in scripturis, nimis tamen citò se subtraxerunt à disciplina, nec stabiles in ea permanserunt: f Isti, inquam, sunt qui illa apud Paulũ difficiliora deprauatè legũt & intelligũt, g quæ admodum & cæteras scripturas solent huiusmodi indocti & instabiles homines deprauatè ad suũ peruersum sensum attrahere, h quod illis erit in perditionem. Hæc enim agentes perdunt seipfos. i Vos itaq; boni Christi fideles, ex nostra monitione cognoscetes periculum, vobis ipsis diligenter attendite: & caute, k ne istorum insipientium hominum erroneis persuasionibus à via recta in deuia abducti, atque confusi excidatis ab illa firmitate sanctæ fidei, in qua modò per gratiam dei bene statis. l Magis autem curate, vt crescatis quotidianisque profectibus augmentum sumatis in gratia dei, & fideli cognitione domini & saluatoris nostri Iesu Christi. m Ipsi est & sũt gloria, nunc & in æternum, Amen.

*Finis Elucidationis in epistolam canonicam
posteriorem beati Petri apostoli.*

*a sicut & charissimus
frater noster paulus secun-
dum datam sibi sapien-
tiam scripsit vobis,
b sicut & in omnibus epi-
stolis loquens in eis de his,*

*c In quibus sunt quadã,
difficilia intellectu,*

d quæ indocti,

e & instabiles,

f deprauant,

*g sicut & cæteras scriptu-
ras,*

*h ad suam ipsorum perdi-
tionem.*

*i Vos igitur fratres præ-
sientes custodite*

*k ne insipientium errore
traducti, excidatis à pro-
pria firmitate:*

*l Crescite verò in gra-
tia in cognitione domini
nostri & saluatoris Iesu
Christi.*

*m Ipsi gloria & nunc
& in diem æternitatis.*

Amen.

✠ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN
epistolam canonicam primam beati Ioannis apostoli.

E Pistolam istam canonicam beati Ioānis apostoli, quia nullo consequēti procedit ordine, sed pro affectus varietate, frequēter sine vlla cōnexionē de alio trāsit ad aliud: nunc rectū fidei dogma proponens, nunc aduersus hæreticorū errores agens, & ab eis cauere præmonens, nūc fraternā charitatem præcipiēs, nunc diuinā cōmendans, nūc de spiritali generatione qua ex deo nati sumus, nunc de mundo, eisq; quæ sunt in eo fugiēdis, sermonem faciens, difficile est certo vno argumēto prosequi. Volumus tamē (quod in aliis epistolis fecimus) etiam hāc breui epitomate per singula capita deliniare. In primo itaq; capite suæ prædicationis certitudinem, ex sensibili cum Christo domino cōuersatione præmittens, simul etiam quid annuntiauerit, proponit: nēpe lucem esse deum purissimam absq; omni admixtione tenebra: ū, nos quoq; debere in luce cōuersari: quod facientes, societatem habebimus cum eo, & sanguis eius nobis ad peccatorum proficiet emūdationem. Et ne quis se remissione illa nō indigere existimet mendacem dicit omnē qui se peccatū non habere audeat præsumere. Secundo autē capitulo, vt non peccēt monet: si tamen peccare contingerit vt nō desperent, sed per aduocatum nostrū Christum, propitiationem querant. Deinde quis verē Deum cognoscat, & rectā habeat erga illum charitatē, inque eo maneat, ex operibus mandatorum Dei describit. Charitatis mandatum vetus nominat, simul & nouum: diligentem fratrem dicit esse in luce, quomodo odientē in tenebris. Post hoc familiariter alloquens singulas ætates, senes, iuuenes, adolefcētes, infantes, omnes tandem vniuersali admonitione ab amore mūdi dehortatur, omne quod in mundo regnat in tribus vitiis atq; malis pestibus (quæ totum orbem inficiunt) cōstituēs, nimirum in concupiscentia carnis, in concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Post hoc, docens iam nouissimā esse horam, & antichristos (id est, veritati contradictores) multos iam exurrexisse, ipse tamen de eis non omnino metuit, sperans quod ipsa spiritus sancti interior vnctio, eos de omnibus quæ sunt credenda sufficienter instruet, vt illorum vanitatibus & erroribus nō habeāt fidē. Illorū quoque Antichristorū mēdacia, negantiū Christū, ac proinde etiā patrē, apertis: bonos fideles monet, in semel suscepta Apostolica fide, firmos permanere, promissionē eis diuinæ veritatis & vitæ eternæ adiciens. Atq; hæc ipsa, de vnctio & vitæ eternæ repromissione, iterum replicans: monet vnctioi spiritus intendere, in Deo patre & filio manere, & regeneratos in ipso operari iustitiā: Tertio verò capitulo, demonstrat cha

ritatē dei nobis ex hoc exhibitam, quod talē nobis ipse dedit potestatē, vt filij dei nominemur & simus, quod licet nunc nondum appareat, in futuro tamen apparebit quid futuri simus quando cū eo apparebimus in gloria. Propter quam spem nos ipsos à peccatis studemus sanctificare per Christum, qui semel ad peccati destructionē in carne apparuit: in quo quisquis manet, nō peccat. Monet quoq; eos, vt non se patiantur se duci, sed operentur iustitiā & veritatē, quoniam ex solis operibus bonis & malis, est filiorum Dei à filiis diaboli distinctio: præcipue autem ex amore aut odio fraterno, dicens omnes fratrum ofores (cuiusmodi erat Cain) ex diabolo esse. Neq; mirentur si à mundanis hominibus & infidelibus habeantur odio, scientes se ad vitam, per veram Dei & proximī dilectionem, translatos. Ofores autem fratrum homicidas nuncupat, & vita æterna priuatos. Deinde CHRISTI charitatē (qui seipsum dedit pro nostra salute) proponens in exemplum, vult vt pro inuicem etiam animas nostras & vitam parati simus impendere. Propter quod nullo modo dicit in illis Dei inesse charitatē, qui habentes huius mūdi diuitias, necessitatem patientibus non exhibent misericordiam. Neque satis esse dicit lingua & verbo dilectionem prætere: sed necessariū esse, vt & opere demonstratur & veritate: vt perfectē exhibita dilectione, cū non reprehenderit nos conscientia nostra, fiducialiter petamus à Deo, quæcunq; velimus, & accipiamus. In quarto vero capite, spiritus docet probandos, & quomodo ex cōfessione rectæ fidei debeāt discerni manifestat: in hoc differentiā assignās, quod illi de mūdo loquuntur, & ideo à mundanis acceptantur. Veri autem fideles, quomodo ex Deo sunt, & non de mūdo, sic & ea quæ Dei sunt loquuntur quæ mundo non sapiūt. Ex quo, spiritus erroris à spiritu veritatis facile discernitur: dum hic veritati, ille autem acquiescit falsitati. Rursum deinde eos ad mutuam charitatem adhortatur, Christi charitatem proponens in eo quod prior dilexit nos. Deum etiam charitate nominans, qui per dilectionem manet in nobis, nosq; in eo. Timorem quoque repugnare dicit veræ charitati diuinæ simul & odium fraternum: quoniam mentitur qui se dicit Deū diligere, si fratrem nō dilgat. Quinto autē capitulo, de nauitate ex Deo pertractat, & de mūdi victoria per fidē Christi, qui per aquā venit & sanguinē iuxta quod spiritus testificatur de eo, nec spiritus solū, sed & beata trinitas personarū tota: cuius testimonio multo magis debet adhiberi fides, quàm vlli assertioni humanæ. Den ū de orādi fiducia, & de peccāte ad mortē, aut nō ad mortē, de generatiōe Dei à peccato custodiētē, differēs. mūdi malitiā per Christū verū Deum superatam docens, à simulacris eos cauere iubens ita terminat epistolam.

Finis Argumenti.

TEXTVS EPI-
STOLAE CANONI-
cae primae beati Ioan-
nis Apostoli.

TEXT. CAP. I.

a Quod fuit ab initio,
quod audiuius,

b quod vidimus oculis no-
stris, quod perspeximus,

c & manus nostra con-
trectauerunt,

d de verbo vita & vita
manifestata est.

e & vidimus, & testa-
mur, & annuntiamus vo-
bis

f vitam aeternam quae e-
rat apud patrem, & ap-
paruit nobis.

g Quod vidimus & au-
diuimus, annuntiamus vo-
bis,

h ut & vos societatem
habeatis nobiscum,

i & societas nostra sit cū
patre, & filio eius Iesu
Christo.

k Et haec scribimus vo-
bis,

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM CANONICAM
priorem beati Ioannis
apostoli.

ELVCIDATIO CAP. I.



a Voderat ab aeterno verbū
in sinu patris, quod per vati-
cinia Prophetarū multō ante
incarnationē eius audiuius
prænuntiari, & postmodum
ipsis his auribus incarnatum
audiuius loqui, *b* quod no-

stris his oculis sensibiliter vidimus suo tempo-
re incarnatum inter homines, & diligenter con-
templati sumus, *c* quod ad maiorem certitudi-
nem secundum carnem etiam palpano conti-
gimus, & contrectauimus manibus nostris, per
familiarissimam quam cum eo habuimus con-
uersationem, *d* de verbo patris, quod est sola
& vera vita, & quod manifestatū est nobis tan-
quam vita nostra, patris voce & miraculorum
efficacia, & ita sensibiliter vidimus certissimē
que cognouimus: *e* Illud ipsū sicut vidimus
& certissima scientia atque experientia cogno-
uimus, ita testificando de veritate prædicamus
vobis, Christum Deum & hominem, *f* qui est
omnibus credentibus vita aeterna, quae erat ab
aeterno apud patrem, latens in sinu eius, & his
nouissimis temporibus apparuit assumpta car-
ne, visibilis. *g* Quod vidimus, inquam, & ipsi
audiuius vt certissimum & indubitatae fidei
annuntiamus vobis: *h* vt credentes associemi-
ni nobiscū, modo in spei participatione, & post
modum in rei consimili retributione: *i* & om-
nium nostrum sit vna & vera societas, commu-
nicatio & participatio atque vnio cum patre &
filio eius Iesu Christo: vt omnes vnum simus
Christo, & Deo *k* Atque haec modo quae olim
vos verbo docuimus, etiam scripto voluimus
vobis

vobis repetere: a magis vt gaudiū vestris animis ex nostra hac diligētia & sollicitudine, proueniat, & certū, firmū, solidūq; sit gaudium fidei vestræ quàm vt ignorantiam vestrā edoceamus. b Prædicatio autem quam audiuius à Christo vt eā prædicaremus omni populo, hæc est: c quoniam Deus vera lux est, quæ mundū venit illuminare, & quod nullæ prorsus, aut ignorantie aut peccati tenebræ, sunt in eo. Propter quod, sic noscō formari illi luci oportet qui Christi dici volumus, vt studeamus (quod in nobis est) omnes erroris & malitiæ tenebras à nobis depellere. d Si enim dixerit quispiā se habere societatem cum Christo Christianū se nominando, cōuerfetur autē in errore aut malitia, mēdax est ille, & veritatem opere non loquitur, quam lingua & ore confitetur. e Quisquis autem in luce conuersari studet, in omni bonitate per gratiam Dei laborās incedere, f quæadmodum Christus ipse lux vera est per suam substantiam: qui, inquam, sic se illi assimilat in operatione & cōuersatiōe. vt est ille in sua essentia, g is verē societatem habet & vnitatem primū cū proximo suo atq; deinde cum Deo: h & illi proderit sanguis Christi, & emundabit talis per virtutē sanguinis Christi ab omni peccato in quodcunq; cōtigerit per fragilitatē incidere. i Si dixerit quis ex nobis (qui in hac carne adhuc agimus) hominibus, q nullū omnino, neq; grande neq; paruū aliquando cōmittat peccatū, falsum ille sibi persuadet, & veritas hac ī parte fugit ab illo. Præstaret culpā agnoscere, & veniā precari. k Si enim agnoscamus ante Deum, & confiteamur humiliter peccata nostra, fidelis est ipse & iustus, vt iuxta verbum ac pactum misericordie sue confitentibus & pœnitentibus nobis dimittat peccata nostra. l & per virtutem sanguinis sui, quem super nos inuocamus, emundabit nos ab omni iniquitate. m Si autem dixerimus, quoniam nihil peccati aduersus Deū

a vt gaudeatis, & gaudium vestrū sit plenum.

b Et hæc est annuntiatio quā audiuius ab eo, & annuntiamus vobis,

c quoniā deus lux est, & tenebra in eo non sunt vlla.

d Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mētīmur, & veritatem non facimus.

e Si autem in luce ambulamus,

f sicut & ipse est in luce,

g societate habemus adinuicem,

h & sanguis Iesu Christi filij eius, emūdat nos ab omni peccato.

i Si dixerimus quoniam peccatū nō habemus, ipsi non seducimus, & veritas in nobis non est.

k Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus vt remittat nobis peccata nostra,

l & emundet nos ab omni iniquitate.

m Si dixerimus quoniā non peccauimus, mendacem facimus eum,

habemus, & excusare velimus, sic quasi per nos ipsos simus innocentes & mundi, mendacem dicimus deum, qui in plerisque scripturæ locis apertè contrarium asseruit, a & verbū veritatis eius nos abnegamus eique contradicimus. In plerisque enim scripturarū locis, hoc legitur ex spiritu dei dictum: quoniam omnes sub peccato sumus, & glorificari habet in nobis Deus vt per se nobis peccata remittat: quod ille negare cognoscitur quisquis se quasi innoxium & per se mundum, vanè gloriatur.

a & verbum eius non est in nobis.

TEXT. CAP. II.

a Filii mei hæc scribo vobis, vt non peccetis.

b Sed & si quis peccauerit,

c aduocatum habemus apud patrē, Iesum Christum.

d Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, e non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

f & in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruamus.

g Qui dicit se nosse deū, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est.

h Qui autem seruat verba eius verè in hoc charitas dei perfectæ est:

ELUCIDATIO CAP. II.

I^a Sta autem, nempe quod Christianus debet extra tenebras in luce conuersari, & de confessione ac remissione peccatorum nos ob hoc scribimus vobis, per modum commonitionis, vt vos à peccatis deterreamus, vt ab eis (quantū fieri potest) studiosè declinetis. b Qui tamen in peccatum ceciderit, non desperet de peccati remissione: sed recurrat ad veniam.

c Habemus enim aduocatum & intercessorem apud patrem Iesum Christum, qui iustus est: & sicut promisit, fidelem se patientibus propitiatorem & pontificem, exhibet. Ne quis fortè paternæ iustitiæ diffidens seueritati, in desperationem corruat. d Et ipse est qui nobis propitium reddit patrem, ne pro peccatis nostris damnemur. e Non solum autem pro nostris, id est pauculorum hominum peccatis, sed vniuersaliter pro omnium hominum delictis se exhibet in commune propitiatorem. f Et hoc nobis certum est signum quod verè eum cognoscimus perfectæ sapientiæ cognitione, si ea quæ præcepit studeamus operibus adimplere, g Qui enim dicit ore se Deum per fidem cognoscere, & mandata eius non obseruat, mendax est, & sine veritate in hoc loquitur lingua, & contra linguam opera clament. h Qui autem verba præceptorum eius opere adimplendo diligenter custodit, in hoc charitas dei

vera & integra est, qualis esse debet, ad salutem sufficiens habenti. a Ex hoc autem signo cognoscere possumus probabili existimatione, quod in ipso simus, & vnum cum eo. b Quoniam qui se ore affirmat in Christo permanere, & verè Christianum se esse gloriatur, debet ille, vt sic hæc gloria atque assertio vera, sic conuerfari, quemadmodum ille conuersatus fuit in mundo, eiusque vestigia sectari. c Charissimi nullum vobis nouum mandatum scribimus, sed vetus quod ab initio vestræ conuersationis audistis & accepistis. Siquidem baptizati mox docebamini seruari, quæcunque præcepisset dominus obseruanda. d Rursum tamen commonefaciendo vos, quodammodo vetus hoc in nouo mundatum in cordibus vestris. quod sicut in ipso domino in veritate erat, sic & in vobis esse debet: & sicut in seipso dominus opere demonstrauit, ita & in vobis requirit, e quia tenebræ abierunt infidelitatis, quando in baptifino peccatis concupiscentiis mortui sumus, & veritas iam illuxit Christianæ fidei, vt ambulemus & operemur secundum eam. f Vnusquisque autem consideret, ne seipsum fallat, putans se esse in luce, cum non sit propter solam fidem mortuam sine charitate, g Si quis enim se dixerit esse in luce, super mortua fide confusus, odio autem habeat fratrem suum, in tenebris adhuc ille manet & perseuerat, quantumuis sibi videatur illuminatus, donec odiû abiiciat. h Qui diligit fratrem suum, in lumine vero conuersatur: & in dilectione sic ambulans, non patitur offendiculum, nihilque illi nocebit, i Qui autem odiû habet erga fratrem suum, in tenebris est & i cordis sui cecitate graditur. k Ignoras quò vadat. i. quid agat, quia tenebræ quæ ex odij affectione sunt exortæ excæcauerunt oculos metis eius, vt quod bonû est ac rectû, purè cerne re ad agendû nõ possit. Hæc autè admonitionè epistolæ huius, ego ad omnes in vniuersum qui

a In hoc scimus, quoniã in ipso sumus.

b Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.

c Charissimi, non nouum mādātū scribo vobis, sed mādātum vetus quod habuistis ab initio, mādātū vetus est verbū quod audistis.

d Iterum mādātum nouū scribo vobis, quod verum est & in ipso, & in vobis.

e quia tenebræ transierunt.

f & verum lumen iam luget.

g Qui dicit se in luce esse & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc.

h Qui diligit fratrem suū in lumine manet & scandalum in eo non est.

i Qui autem odit fratrem suū, in tenebris est, & in tenebris ambulat.

k Et nescit quo eat, quia tenebra excæcauerunt oculos eius.

a Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius.

b Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est.

c Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum.

d Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem.

e Scribo vobis patres quoniam cognouistis eum qui ab initio est.

f Scribo vobis inuenes, quoniam fortes estis & verbum dei manet in vobis, & vicistis malignū.

g Nolite diligere mundū, neque ea quæ in mundo sunt.

h Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.

i Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ,

k quæ non est ex patre sed ex mundo est.

l Et mundus transiit & omnis concupiscentia eius.

sunt in vobis, cuiuscunque ætatis & conditionis fideles volui destinare. a Omnibus vobis, qui filij estis mihi tenerè dilecti scribo: quoniam remittuntur vobis peccata, propter nomen eius, de quo scribimus. b Vobis scribo seniores, quoniam fideles facti cognouistis eum qui est in æternitate patrem æternū. c Et vos quoque adolescentio res digni mihi visi fuistis quos meis collaudare literis, quoniam spiritus virtute per fidem deucistis malignum, qui in baptismo aufugit à vobis. d Ad vos quoque qui estis ætate minimi, vix dū perfectæ rationis vsu gaudentes, nostræ huius epistolæ sermo similiter loquitur, quoniam qualicunque cognitione Deum vt patrem agnoscitis, in cuius nomine baptizati estis. e Vobis, inquam, o patres scribo (vt ex magna affectione semel dictū iterum replicē) quoniam credidistis & fide cognouistis æternitatis Deū. f Et vobis adolescentibus scribo, quoniam robusti estis spiritu & verbum Dei custoditis in vobis & vicistis diabolum, per fidei vestræ virtutē. g Ne diligatis charissimi præsens istud seculum nequā, neque vlli rei, quæ in mundo est, cū affectu cordis inhæreatis. h Quisquis enim in mundanis rebus cor defixū habet, & seculo labenti corde ad hæret: constat illum in se non habere verā Dei super omnia (vt oportet) dilectionem. Et verè non debet mundus, nec potest cum Deo diligere. i Quoniam omne quod in mundo est & mundanū dicitur: aut ad concupiscentiam carnis pertinet, aut concupiscentiam oculorum, aut superbiā vitæ. Quarum prima, gulam continet, atque luxuriam. Secunda, avaritiam, & superflua habendi cupiditatem. Tertia, superbiā & ambitionem: sub quibus inclusa sunt omnia vitia, k quæ in mundo dominantur, quarum triū nulla ex Deo est, neque Deo placet: imò ex mundi corruptione, & Deo contraria sunt atque inimica. l Mundus autem iste præsens, præterit, & transit, nullam habens stabilitatem,

eum omni concupiscentia sua: & proinde quisquis in mundo floret, mundique sectatur concupiscentias, breuem, vanam, & mox perituram ille sectatur vmbra. a *Qui autem in hoc sollicitus est, vt Deo placeat, eiuique perficiat voluntatem, illius gloria & fructus permanebit in eternum ante dominum.* b Filioli, iam nouissima sunt mundi huius tempora & ad finem mundus iste suo decursu peruenit. c Et sicut frequenter ex Apostolorum monitionibus audistis quod antichristus nouissimis temporibus ante iudicium sit venturus in mundum, ita iam impleri coeptum est in praecursoribus eius.

d quoniam iam antichristi multi exurrexerunt, qui illius pessimi aduentum quasi praecursores praenuntiant, incipientes modo haereses, persecutiones, & schismata, quae ille perfectius complebit. e Vnde cognoscimus, quod iam ad occasum mundus declinat, & nouissima instat consummationis tempora. Nam praenuntiantibus praecursoribus, non longe potest abesse is quae praenuntiant, & cui aduentum praeparant. f E nonstro quidem contubernio (id est ex Christianorum coetu & ecclesia) apostatantes abscesserunt, ad schismata suscitanda: g sed non erant secudum Dei praedicationem & finalem perseverantiam, de bonorum & saluandorum fidelium numero. h Si enim diuina eos praescientia de fidelium saluandorum numero praecognouisset, indubie nobiscum (id est, cum caeteris sanctae ecclesiae fidelibus filius) in vna fide eademque sententia, in finem vsque per Dei gratiam mansissent. i Sed idcirco permittit eos Deus a nobis sic patenter separari, vt clareat, quoniam non omnes de numero sunt verorum fidelium, secundum praescientiam & praedestinationem dei qui modo videntur cum eis in sacramentis & aliis exterioribus communicare. k Vos autem internam habetis in vobis spiritus sancti instructionem, l & eo suggerente, docente quae

a Qui autem facit voluntatem dei, manet in aeternum.

b Filioli, nouissima hora est.

c Et sicut audistis quia Antichristus venit,

d Nunc Antichristi multi facti sunt:

e Vnde scimus: quia nouissima hora est.

f Ex nobis prodierunt,

g sed non erant ex nobis:

h Nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum:

i Sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis:

k Sed vos vultionem habetis a sancto.

l & nostis omnia.

a Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatē, sed quasi scientibus eam.

b Et quoniam omne mendaciū ex veritate non est:

c Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus?

d hic est Antichristus qui negat patrem & filium.

e Omnis qui negat filiū, negat & patrem.

f Qui confitetur filium & patrem habet

g Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat,

h quia si in vobis peruāserit quod audistis ab initio, & vos in filio & patre manebitis.

i Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, in vitam æternam.

k Hæc scripsi vobis, de his qui seducunt vos.

vos omnem veritatem, hæc omnia quæ ad vestram salutem sunt necessaria, bene cognoscitis. a Vnde neque ego vobis ideo scripsi, vt docerem quasi ignorantes veritatem catholicæ fidei: sed potius quasi iam rectē & integrē sentientibus, tantum ad commonitionem & exhortationem salutarem. b Et illud potissimum scientibus quoniam omne mendacium & verbi & operis deo contrariatur, & cum deo stare non potest. c Inter omnia verò mendacia, illud ergo præcipuum pronuntio, & quasi caput omnis blasphemix, eorū qui negando asserunt Christum Iesum non esse verum filium Dei, nec Messiam illum in lege & prophetis repromissum, & quòd per eum humani generis salus non fuerit operata. d Quisquis tale aliquid impudenti audet astruere mendacio, signate eum, & caute ab illo, quoniam antichristus est ille, Christoque aduersarius & hostis publicus, qui sic mentitur negans dei filium dei, ac proinde & patrem. e Omnis enim qui dei filium negat, nec credit, vt oportet de eo, is nec rectam potest habere, neque fidelem patris cognitionem, quoniam pater & filius vnum sunt, & si patrem cognouissent, filium etiam cognouissent, quemadmodum & econtrario. f Qui confitetur sicut oportet Christum Dei filium, patrem quoque (qui cum filio vnum) vera item confessione confitetur. g Vos autem doctrinam fidei, illam quam audistis à principio vestræ conuersionis, custodite in vobis, & in illa firmi permanete: h quoniam si in illa perseveranter steteritis, non declinantes in errorum deuia, sicut modò estis vnum cum patre & filio, sic & permanebitis per hanc fidei rectitudinem. i Repromissio autem quam pollicitus est nobis (hoc est, fidelibus perseverantibus in doctrina fidei) vita æterna est, vt ne quis paruifaciat. k Hæc scripsi vobis quasi per quandam admonitionem, de seductoribus istis, qui fide-

lium mentes quarunt à veritate auertere post suos errores. a vos autem videte, vt spiritus sancti illa interna inspiratio atque instructio permaneat in vobis: quæ abscedit, cum quis erroribus implicatus se à veritate auertit. b Et non est modò necessarium, vt prolixioribus sermonibus & pluribus verbis latius prosequentes, ista vos doceamus, aut alius quicunque, quoniam ipsi per spiritus sancti illuminationem facile ista capitis & intelligitis: c sed sicut interna illa spiritus vñctio, suggerendo quæ sunt veritatis, vos instruit de omnibus, quæ ad fidei & morum integritatem pertinent, rectam dans intelligentiam, d & sicut verum est sine mendacio quod illa docet, sic in ea curate permanere, & ne per vestram culpam subtrahatur vobis, diligenter attendite. e Quid multa? Filioi obsecro, vt in eo permaneat qui vos semel vocauit & docuit: vt cum apparuerit in iudicio Christus dominus noster, confidenter tunc ante illum, quasi fideles amici eius stare valeamus pariter, & non confundamur per sententiam condemnationis eius, cum aduenerit. f Si scimus (sicut verè scimus) eum esse iustum substantialiter, imò ipsam iustam iustitiam, g & illud similiter considerate, quòd inter homines quisquis in operibus exercet iustitiæ, iustèque operatur, ex deo natus est spiritali generatione, & dei filius atque amicus vocari, haberi, & esse meretur.

ELUCIDATIO CAP. III.

C^a Considerate (quæso) quantam nobis Deus pater charitatem demonstrauerit, dans nobis potestatem per vnigenitum suum & naturalem filium, b vt & nos quoque filij Dei nominemur, adoptiui: Nec nominemur solum, ne inanè nomen existimetur, sed verè etiam simus, Parum autem est, si mundus nos nihilipendat, quoniam non nouit nos quid sumus futuri. c Non enim

ff iij

a Et vos vñctione quam accepistis ab eo, maneat in vobis.

b Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos,

c sed sicut vñctio eius docet vos de omnibus,

d Et verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos manete in eo.

e Et nunc filioi manete in eo, vt cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.

f Si scitis quoniam iustus est.

g Scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

TEXT. CAP. III.

a Videte qualem charitatem dedit nobis pater,

b vt filij dei nominemur & simus.

c Propter hoc mundus nõ nouit nos, quia non nouit eum,

a Charissimi, nūc filij dei sumus,

b Et nondum apparuit quid erimus.

c Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei erimus:

d quoniam videbimus eū sicuti est.

e Et omnis qui habet hęc spem in eo sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

f Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit: Et peccatum est iniquitas:

g Et scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret,

h & peccatum in eo non est.

i Omnis qui in eo manet, non peccat:

k & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.

nouit nos mundus, quoniam deum patrem nostrum non cognouit: quē si rectē cognouissent, non sic nos abiicerēt. a Charissimi quantumuis nos illi despiciant, sumus tamen etiam nunc per adoptionem veri filij dei. b Donec autē in hoc corpore peregrinamur à patre nostro, nondum apparuit quod sumus futuri. c Firmissime autem per fidem cognoscimus quoniam in resurrectione, cū apparuerit in gloria sua dominus noster, tunc similes ei erimus in gloria & claritate, tam corporis quàm animæ: d qui tūc aperta visione, facie ad faciem eum videbimus clarē, secundum essentiam, ex quo omnis nobis gloria & beatitudo erit, & assimilatio ad eum. e Et omnis qui hanc habet expectationem spei indubitate, studet se sanctificare à peccatis, se in omni cōuersatione sua custodiendo, sicut & ille sanctus est: ad cuius sperat consortium, similitudinem & beatitudinem peruenire. Alioqui vana erit spes eiusmodi. Commaculat autē se ipsum homo quolibet peccato. f Nam omne peccatum est iniquitas, & cōtra æquitatē quam deus constituit: Ac proinde, quisquis peccatum quodlibet committit, iniquitatem ille facit, & æquitati cōtrariatur, atq; ita deum offendit æquitatis. g Et scitis quoniam ad hoc Christus dominus apparuit passioni se subiiciens & morti tradēs ut peccata mundi deleret. Vsq; adeo execratur ipse peccati malitiam. h Et peccatū nullum in eo inuentum fuit grande ac minimū. i Consimiliter omnis qui in Christo manet, quatenus in eo manet, peccare non potest: potissimum peccato quod mortem inferat animæ, & diuidat inter hominem & deum. Quoniam impossibile est ut per peccatum anima moriatur, & dicatur simul homo in Deo permanere: Iam enim dum per peccatum occiditur anima, à Deo separatur: & extra Deum fit quæ prius in eo erat. k Et omnis qui mortali peccato sic se à deo separat, quatenus eiusmodi

verè deum non vidit, neque rectè cognouit. Alioquin non sic se ab illo separasset, a Filioli, *a Filioli, nemo vos seducat.*
 nemo vobis imponat, neque seduci vos patiamini. b veritas est, quòd is qui iustitiam & opera bona studet operari, ille inter homines iustus dicitur & est, c sicut & deus essentialiter iustus est, non ex operationibus solùm, sed etiã ex essentia, ipsa iustitia est. d *Quisquis peccato mortis se commaculat, ad diabolum spectat, & ex eius parte atq; ditione est, qui est rex super omnes filios superbix & auersionis, eiusque imitatur exemplum, e quoniam ille à principio conditionis suæ statim peccare incepit, & vsque nunc (quantum præualet) à peccato non cessat: non tantùm per se delinquens, sed alios in idem pertrahere sollicitus. f At verò filius dei, qui ex aduerso iustus est, ea de causâ venit carne assumpta in mundum, vt opera diaboli, quæ sunt peccata & peccatũ concomitantia destruat & auferat, donans nobis perfectã in se iustitiã.*
 g Omnis qui spirituali generatione est filius dei, quatenus eiusmodi & quandiu in ea manet generatione, peccare nõ potest mortis peccato: h quoniam semen spirituale illius diuinæ generationis in eo permanet, quod est spiritus sanctus, & verbum dei. i Et quandiu hoc non expellitur semen, peccare non potest, quoniam filius dei est, & in spirituali cõstitutus est generatione. k Filij autè dei & filij diaboli (id est, qui ex parte dei sunt, & qui ex parte diaboli) in hoc signo solo distinguuntur: l quoniam qui non studet operi iustitiam & per opera bona se exercere in mandatis Dei, non est ille ex Deo, sed ex diabolo: quemadmodum contrario, qui iustitiam facit ex Deo est. m Potissimum autem & euidentissimum signum est, quòd quis Dei filius non sit si fratrem suum non diligat. n Quoniam hanc prædicationem & doctrinam, in principio conuersationis vestræ, super omnia & ante omnia edocti estis, vt prot-

cat.
b Quis facit iustitiam iustus est.
c sicut & ille iustus est.
d Qui facit peccatum, ex diabolo est,
e Quoniã ab initio diaboli peccat.
f In hoc apparuit filius dei vt dissoluat opera diaboli.
g Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit,
h quoniam semen ipseus in eo manet.
i Et non potest peccare, quoniã ex deo natus est.
k In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli.
l Omnis qui non est iustus, non est ex deo:
m & qui non diligit fratrem suum,
n quoniam hæc est annũtiatio, quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum,

a Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum:

b Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: c fratris autem eius iusta.

d Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.

e Nos scimus,

f quoniã translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

g qui non diligit, manet in morte:

h Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.

i Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

k In hoc cognouim⁹ charitatem dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit:

l & nos debemus pro fratribus animas ponere.

ximos diligatis. *a* Non existentes similes illi pessimo Cain primo homicidæ, qui ex diabolo erat, eiq; per odiũ subditus: & occidit fratrem suũ.

b Occidit autem, non alia de causa, nisi quoniam ipse nequam erat, & filius diaboli, cuius opera & cõuersatio erãt mala, & ideo dominus ad eius munera nõ respexit, *c* sicut ad munera Abel, cuius opera iusta erant: atque hinc exortum erga fratrem odium, ad homicidium eum attraxit. *d* Ne miremini quasi nouum aliquid patientes, si vos seculares homines habeãt exosos. *e* Nos enim qui Christum credentes mundo abrenunciãuimus, scimus & cognoscimus spiritu sancto nobis testimonium perhibente, *f* quemadmodum de morte peccati ad vitam gratiæ fidei sumus translati, per dilectionem fraternam, si in ea permaneamus. Propter quod, confisi bonæ conscientiæ testimonio, debemus mudi iudicia pro nihilo ducere. *g* Qui non diligit, adhuc in morte peccati est anima illius. *h* Et omnis qui odit fratrem suum, quodammodo homicidã nuncupari potest & debet, quatenus principium & radicem in se habet homicidij, quod semper est odium, quemadmodum qui conspexerit mulierem ad concupiscendum eam in corde suo, mœchus iam dicitur etiam si opus non subsequatur. *i* Sitis verò, quia nullus homicida vitam in se præsentiet æternam permanentem, sed post vitam hanc corporis transibit ad mortem æternam, corporis & animæ. *k* Nos charitatem Christi Dei nostri erga nos, experientia cognouimus, per hoc quòd animam suam pro nostra salute tradiderit in mortẽ. Propter quod, iuxta illius exemplum, oportet nos animo prõptos, & voluntate paratos esse, *l* vt pro proximorum nostrorum salute (cũ hoc eorum utilitas vel necessitas exegerit) etiam vitam nostram corporalem libenter impẽdamus. Nunc igitur, si etiam corporis vitam dilectio fraterna impendere debet

proximis, a quid dicemus de iis qui huius mundi substantia abundant (id est, diuitiis, & iis quæ ad victum & vestitum humanum in vsu sunt) qui videntes proximos suos indigentiam pati, & necessaria non habere ad corporis qualem-cunq; sustentationem. quæ ipsi ad abundantiam supra necessitatē & sufficientiā habent, nolunt tamē misereri sic indigentibus, b & viscera (in quibus misericordiæ sedes est) obfirmāt & obdurant, vt non commoueantur ad subueniendum proximorum miseris? c In talibus quomodo poterit esse vera dei dilectio, & fraterna charitas, quæ secundum deum est? Sanè nullo modo. d Filioli mei, non ostendamus tantum per linguam & sermonem blandiloquum, fraternam dilectionē (quæ admodum plurimi faciunt, qui præter verba nihil donāt pauperibus) e sed in operibus misericordiæ demonstrate charitatē vestram, quæ est sola & vera dilectio. Si tales nos exhibuerimus ante deum & nos ipsos tales inuenerimus veræ misericordiæ sectatores, f in hoc cognoscere probabili admodum estimatione possumus, quoniam ex veritate sumus quæ est deus, & veri filij dei: g & nostris animabus sic facientes bene consulēmus ante conspectum domini, qui pro istis misericordiæ operibus, beatam nobis reddet remunerationem. h Nam si cor nostrum & propria conscientia nos reprehendat, testimonium nobis perhibens quod non verè operemur opera misericordiæ & dilectionis: i sciendum nobis est, quod maior est deus quàm cor nostrum, & potentior ad inspiciendum omnia etiam intima: ita vt melius noscat quæcunq; sint in intimis cogitationibus hominū, quæ ipsemet homo scire possit. Ipse enim scrutatur profunda cordis nostri & intelligit singulatim singulas cogitationes nostras. Propter quod, nec euademus iudicium iudicis omnia cognoscentis, si nostræ conscientie reprehensionem nō possumus euadere. k Charissimi si

a Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere.

b & clausit viscera sua ab eo,

c quomodo charitas dei mouet in eo?

d Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua,

e sed opere & veritate:

f In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus

g & in conspectu eius scire debemus corda nostra.

h Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum:

i maior est deus corde nostro, & nouit omnia.

k Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos,

a fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo:

b quoniam mandata eius custodimus, & ea quae sunt placita coram eo facimus.

c Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, d & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.

e Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo.

f Et in hoc scimus quoniam manet in nobis,

g de spiritu quem dedit nobis.

TEXT. CAP. IIII.

a Charissimi nolite omni spiritui credere,

b sed probate spiritus, si ex deo sint:

c quoniam multi pseudo-prophetae exierunt in mundum.

d In hoc cognoscitur spiritus dei.

e Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est:

conscientia cordis nostri, post assiduum & diligens examē non arguat nos de immiser cordia aut alio quouis peccato, sed perhibeat nobis bonum testimoniū, quod ex animo quaeramus operari opera dei, a fiduciā talē habem⁹ ad deū, quod de omni re quacunquē secundū eius voluntatē pro nostra salute petierimus ab eo, exaudiet nos, & dabit liberaliter quicquid postulauerimus eū, b si mandata eius studiose obseruamus, & ea quae sunt deo placita implere curamus: quorū solet deus preces libēter exaudire, qui voluntatē fecit omniū se timētī. c Hoc autē est mandatū quod mandauit nobis ut credamus in filium eius Iesum Christū, sicut & in ipsum patrē credimus: d & ut propter eum, cōmunē omnium creatorē ac redemptorē, diligamus inuicē per verā charitatis spiritualem dilectionē, secundum mandatū quod ipse praecepit nobis. e Et qui mandata eius custodit, manet vnū in eo, & ipse deus vnū est cū illo. f Et quod in nobis credētibus in Iesum filiū dei ipse inhabitet, & maneat, sitque vnū in nobis, & nos in eo, in hoc cognoscimus, g nempe ex spiritu sancto quem effudit in nobis, per quem ipse in nobis habitat.

ELUCIDATIO CAP. IIII.

Ca Charissimi, nolite sine discretionē omniū hominū omnibus suggestionibus fidē adhibere, b sed cum magna discretionē & iudicio discernere studeatis, an ex deo sint qui loquuntur vobis, an ex diabolo: hoc est, si veritati catholice fidei, quā à principio audistis, cōsona loquantur, an fidei cōtraria. Vehementer enim necesse est probare spiritus: c quoniam multi falsi prophetae processerunt inter homines qui pro veris falsā semināt & mala dogmata. d In hoc autē cognosci poterit qui ex spiritu dei loquitur. e Omnis enim qui prędicat & confitetur Christum Iesum dei filium incarnatū esse, & verū hominē factū, quātū ad hoc ve-

ritatem loquitur & est ex deo, nisi aliū habeat huic simile falsitatis dogma, quod prædicat.

a Et omnis prædicator ac doctor, qui Iesum deū verum hominē soluit, ita vt eū aut hominē verū neget esse aut verū deum, ex deo & veritate non est, sed ex diabolo, qui est pater omnis mēdaci. b Et hic est antichristus, de quo sæpe ab apostolis audistis, quod ante consummationē in fine seculi venturus sit: imò verò secundū præcursores suos, qui contra Christū loquuntur hæreticos, etiā nunc in mundo est. c Vos autē ò filioli mei, filij dei estis, & omnē qui Christo aduersatur, per fidē vestrā superastis, dū iniquis persuasionibus eorum nō creditis: d quoniam deus qui in nobis tanquā adiutor & protector inhabitat, maior est quā qui in mundo regnat diabolus, aut eius ministri antichristi.

e Ipsi mūdani sunt, atq; ideo mundana loquuntur & secularia, & mūdani homines eos audiūt, eisq; obediunt. f Nos verò, ex deo sumus.

g Vnde qui Deum rectē cognoscit fide perfecta nostris credit sermonibus. Qui autē dei non sunt & ad deum nō pertinent, nō credunt sermonib; nostris, qui ab eo missi sumus & loquimur. h Per hoc discernimus spiritum veritatis rectæq; fidei, à spiritu erroris siue infidelitatis. Spiritus enim veritatis missos à deo audit: spiritus erroris, missos à deo repellēs, mendaces audit à diabolo missos. i Ad dilectionis autē exhortationē rediens obsecro charissimi, vt inuicē diligamus: k quia charitas à deo est, & Dei nos esse facit filios. l Et omnis qui vera charitate diligit proximum suū, dei filius est per spiritualem qua ex deo renatus est generationem & cognoscit deum propter quē diligit fratrem sibi similem imaginem à deo habentē. m Qui autem fratrem non diligit, Deum ille non nouit, vera & fideli cognitione: n quoniam deus est amor & charitas secundū essentiā, quomodo etiā ipsemet sua bonitas est. o In hoc ma-

a Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex deo nō est:

b & hic est antichristus de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mūdo est.

c Vos ex deo estis filioli & vicistis eum:

d quoniam maior est qui in vobis est, quā qui in mundo.

e Ipsi de mūdo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit,

f Nos ex deo sumus.

g Qui nouit deum, audit nos, qui non est ex deo, nō audit nos,

h In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.

i Charissimi diligamus nos inuicem.

k quia charitas ex deo est.

l Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum.

m Qui non diligit nō nouit deum,

n quoniam deus charitas est.

o In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniam

filium suum vnigenitum
misit deus in mundum, vt
viuamus per eum.

a In hoc est charitas, non
quasi nos dilexerim⁹ deū,

b sed quoniam prior dile-
xit nos,
e misit filium suum propi-
tiatorem pro peccatis no-
stris.

d Charissimi, si sic deus
dilexit nos,

e & nos debemus alter-
utrum diligere.

f deum nemo vidit vn-
quam.

g Si diligamus inuicem,
deus in nobis manet,

h & charitas eius in no-
bis perfecta est.

i In hoc cognoscimus quo-
niam in eo manemus, &
ipse in nobis, quoniam de
spiritu suo dedit nobis.

k Et nos vidimus & te-
stificamur quoniam pater
misit filium suum saluato-
rem mundi.

l Quisquis confessus fue-
rit, quoniam Iesus est filius
dei, deus in eo manet &
ipse in deo.

nifesta est dei erga nos dilectio, quod filiū suū
vnigenitum ipse misit in mundum, vt homo fie-
ret: vt qui eramus per peccata nostra mortui, per
eum viuificaremur. a In hoc autem charitas cō-
siderari debet, quod deus nos in diligendo prae-
uenit. Non enim nos priores dileximus deum,
ne ipsius diligere putetur redamare amorēq;
reddere pro amore: b sed ipse nos prior dilexit
propter semetipsum, nullo modo a nobis ad a-
morem nostri obligatus. c Dilexit autem nos
deus, non lingua tantum, sed opere & veritate, fi-
lium suum mittēs de sinu suo ad terras, vt fieret
propitiator pro peccatis nostris: id est, vt per eū
peccata nostra auferrentur atque expiarentur.
d Attēdite charissimi, & cōsiderate quoniam si
deus sic nos dilexit, qui tanto a nobis miseris di-
stat interuallo, e multo magis æquum est, vt
nos inuicem diligamus, qui sumus nobis inuicē
proximi, & modo quodam pares. f Nemo vn-
quam hominū in hac carne mortali degens, dei
potuit essentiam comprehendere, nec cum si-
cut in seipso est cognoscere: sed in proximo no-
stro (in quo dei imago est) deum quodammodo
cognoscere possumus, & amare. g Atque ideo
si inuicem in deo diligimus (licet deum non si-
cut est comprehendamus) manet deus in nobis
& nos permanemus in deo: h & charitatem
veram, rectam, & saluare sufficientem habem-
us in nobis qui fratrem in deo & deum in fra-
tre diligimus. i Atque (vt supra diximus) quod
nos cum deo maneamus vnum & deus nobis-
cum, scimus ex hoc quod spiritum sanctum de-
dit nobis ad mensuram, per quem nostra anima
in templum ei consecratur, & ipse mātionem fa-
cit in nobis. k Et nos apostoli vidimus oculis,
& testimonium perhibemus, quasi de re quā
optimē & certissimē nouimus, quod deus misit
filiū suum ad saluandum homines mundi a pec-
catis suis. l Quisquis ore & opere plena con-
fessione confitetur Iesum esse filium dei, eius si

dem tenendo, & præcepta implendo, vnum est cum illo Deus, & ipse cum Deo est vnum.

a Et nos sicut cognouimus charitatem dei quã exhibuit nobis in filio suo: ita libenter acquiescimus, & per fidem deuotè suscipimus gratias illi pro exhibita & ostensa charitate agentes. b Deus charitas est, & qui manet in charitate, manet in deo, & deus similiter manet in eo habitando. c Sic perfectam erga nos dilectionem Deus demonstraui nobis, vt merito credere debeamus de eius misericordia quasi filij charissimi, & non metuere quasi serui meticulosi, in die iudicij: d quoniam sic nos in hoc mundo conuersantes sumus & viuimus, & dilectione fraterna, quomodo ipse in se est diligens & benefaciens de cælo gratis & ingratias. e Seruilis enim iste timor, cum vera & integra charitate simul stare non potest: f Imò charitas si perfecta, integra, vera, & sufficiens fuerit, foras expellit timorem, adueniens, nec secum in eodè corde inhabitare patitur: g quoniam timor ille seruilis pœnam considerat, attendit & pro obiecto habet quod respicit: quã charitas non attendit, quæ Deo propter se seruit & adhæret. h Qui autem timet vt seruus, veram ille adhuc charitatem non habet, licet initium aliquod & præparatorium habere possit, quasi ad charitatis perfectionem tendens quam priuè quam assequatur, oportet obici timorem.

i Nos ergo diligamus deum vel hac ratione: quoniã ipse nos dilexit prior & benefecit cum nullis à nobis esset beneficis aut amoribus ad redamandum obstrictus. Nemo verò seipsum decipiat, putans se Deum diligere, etiam si non diligit fratrem. k Nam si quis dixerit se Deum diligere, odium habens contra proximum suum, mendacium loquitur, cum illa simul constare nequeant. l Qui enim fratrem què oculis videt, & cum quo familiariter conuersatur, non vult amare similem sibi in imagine dei

a Et nos cognouimus & credidimus charitati, quã habet deus in nobis.

b de^o charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo.

c In hoc perfecta est charitas dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij:

d quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.

e Timor non est in charitate,

f sed perfecta charitas foras mittit timorem,

g quoniam timor pœnam habet:

h Qui autem timet, non est perfectus in charitate.

i Nos ergo diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos.

k Siquis dixerit quoniã diligo deum, & fratrem suum oderit mendax est.

l Qui enim non diligit fratrem suum què videt

a deum quem non videt, quomodo potest diligere? eiusdemque naturæ atque essentiæ secundum corpus & animâ: a quomodo poterit ille diligere deum quem videre non potest, cum quo nullam habet familiarem conuersationem, & à quo omnibus modis tam longissimè distat? b Denique hoc præceptum mandauit deus, & olim in veteri lege, & modò etiâ in noua per Christum, ut qui deum diligit, diligat etiam proximum suum: quod qui non facit, scire debet, quòd nec deum diligit, cuius præceptum per fratris odium non obseruat.

b Et hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

ELUCIDATIO CAP. V.

TRIT. CAP. V.
a Omnis qui credit quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est.

b Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo.

c In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus.

d Hæc est enim charitas dei, ut mandata eius custodiamus:

e & mandata eius grauiora non sunt:

f quoniam omne quod natum est ex deo, vincit mundum.

g Et hæc est victoria que vincit mundum fides nostra.

h Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei?

i Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus:

Omnis qui credit, corde, ore, simul & opere confitendo, Iesum esse filium Dei, is regeneratus est in adoptiuum filium dei.

b Et omnis qui diligit omnium patrem deum, simul diligit etiam omnes qui ex deo sunt nati. Non enim potest patrem diligere, si filios non diligat patris. *c* Signum autem per quod cognoscimus an vera dilectione diligamus fideles filios Dei, est: si deum verè diligimus, & sic præcipuè, ut proximos & fideles propter deum diligamus, & dei & mandata verè obseruemus. *d* Verè enim charitas dei est, per quam obseruamus mandata eius. *e* Quæ (ne quis abhorreat) leuia, atque ad implendum facilia sunt amantibus: quoniam in dilectione sita sunt omnia, qua nihil est dulcius, neque hominum affectui insitum naturalius: potissimum autem iis, qui ex deo per spiritum sunt renati. *f* Omnis enim qui natus est ex deo, mundum superauit, omnem eius popam & desideria mala abominans, quemadmodum & Christus, prior vicerat mundum. *g* Et fides est, per quam nos mundum sic vincimus: fides, inquam, quæ per dilectionem operatur. *h* Quis enim est qui mundum vincit, cum omnibus quæ in eo sunt, nisi qui fidem viuentem habet in Iesum filium dei cui per fidem in amore adherendo, facile contemnuntur quæ in mundo sunt omnia? *i* Ipse est Iesus Christus, verus Deus & homo, qui venit operaturus mysterium redemptionis

ptionis & salutis nostræ per aquã & sanguinẽ:
vt per aquã baptismale mysterium & per san-
guinis pretiosi effusionẽ, & peccata dimittatur
fidelibus & regni cælestis acquiratur introitus.

a Nõ autẽ in aqua tantũ venit, quæ sine sangui-
nis effusione mysteriũ humanæ salutis sola ope-
rari nõ potuit: sed per aquã simul & pretiosum
sanguinẽ. b Et spiritus sanctus est qui testimo-
niũ perhibet interna sua suggestione, & etiã in
externa ipsum in specie colubæ apparitione, de
Christo: quod ipse sit verus filius Dei, & verus

saluator mudi. c Quoniã tres sunt personæ, quæ
desuper testatę sunt de veritate filij dei: d nõ
pater, qui & in baptizatiõne, & in trãsfigura-
tione, voce de cælo demissa, dixit, Hic est filius

meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: e &
ipse filius verbũ patris, qui secundũ æqualitatẽ
patris de se dixit, quoniã ego & pater vnũ sum?
f & spiritus sanctus qui in colubæ specie sup ip-
sum requiescẽs manifestũ veritatis fuit iudiciũ.

g Et hęc tres personę tã substantia, q̃ testimonio
vnũ sunt, testificantes cõcorditer, q̃ Christus sit
verus filius dei. h Et tres sunt qui in terra dant
testimoniũ q̃ ipse verus sit homo, i nõpe san-
cta illa anima quã moriẽs cũ clamore valido expi-
pirauit ac patri comendauit, k aqua itẽ & san-
guis, quẽ de latere moriẽtis effluerũt. l Et hęc

tria, cõcorditer testificantur, fuisse verã in Chri-
sto & nobis similitẽ humanitatẽ. m Et si quidem
humano testimonio staturẽ creditur, si fuerint
duo aut tres, qui testificẽtur de re quapiã, certẽ

diuiniũ testimoniuũ validius & firmiũ est, magisq;
credibile. n Quoniã hoc est testimoniuũ Dei,
quod ego dico maius esse, quod de suo proprio
& cõsubstantiali filio quẽ sibi coequalẽ in eter-
nitate genuit, testificatus est: quem nemo nouit

nisi pater: quẽ admodũ & ecõtrario, nemo patrẽ
nouit nisi filius. o Qui in filiũ dei credit, habet
in se testimoniuũ dei patris & conseruat illud, dũ
per fidẽ acquiescit. p Cõtra verò, qui in filium

*a Non in aqua solũ
sed in aqua & sanguine.*

*b Et spiritus est qui testifi-
catur, quoniam Christus
est veritas.*

*c Quoniam tres sunt qui
testimonium dant in cælo
d pater,*

e verbum,

f & spiritus sanctus:

g Et hi tres vnũ sunt

*h Et tres sunt qui testimo-
nium dant in terra:*

i spiritus,

k aqua & sanguis:

l Et hi tres vnũ sunt.

*m Si testimonium homi-
num accipimus, testimo-
nium dei maius est:*

*n quoniam hoc est testi-
monium deo, quod maius
est, quia testificatus est fi-
lio suo.*

*o Qui credit in filium dei
habet testimonium dei in
se:*

p Qui verò nõ credit fr-

bio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo.

a Et hoc est testimonium quoniam vitam aeternam dedit nobis deus:

b & hæc vita, in filio eius est.

c Qui habet filiū dei, habet vitam, qui non habet filium dei, vitam non habet.

d Hæc scribo vobis, ut sciatu quoniam vitam habetis aeternam qui creditis in nomine filij dei

e & hæc est fiducia quã habemus ad deum quia quodcūque petierimus secundum voluntatem eius audit nos:

f Et scimus quoniã audit nos quequid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulauimus ab eo.

g Qui scit fratrem suum peccare, peccatum non ad mortem.

h petat: & dabitur ei vita peccati nõ ad mortem,

i Est peccatũ ad mortem

Dei non vult credere, abiicit & repellit patris testimonium, & mendacem hoc ipso facit patrem quod non velit acquiescere testimonio patris quod de filio suo perhibuit. a Summatin autẽ, quod testificatum est & predicatũ est à nobis, illud est, quod vitam aeternam nobis fidelibus Deus pater dedit, nunc in spe & postmodum in re dans nobis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: b & hanc vitam pater nobis disposuit per christum suum filium, qui nobis per sui sanguinis pretium, illam apud patrem promeruit. c Et ipse est vita animæ nostræ, quemadmodum anima vita est corporis: vt quisquis filium dei habeat: idem habeat etiam veram vitam: qui autem filium Dei non habuerit, secundum spiritũ mortuus sit. d Hæc scribo vobis filioli, vt commonefaciendo vobis in memoriam reducam, quod vitam aeternam etiã nunc in promissione habetis quicunque creditis in Christum filium Dei. e Et hanc fiduciam habemus apud deum, quicūque verè credimus in eũ, quod ipse nos exaudiat in omnibus quacunque petierimus secundum voluntatem eius, & beneplacitũ. f Et hoc non dubitamus, quin impleat omnes petitiones nostras, iuxta quod suæ sanctissimæ voluntati visum fuerit ad nostram salutem expediens. g Qui cognouerit fratrem suum peccato aliquo teneri, vel leuiori, & veniali, vel tali etiam (si grande sit) quod videatur non vsque ad mortem per finalẽ impenitentiam duraturũ, sed probabiliter existimatur, qui ex infirmitate, ignorantia, aut fragilitate illud commisit, de eo pœnitentiam acturus, atq; ita remissionẽ consecuturº, tali (inquã) peccato de cuius emendatione & remissione speratur, si quis viderit fratrem peccasse, h adiuuet illum suarũ precum suffragio apud dominum, vt qui sic nõ ad mortẽ deliquit, per pœnitentiam redeat ad vitã perfectã animæ, quam tollit peccatum. i Sunt quorũdam peccata desperata, de

quibus verissimi existimatione creditur, quòd in mortem vsque non expiabuntur: eo quod de eis non videtur pœnitentiam acturus qui ea cõmisit: veluti cum quis ex obstinata peruerfitate agnitã veritatẽ blasphematur, aut impugnat: a de illis peccatis non dico esse necessarium, vt communes fiant inuicem orationes, quanquam nec pro his omnino prohibeam. b Omnis verò iniquitas etiã quæ leuis & facilẽ sanabilis est, peccatum dicitur, & est (quatenus contra æquitatẽ est) aliqua ex parte. c Sed in genere peccati quædam sunt, quæ peccata ad mortem specialiter vocantur & sunt, quibus irretiti atq; grauati vix solent respiscere, siue ad vitam redire: pro quibus dico non esse necessarium, vt quotidiana fiant orationes, quemadmodum pro venialib⁹ & aliis facilẽ sanabilibus, pro quibus faciẽda est quotidiana deprecatio. d Illud autẽ scimus, quoniam omnis qui per regenerationẽ factus est filius dei, donec filius dei manet, peccare nõ potest peccato mortali, quod inter ipsum ac deum diuidat ponatq; in inimicitiam: e sed hoc ipsum quod dei filius est, in deo regeneratus, & per spiritũ sanctũ denuò viuificatus, conseruat eũ a peccato: & malignus suggestor diabolus non tanget eum, vt noceat, præualeat, aut dominetur ei. f Nos qui in Christũ credimus, scimus quoniam dei filij facti sumus: & qui in mundo manent omnes, in Christũ nolentes credere in peccato iacent, & in malo miserabiliter cõstituti sunt. g Et nos scimus, quoniam filius dei ad hoc venit, & intelligentiam nobis dedit, suo lumine nos illustrans: vt cognoscamus eum qui est verus Deus, omnia detestantes idola, & superstitiones omnes abnegantes: atque ita per fidem rectam maneamus vnum cum vero filio eius. h Ipse est idem verus Deus, & vita æterna. i Filioli concludens moneo vos, vt abstineteis ab idololatria.

Finis Elucidationis.

gg ij

a non pro illis dico vt reget quis.

b Omnis iniquitas, peccatum est:

c & est peccatum ad mortem,

d Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo nõ peccat:

e sed generatio dei conseruat eum, & malignus non tanget eum

f Scimus, quoniam ex deo sumus, & mundus totus in maligno positus est:

g Et scimus quoniam filius dei viuit & dedit nobis sensum vt cognoscamus deũ verũ: & simus in vero filio eius.

h Hic est verus deus, & vita aterna,

i Filioli, custodite vos à simulachris.

Finis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN
epistolam canonicam secundā beati Ioannis apostoli.

F Amiliarem hanc epistolam scripsit fœminæ fideli, cōgratulus ei de virtute filiorum, & probitate conuersationis eorum iuxta mandata dei: eamq; obsecrat, vt in dilectione quā suo mandato Christus peculiari præcepit, semper permaneat in obseruatione mandatorum dei. Et quoniam venturi erant falsi doctores multi & hominum deceptores, veritatem incarnationis Christi negantes, præmonet eam diligenter attendere, ne fructum fidei perdat, sed in perseuerantia mercedem plenam accipiat. Deinde, eos qui sanam doctrinam rectæ fidei asserunt, patrem & filium dicit in se habere: eos verè qui catholicæ veritati asserunt contraria, vsque adeo vult denitari, vt nec in salutatione cum eis communicent fideles, ne operibus eorum malignis consensum præbeant. Plura autem nolens per atramentum & calamum scribere, ita breuem terminat Epistolam.

Finis Argumenti.

TEXTVS EPI-
STOLÆ CANONICÆ
secundæ beati Ioan-
nis.

TEXT. CAP. I.

S^a Enior electæ domi-
næ & natis eius.

b quos ego diligo in veri-
tate,

c & nō ego solus, sed &
omnes qui cognouerunt
veritatem,

d propter veritatem quæ
permanet in vobis, & vo-
biscum erit in æternum.

ELVCIDATIO IN EPI-
STOLAM CANONICAM
priorem beati Ioannis
apostoli.

ELVCIDATIO CAP. VNICI.



L^a Oannes presbyter scribit, salutemq; præcatur electæ, & nobili dominæ, cuius nomen scriptum est apud dominum, & filiis ac filiabus eius, *b* quos ego vero amore omnes (propter parentis bonam imitationem) vera diligo charitate. *c* Neq; solus ego amore aliquo carnis priuato, sed mecum etiam fideles omnes, qui veritatem fidei cognouerunt, audientes virtutem fidei & vitæ vestræ, vos non possunt non diligere, *d* propter veritatem fidei atque morum, quam vos tenetis, & in qua permanetis,

quemadmodum & permanebitis, vt spero, in æternum ab ea nunquã recessuri. a Sit vobis gratia, misericordia & pax à Deo patre & domino Iesu Christo filio eius in veritate & charitate.

b Magnum attulit animo meo gaudium, qui experientia docente, comperi quosdam ex filiis tuis conuersantes secundum vitæ veritatem: & morum integritatem, secundum quod à patre deo præceptum omnes accepimus, qui nos vult in veritate dilectionis conuersari. c Et nunc rogans te exhortor bona domina, non quasi nouum aliquod humanæ inuentionis mandatum tradendo præscribens, sed in memoriam & com monitionem reuocando vetus mādatum, quod ab initio nostræ conuersionis, atque etiam ex lege sola naturæ accepimus, népe vt diligamus inuicem. d Et in hoc impletur vera erga deum charitas, si viuamus secundum præcepta eius.

e Hoc est enim præceptū, vt iuxta quod ab initio vestræ cōuersionis instructi fuistis per veros Apostolos, ita credatis & agatis omnia, & nullo modo ab eo desilectatis persuasione hominum iniquorum: f quoniam multi mentium animarumque seductores processerunt inter homines mundi, qui non consententur, nec ore nec vita, Christum Iesum incarnatum esse: sic vt verus Deus fuerit, simul & verus homo. g Atq; omnis qui eiusmodi est, nihil dubium quin contrarius Christo est, & vltimi Antichristi præcursor ac nuncijs, seducere volens simplicium animos à rectitudine. h Vos autem qui fidem rectam ex dei gratia tenetis, attendite vobismetipsis diligenter, & caute, i ne bonorum operum vestrorū, quæ iam pro Christi amore operati estis, fructum & remunerationem æternam perdati: k sed in finem vsque perseuerantes stete in operibus bonis, vt fructum plenum & integrum accipiatis, quoniam qui perseuerauerit, hic saluus erit. l Omnis qui semel susceptam sanctæ fidei sanam doctrinam relinquit, abiens post infide-

a Sit vobiscū gratia, misericordia pax à deo patre, & à Christo Iesu filio patris, in veritate & charitate.

b Gaudis sum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate sicut mandatum accepimus à patre.

c Et nunc rogo te domina non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum.

d Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mādata eius.

e Hoc est enim mandatū, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis:

f quoniam multi seductores exierunt in mundum.

Qui nō consistetur Iesum Christū venisse in carne, g hic est seductor & Antichristus.

h Videte vosmetipsos,

i ne perdati quæ operati estis,

k sed vt mercedem plenam accipiatis.

l Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, deum non habet.

- a Qui permanet in doctrina h. & patrem & filium habet. b Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū, nec Ave ei dixeritis.
- c Qui enim dicit ille Ave, communicat operibus eius malignis.
- d Ecce prædixi vobis, ut in die domini non confundamini.
- e Plura habens vobis scribere nolui per charitatem & atramentum: f. Spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui, ut gaudium vestrum plenum sit.
- g Salutant te filij sororis tuæ electæ.
- h Gratia tecum, Amen.

FINIS.

Fines Elucidationis.

ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM IN
epistolam canonicam tertiam beati Iohannis apostoli

Tertie huius epistolæ argumentum, in tribus consistit. Nam primum quidē, Gaium de charitate, misericordia & hospitalitate in fideles peregrinos, siue propter Christi prædicandum Euangelium, siue propter persecutionis effugiendam rabiem illuc aduentantes impēsa, collaudat, & eum gaudio commēdat. Deinde Diotrephis, cuiusdam ambitiosi, & in-

flati hominis principatum ambientis, superbiam execratur & temeritatem, qui hospitalitatem volebat subaertere, & ipse fratres non recipiēs, & eos qui recipiebant ab ecclesia euiciens. Propter cuius superbiam, se quoque dicit ecclesiae non scripsisse communem epistolam. Postremò autem de Demetrio testimonium bonum, & ex relatu fratrum, & ex semetipso prædicat. Sperans autem breui se istuc venturum, nolens plura per atramentum & calamum scribere, ita terminat epistolam.

FINIS ARGUMENTI IN EPISTOLAM
canonicam tertiam beati Ioannis Apostoli.

ELUCIDATIO IN EPI-TEXTVS EPI-
STOLAM CANONICAM STOLAE CANONI-
tertiam beati Ioannis cae tertiae beati Ioan-
Apostoli. nis apostoli.

ELUCIDATIO CAP. VNICI.



I^a Oannes presbyter scribit. salutemque precatur Gaiō charissimō, quē vera diligit charitate. **b** Charissimē quantum ad omnia precor Deum, vt semp̄ tibi feliciter ac prosperē te ingredi & valere, sperē succedāt omnia, & vt rectē valeas semper, quantum & quādiu altissimo visum fuerit, **c** quē admodū nunc in prosperitate bonāq; valetudine ex animi sententia viuis. Sic, inquam, te quādiutissimē precor prosperē agere, & rectē valere, vt nūquā desit tibi, vnde quācepisti charitate, in peregrinos serues. **d** Gaudiū enim nō paruum attulerūt animo meo fratres istinc ad nos veniētes, qui retulerunt nobis & testificati sunt, de veritate vitę & sanctę conuersationis, in qua tu viuis atq; cōuerfatis. **e** Et verē maius ego inter omnia gaudium non habeo, quam de profectu discipulorum meorum, cū eos audio in veritate sancti euangelij proficere tā fide quā

S^a Enior Gaiō charissimō, quē ego diligo in veritate.

b Charissime, de omnibus orationem facio prosperē te ingredi & valere,

c sicut prosperē agit anima tua.

d Gaudium sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuę, sicut tu in veritate ambulās.

e Maiorem horum non habeo gratiam, quā vt audiam filios meos in veritate ambulare.

a *Charissime fideliter facis quicquid operaris in fratres & hoc in peregrinos:*

b *qui testimonium redderunt charitati tue in conspectu Ecclesie, c quos beneficiis deducens dignè deo.*

d *Pronomine enim eius, profecti sunt, nihil accipientes à Gentilibus.*

e *Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus veritatis.*

f *Scriptissem forsitan ecclesie, sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrophes non recepit nos.*

g *Propter hoc si venero commonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garruens in nos,*

h *quasi non ei ista sufficiat, neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt prohibet, & de ecclesia eicit,*

i *Charissime noli imitari malum, sed quod bonum est.*

k *Qui benefacit, ex deo est.*

openbus. a Charissime, dico tibi, quoniam bene & fideliter facis, quicquid operaris in Christianos fideles: potissimum autem quod in peregrinos agis homines ignotos, egètes, & quod retribuunt, non habentes. b Qui de tua charitate loquuti sunt in cōspectu totius ecclesie nostræ, narrantes cū magna alacritate impēta sibi abs te miseratiōis beneficia. c Quos tu deducēs datis in via cibus, ac sumptibus subministratis, sicut dignum est, propter Deum cuius serui existunt, nihil dubium est quin optimè facias.

d Pro amore enim & nomine dei, in quem credunt & quem confessi sunt, tanquā exules à patris sedibus & possessionibus expulsi profecti sunt, omnibus spoliati à suis cōtribulibus, nihil secum deferentes nihilque accipientes à Gentilibus suis cōtribulibus, à quib⁹ despoliati sunt & expulsi. e Christianos ergo, quibus suppetit temporalium copia, decet & oportet necessitatibus illorum subuenire: ut simus hac in parte cooperatores veritatis, & adiutores sanctæ illorum fidei. f Scriptissem forsitan nunc ecclesie epistolam communem: sed Diotrophes, qui ambitiosè dominari quærit (velut tyrannus) super ecclesiam, nec agnoscit nec sustinet auctoritatem nostram. Et si scriptissem ecclesie, nolisset forsitan, nec epistolam ecclesie legendā offerre. g Propter hoc si ego ipse præsens ad vos venero, arguā opera eius, quæ facit, malignis & inuidiosis sermonibus cōtra nos garruens, h Et quasi non hoc ei satis sit, nō solum Christianos hospites ac peregrinos ipse non recipit, sed etiā recipi ab aliis prohibet, adeo ut eos qui recipiūt, etiam à cœtu & communione audeat eicere ac separare, quod planè grauissimæ est impietatis indicium. i Te verò charissime, huius peruersi hominis nihil commoueat exemplum malitiæ neque imiteris illud, sed quod bonum est, & sanctæ charitati consonū, sectare semper. k Quisquis bona operatur opera, & vitam viuū idoneā,

dei ille filius est. a Qui autem mala operatur a qui autem malefacit nō
& charitati cōtraria, quomodo inflat⁹ iste Dio- videt deum.
trephes, deum non cognoscit, nec verè fidelis
esse potest. Alioquin & filios dei fratres Chri-
stianos diligeret, & eis bene fieri nūquam pro-
hiberet. Ecce autem bonæ operationis tibi ex-
plum aliud imitādum, proponam. b Demetrio b Demetrio testimonium
omnes qui huc adueniunt perhibent testimo- redditur ab omnibus &
nium & veritas ipsa palàm eum commendat, ab ipsa veritate,
quam in opere demonstrat. c Sed & nos certo c sed nos testimoniū per-
cognoscentes, atque etiam forsā experti in no- hibemus.
bitipsis, de eius conuersatione bona asseren- d & nosi quoniam testi-
do testificamur, d & tu nosti, quoniam menda- monium nostrum verum
ces non sumus, & quòd verum sit testimonium est.
nostrum. Illius ergo exemplo confortatus, per- e Multa habui tibi scri-
mane in bene cōceptis. e Multa quidem erant bere, sed nolui per atra-
alia familiaria aut minutiora, quæ scribenda vi- mētum & calamum scri-
debantur: sed nolui per atramentum & calamū bere tibi.
ea literis scribere, f quoniam spero quantotius f Spero autem protinus
te præsens videre, & ore ad os tecum loqui, quā te videre, & os ad os lo-
do facilius & melius illa tibi insinuabo. g Pax quemur.
sit tibi. Salutant te qui hīc sunt tui amantiōres. g Pax tibi. Salutant te a-
Tu vicissim saluta eos, qui istic sunt nostri a- mici, saluta tu amicos no-
mantes nominatim. minatim.

Finis Elucidationis.

FINIS.

✠ ARGUMENTVM ELUCIDATORIVM
in epistolam Canonicam beati Iudæ Apostoli.

I Vdas apostolus, fidelibus omnibus, hanc scribit vnicam
& breuem epistolam, quæ canonicis annumeratur, ordi-
ne septima. In qua obsecrans fideles pro semel suscepta,
fide recta viriliter decertare, per patientiā in ea ad mor-
tem vsque perseverando, mox contra seductores qui iam
subintroire cœperant in populo dei, sermonē conuertens, aduersus eos
dem agit acerrimè. Primū quidem terroris exempla proponens, pœ-
nam videlicet increduli & murmuratoris populi Israelitici, in deserto
exterminati & dæmonum suas sedes & loca per superbiā derelinquen-
tium in quæ æterna vincula coniectorum, ac Sodomitaram per ignem

perditorum. Quibus omnibus illos comparat, maculatores carnis, contemptores dominationis, & blasphematores omnis, tam diuinæ, quàm humanæ maiestatis: qui nec Deum reuerentur, nec homines, illorū hac in parte superbiam & audaciam Michaelis archangeli exemplo damnans, qui etiam cum diabolo contendens temperauit à conuitio. Cùm isti interim de omnibus, quæcunque sensu & rationis industria non capiunt pessimè loquantur: nihil omnino fidei tribuere volentes, sed sensuales affectus suos per omnia insequantur. Aduersum quos terribilia exclamans, scædis multis comparationibus eos confundit, ex prophetia Enoch viri iusti, contra illos aduenturum Dei iudicium prænuntians. Ipsos autem fideles, Apostolicarum admonitionum (de præcauendis pseudopphetis seductoribus) monet esse memores, & in sancta fide nostra superædificari, & in dilectione Dei seipsos custodire, vsque in die tribulationis. Peruersos verò & obstinatos vult redargui, & acriter obiurgari, quasi reprobos: infirmiores autem illorum malitia seductos magis quàm ex se obstinatos, per compassionem misericordiæ, damnationis igni subtrahi. Post quæ omnia Deo soli seruare potenti dans gloriæ & honorem, ita finit Epistolam.

Finis Argumenti.

TEXTVS EPI-
STOLÆ CANONI-
CÆ beati Iudæ apostoli

I ^a Vdas Iesu Christi
seruus, frater autē Ia-
cobi, his qui sunt in deo
patre dilectis, & Christo
Iesu cōseruatis & vocatis,
^b Misericordia vobis &
pax & charitas adim-
pleatur.

^c Charissimi omnē solici-
tudinē faciēs scribēda vobis
de communi vestra sa-
lute, necesse habui scribe-
re vobis,
^d deprecans, supercertari

ELUCIDATIO IN EPI-
STOLAM CANONICAM
beati Iudæ apostoli.

^a Vdas seruus Iesu Christi fra-
ter Iacobi minoris, scribit sa-
lutēq; precatur charissimis
Christianis, qui per fidē vnū
sunt in Deo patre, & in fide
Iesu Christi cōseruantur in
eā vocatione, in qua & vocati

sunt. ^b Misericordia vobis, & pax, & charitas,
crescat & perficiatur. ^c Charissimi, cū omnē
diligentiam adhiberem ad scribendum vobis
quæ ad salutem commūnem omnium essent ma-
gis necessaria, visum fuit mihi præcipuum & an-
te omnia necessarium duxi: ^d vos deprecari

ūo hæc commonefacere, & commonefacien- *semel traditæ à sanctis fi-*
 do deprecari, & semel susceptæ sanctæ fidei, *dei,*
 quemadmodum à sanctis Apostolis tradita est
 supercertetis : pro ea scilicet tenenda vsque
 ad finem, fortiter & perseueranter dimican-
 tes : Ita nullis, neque perseuotionibus, ne-
 que persuasionibus ab eius firmitate vos fina-
 tis amoueri. a Proderunt enim quidam (ne- *a subintroierunt enim qui*
 scio qui, aut vnde, & exierunt in mundum *dā homines (qui olim præ*
 homines impij, quos ab æterno Deus ad hoc *scripti sunt in hoc iudiciū*
 præsciuit impietatis facinus, & subsequutu- *impy)*
 ræ postmodum damnationis iudicium mise- *b domini nostri gratiam*
 rabiliter deuenturos: b qui gratiam domi- *transfereutes in luxuriā,*
 ni nostri IESV CHRISTI, quæ ad san-
 ctificationem, spiritus ac carnis data est, trans-
 ferunt in carnis vitia : libertatem Euangelicam
 dantes occasionem carnis, eamque habentes
 tanquam malitiæ suæ velamen. c negantes *c & solum dominatorē*
 dominū nostrū IESVM CHRISTVM, *& dominum nostrum Ie-*
 qui est solus deus & dominator omnium à quo *sum Christū negantes.*
 sunt omnia condita, & sub cuius ditione sunt
 omnia. Licet autem semel sciat omnia, quæ
 ego modò dicenda proposui, & licet nihil eo-
 rum vobis inauditum credam d tamen com-
 monefacere vos volo, & ad memoriam quæ
 tenetis, reducendo, proponere exempla eo-
 rum, qui post priora beneficia suscepta, pro-
 pter suam ingritudinem, à Deo fuerunt de-
 commissis in eum peccatis, puniti. e Et pri-
 mò quidem notandum quemadmodum Do-
 minus IESVS, qui per suæ diuinitatis bra-
 chium filios Israel de seruitute AEgypti sal-
 uos eduxerat, postmodum non credentes ac
 murmurantes, multipliciter perdidit. f Ange-
 licos etiam spiritus, qui suam illam nobi-
 lem conditionem (in qua creati fuerant ab in-
 itio) non custodierunt, sed per suam super-
 biam cæleste domicilium reliquerunt & man-
 siones gloriosas perdidit, sed caligine dam-
 nationis horrendæ in inferno, vinculis à qui-

a in iudicium magni dei vinculis æternis sub caligine reſeruauit.

b Sicut Sodoma & Gomorra, & finitimæ ciuitates,

c (Simili modo exornata,

d & abeuntes poſt carnem alteram)

e facti ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

f Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt,

g maieſtatem autem blaſphemant.

b Cùm Michael Archægelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore.

i nõ eſt auſus iudiciũ inferre blaſphemiam, ſed dixit imperet tibi deus.

k Hi autem quæcunque quidem ignorat, blaſphemant.

l Quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norit in his corrumptuntur.

bus nunquam abſoluentur alligatos, a tradidit in iudicium magni illius & horrædi diei reſeruandos: quando eorũ damnatio publica confuſione, per iudicis ſententiã perfectè completur.

b Iuxta quem modum incolæ etiam Sodomæ & Gomorrhæ, ac ciuitatum finitimarum, c (qui ſimili inobedienciæ modo beluino more, in extremam & peſſimam omnino fornicationem contra naturæ inſtituta deuenerunt,

d ita vt ſequerentur per ardorem concupiſcentiæ carnem, ſimilem maſculi, maſculinam, fœminæ, fœmineam, commixtionis gratia) e poſiti ſunt à Deo in exemplum omnibus peccantibus, modò ſuſtinentes æterni ignis pœnam cuius ille temporalis ignis, quo fuerunt temporaliter abſumpti, ſignũ tantum fuit.

f Simili perditionis modo, nihil dubium eſt illos quoque perdendos fore, qui ſuam carnem luxuriis impudicè commaculant, & dominationem omnẽ fugiunt, ſubeſſe recuſantes iis quibus eos Deus ſubicit.

g Maieſtatem quoque tam diuinam, quàm humanã, eorum qui ſunt in poteſtate conſtituti, eã blaſphemius & maledictis inſectantur. Quorũ perditiffimorũ hominum blaſphemãdi audaciam Michaelis archægeli confundit exemplum.

h Cùm enim Michael archangelus cum diabolo diſputans, contendere de Moyſi corpore, quod hic reuelari ad ſeductionem filiorum Iſrael volebat, ille autẽ occultari, ne in eo peccarent idololatria: i verebatur angelus, nec volebat diabolo conuitium inferre, tantum dicebat cum modeſtia citra omne maledictũ: Arguat te deus Satã, & ſuæ potentie compescat imperio. Et tantam quidem in loquendo reuerentiam, angelus diabolo Dei ſeruabat inimico, nullum volens in dei creaturã acerbius proferre maledictum.

k At verò impudentes iſti homines de omnibus quæcunque ſuo animali iudicio non intelligunt, peſſimè & maledicè loquuntur.

l Quæ verò ſecundum naturalẽ æſti-

mationem, & animale iudicium capiunt, quasi bruta animantia, quæ ad sensus æstimationem sine ratione agunt omnia, quæque eis secundum iudicij cecitatem recta videntur, in his corruptè & mirabiliter ambulant & pereunt. a Væ, væ, illis qui Cain pessima exempla sequuntur, in inuidia, & odio, ac homicidio viuentes: b & qui errorem avari Balaam insequuntur, auiditate mercedis effusi ad illicita: c & qui animas suas perdiderunt, imitantes exempla contradictionis Choræ, qui Moyse à deo filius Israel præfecto, subesse recusauit. d Hi sunt conuiuuiis suis foetidissimæ macule, qui non solum seipfos, sed vniuersos etiam cum ipsis conuersantes sua foeditate commaculant, e conuiuantes ac delitiantes, omni timore postposito suam cutem egregiè omni cura curantes. f Nubes in altis quidam ambulantes, & magna à longè pollicentes, sed sine aqua, in quibus nihil est veræ sapientiæ: nubes, in quâ, leues & steriles. g quæ proinde ab omni motu concupiscentiæ facile circûagiuntur, atque mouentur. h similes sunt arboribus autumnalibus, quæ fructum nullum ferunt, virore & vigore perduto: duplici ratione morti obnoxie, tam secundum corpus quàm secundum animam: atque etiam quoniam post susceptam spiritus gratiam, denuo in pristinos redierunt errores.

i Qui extra radicem sunt charitatis, & timorè dei (qui est radix & initiũ veræ sapientiæ) profusus perdiderunt. k Sunt etiam similes fluctibus & procellis feri maris, qui modò in altum se efferunt, modò in infima rursus decidunt mox iterum se erecturi, l qui cum suas blasphemias multa maledicta proferunt nihil nisi suas confusiones euomunt, quæ cordis eorum immunditiã testatur quemadmodum mare per suos fluctus spumã euiciens, suam amarã attestatur falsedinẽ. m Sydera quoque sunt volatilia siue errantia, quæ loco certo nullo consistunt, nullamque loci habent stabilitatem: n quibus tempestas tenebrarum

a *Ve illis qui in via Cain abierunt.*

b *& in errore Balaam mercede effusi sunt,*

c *& in contradictione Chora perierunt.*

d *hi sunt in epulis suis macula,*

e *conuiuantes, sine timore semetipfos pascentes, f nubes sine aqua.*

g *quæ à ventis circumserrantur.*

h *arbores autumnales infertuosæ, bis mortuæ,*

i *eradicatæ:*

k *fluctus feri maris,*

l *despumantes suas confusiones,*

m *Sydera errantia,*

n *in quibus procella tene-*

brarum seruata est in æternam.

a prophetauit autem de his septenus ab Adam Enoch dicens:

b Ecce veniet dominus in sanctu millibus suis, facere iudiciū cōtra omnes:

c & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt,

d & de omnibus duris quæ locuti sunt cōtra eū, peccatores impij

e Hi sunt murmuratores quarulosi,

f secūdu desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantē psonas quastus causa,

g Vos autem charissimi memores estote verborū quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu Christi,

h qui dicebant vobis quoniam in nouissimis temporibus venient illusores secundum desideria sua ambulantes, in impietatibus.

i Hi sunt qui segregāt semetipsos,

k animales spiritum non habentes:

l Vos autem charissimi superadificantes vosmetipsos sanctissima nostra fidei.

m In spiritu sancto orantes

infernaliū seruatur, quam sunt in æternum experturi cum diabolo & angelis eius. a Ante verò multa tempora, de huiusmodi hominibus prædixit Enoch homo Dei, qui ab Adam secūdu generationis seriem, septimus ordine inuenitur, hunc in modū: b Ecce (inquit) veniet dominus cum millibus sanctorum angelorum suorum, atque cæterorum beatorum spirituum ad faciendum iudiciū contra omnes malè agentes, c & ad corripiendum puniendūque omnes impios de omnibus operibus malis, quæ cōmiserunt dum viuerent: nec de operibus solū: d sed de omnibus etiam verbis malis, quæ cumque loquuti sunt impij peccatores cōtra deum, siue blasphemantes, siue extra eius præcepta loquētes. e Hi sunt homines murmuratores aduersum superiores & in potestate constitutos: quarulosi, contra coæquales inter quos versantur, f viuentes secundum sua carnalia desideria, qui ore suo loquuntur superbiam, personasque per adulationem mirantur, laudant & prædicant lucri gratia. g Vos autem charissimi, ne fortè horum pessimis persuasionibus abducamini, semper memores estote verborum, quæ sunt vobis prædicta, ad cautelam venturorum temporum, à sanctis Apostolis Christi domini nostri: h qui commonendo dicebant vobis, quòd in nouissimis temporibus venturi essent homines impostores & seductores, obsecundaturi concupiscentiis suis in nequitis & peccatis suis. i Hi sunt qui se à communi fidelium cœtu, atque à sententia fidei catholicæ segregant: k homines animales, sui sensu tractum tantummodo insequentes, in quibus non habitat spiritus sanctus: quoniam animales sunt.

l Vos autē charissimi, nolite assimilari illis, sed super fundamentum sanctæ fidei nostræ, id est, communis & catholicæ, studete vos ipsos in ædificio spirituali & virtutum structura facere con-

summatos: m orantes in spiritu sancto, qui do-

tes

tes

tes

tes

tes

tes

tes

tes

tes

tes

tes

et quid oporteat orare, & adiuuat infirmitate
 nostram: a atque ita vos ipsos seruate in dile-
 ctione Dei, b expectates per certissimam spei
 confidentiam, misericordiam domini nostri Ie-
 su Christi, per quam consequamini in suo tēpo-
 re vitā æternā. c Et ex impiis hominibus, alios
 quidem qui iam propter suam obstinationē iu-
 dicati sunt, arguite, suo proprio iudicio, atque
 etiam diuino reprobato, & damnationi addi-
 ctos. d Alios verò, qui illorū seductionibus ad
 malū pertracti forsitan extiterunt, sed in obsti-
 nata in fidelitate dānati non sunt eiusmodi (in-
 quam) omni studio liberate, quasi de incendio
 æterni ignis eos eripiētes, cui iam addicti & de-
 stinati fuerant, nisi ad rectam fidem rediissent.
 e Aliis quoque qui quomodocunque forsitan
 præoccupati aliquò delicto ceciderint, miseri-
 cordiam exhibete, in spiritu lenitatis eos susci-
 pientes in timore sancto, f ne forte & vobis id-
 ipsum contingat: semper odio habētes veterem
 illam carnalium actionum maculatā tunicam,
 & omnem corruptionē veteris hominis fugien-
 tes. g Omnipotenti autem Deo patri qui po-
 test, & solus potest nos per auxilium gratiæ suæ
 ab omni peccato præseruare, h & post bene
 transactam vitam ante præsentiam suam in glo-
 riam adducere, vt sine omni macula & crimine,
 cū pleno gaudio inueniamur in aduentu Chri-
 sti ad iudicium. i Ipsi, inquam, Deo patri, præ-
 ter quem non est alius saluator, sit per Iesum
 Christum dominum nostrum gloria & magni-
 ficentia, imperium atque potestas æterna an-
 te omnia tempora, & nunc & in omnia secula
 seculorum, Amen.

a vosmetipsos in dilectio-
 ne dei seruate,

b expectantes misericor-
 diam domini nostri Iesu
 Christi in vitā æternam.

c Et hos quidem arguite
 iudicatos:

d Illos verò saluate de i-
 gne rapientes.

e Aliis autem miseremini
 in timore,

f odientes & eam quæ
 carnalis est, maculatā tu-
 nicam.

g Et autem qui potēs est
 uos cōseruare sine pecca-
 to,

h & cōstituire ante cōspe-
 ctū gloriæ suæ, immacula-
 tos in exultatione in ad-
 uentum domini nostri Iesu
 Christi:

i soli deo saluatori nostro
 per Iesum Christum do-
 minum nostrū, gloria &
 magnificentia, imperium,
 & potestas ante omnia se-
 cula, & nunc & in om-
 nia secula seculorū. Amē.

FINIS.

*Finis Elucidationis in epistolam canonicam
 beati Iudæ Apostoli.*

DEO LAUS ET
 GLORIA.





